cõpet.nullꝰ.vel p̃t dici vt tetigi in notabili.ꝙ iſtud ſit
quod participat crimen cũ clerico, & rõne talis par-
ticipationis ſubijcitur iuriſdictioni illius, cũ quo de-
lictum participat.vt in capi.j.de poſtu.præla.& dicto
c.ſi concubinæ.

SVMMARIVM.

1 *Suſpecto de periurio non eſt deferendum ſacramentum.*
2 *Contra concubinas tenentes qualiter procedi debeat.*
3 *Pro concubinatus delicto clericus non eſt ſtatim deponendus.*
4 *Prælatus , ſi eſt certus clericum commiſiſſe delictum , de quo clericus*
eſt diffamatus non debet ſibi indicere purgationem.
5 *Clericus inquiſitus de delicto , ſi in inquiſitione dicat ſecretè ſuperiori*
ſe commiſiſſe:dicit tamẽ ſuperiori,ꝙ non faciat eum iurare,quia de-
ierabit, qualiter procedet.

CLericos. Nõ debet clericus co-
gi ꝑ p̃latũ abiurare cõ
cubinã:ſed ſi ñ dimittit illã,dẽt excõi
cari.h.d.& ſunt tria dicta q̃ patẽt : ſm̃
ibi:vera.tertiũ ibi:&q.In tex.ibi:ĩ ali-
qua.expone.i.in illos qui ſuperius di
cta fecerint:vel de p̃dictis fuerint accuſati:nõ eñ dẽt
in iudicio eſſe acceptio ꝑſonarũ.ſ.de iudi. nouit.vel
potes rñdere.ſ.in eos qui magis fuerunt principales .
1 j.de cleri.excõ.miniſtarãte.c.latores.¶†No.ex tex.j.
ꝙ ſuſpecto de periurio nõ eſt deferendũ ſacramentũ
qđ eſt notandũ ſcđm do.An.ꝯ illos q̃ vidẽt paratum
aduerſariũ ad ꝑiurandũ, & nihilominus deferũt ſibi
iuſm̃ dicẽtes: volo,ꝙ bibat ſibi hoc ſacramẽtũ,ſi ipſe
vult iurare.Nã male faciũt,q̃a cãm peccãdi p̄bẽt.fa-
2 cit,ꝙ hr̃.xxij.q.v.c.illc.¶†Itẽ no.qualr̃ ꝓcedi dẽat ꝯ
clericos publice tenẽtes cõcubinas.nã hic in lr̃a ex-
primiĩ modus ꝓcedẽdi,quia debent moneri ſub pę-
na ſuſpẽſionis,vel interdicti,ꝙ illas dimittant,& a ſe
remoueãt taliter,ꝙ ſiniſtra ſuſpicio haberi nõ poſſit.
& nota ẽt pęnã ſi dimittant,& poſtea eas reaſſumãt,
3 vel alias aſſumant.Et ex prædictis no.ꝙ† pro delicto
cõcubinatus non vr̃ clericus ſtatim eſſe deponẽdus :
de quo in c.ꝓxi.& ĩ.eo.ſi aũt.& ſ. de iud. cũ non ab
hoĩe.ꝑ d.An.& facit,qđ dixi.ſ.ti.j.in c. vt clericorũ.
¶In glo.ij.in fi.vtraq; ſolo in ſe bona vr̃: & potes il-
las iungere , quia ſi exſtens in ſacris in figurã matri-
monij ꝯxit dẽt ſeparari , & illã abiurare : vt in prima
ſolutione.ſi aũt tanq̃ cõcubina , tunc ſi ſit ſuſpectus
de cõtinẽtia: & tũc non dẽt abiurare,ita põt intelligi
hic.Si aũt non eſſet ſuſpectus tunc poſſet Ep̃s illã fa-
cere abiurare . In dubio tñ vr̃ ꝙ nõ dẽat facere abiu-
rare ꝑ iſtũ tex.¶In gl.pe.ibi donec reſipiſcant. & ſic
expoſui gl.vt euitetur ꝯtrariũ, ꝙ excõicatio nõ debet
eſſe ꝑpetua, quia illa dẽt fieri rõne contumaciæ. nã
demũ præmiſſa monitione dẽt q̃s exõicari.ĩ. de ſen.
excom.ſacrĩm. & ſic ceſſante contumacia dẽt ceſſare
ipſa excõicatio.ſ. de cõſti.ex lr̃is.& facit etiã , quod
hr̃.ij.q.j. multi. vbi exõicatio potius eſt medicinalis
q̃ mortalis.facit,qđ hr̃.ĩ.de ſen.excõ. c.j.in vj.& ꝑ p̃
dicta patet ꝙ nõ dẽt exponi.i.donec viuat.licèt aliàs
ſic exponaĩ iuxta ea,q̃ notantur in l.j.ff. ꝓ ſocio. &
ꝑ hoc ẽt nota,ꝙ iſta dictio,ꝑpetua. aliter,& aliter p̃t
poni ſcđm diuerſitatẽ materiæ.facit,qđ hr̃ ꝑ gl.j.q.j.
reperiunĩ.& x.q.ij.auth.ꝑpetua.in j.glo. dicit tñ hic
Inno.ꝙ excõicatio põt dici ꝑpetua aptitudine, quia
nullũ hẽt certũ tp̃s p̃finitũ , vel poteſt dici ſcđm eũ ,
ꝙ hic excõicatio ponitur ꝓ depoſitione, vel bñficij
priuatiõe,ꝑ quã cx̃ cõionẽ, & ſocietatetẽ poniĩ,ſed
4 primus intellectus magis eſt de mente lr̃æ.¶†Extra
glo.inducitur iſte tex.ꝙ ſi prælatus eſt certus clericũ
cõmiſiſſe delictũ. de quo clericus eſt diffamatus , ꝙ
non debet ſibi indicere purgationem. de quo per gl.
xv.q.v.c.presbyter.& pro hoc ẽt,quia purgatio pẽdet
ex voluntate ſuperioris illam imponentis: de ſimo.c.
inſinuatio.& de purga.canonica.c.j.vnde hoc caſu,ſi
caſus eſt diſpenſabilis per eũ diſpenſare poterit per-
acta pœnitentia per ipſum clericum. facit.ĩ.ti.proxi.
ca.ſane. lo ij.aliàs ſi non poſſit diſpenſare ſuſtinebit,
licèt iniuſtum.ĩ. de ſimo.ca.ex tuæ.in fi.nec debebit
illum prodere,ſeu manifeſtare:nec etiam dicere illi,
5 vt ſe prodat.de pęni.di.j.non tibi dico. ¶†Quid autẽ
ſi clericus inquiſitus de delicto in inquiſitione , quæ
præcedere

præcedere debet purgationẽ dicat ſecreto ſuperiori
ſe cõmiſiſſe delictum:dicit tamẽ iſti ſuperiori, quod
nõ faciat eam iurare, quia deierabit utrũ iſto caſu ſu
perior faciat eum iurare,ſi dubitat,an ſit deieratur⁹,
uel non.dic ſm d.Ant.conſiderandũ eſſe qualitatem
perſonæ.arg.ſ.de p̄ſum.c.mandata. non enim debe-
bit ſic de facili credere ei,qđ dixit clericus.uñ dicit,
ꝙ ſi proceditur ex officio conſiderata qualitate per-
ſonæ ipſius,poterit,vel non poterit cogere, vel non
cogere ad iurandum , & ſic ſe purgandum , poſſet
enim hoc dicere, vt euitaret iuramentum, non quia
in veritate ſi ſibi daretur iuramentum ipſe non iura-
ret veritatem.facit, quod habetur infra de accuſatio.
capitu.inquiſitionis.Si autem iudex non procederet
ex officio,ſed iure ordinario:tunc non põt actorem ,
nec teſtem a iuramento repellere,imo neceſſe habet
admittere ſecundum diſpoſitionem.ſ.de teſtibus.ex
parte.& c.ſignicauerunt.

SVMMARIVM.

1 *Concubina quandoque appellatur fornicaria.*
2 *Contra concubinarium clericum qualiter procedi debeat.*
3 *Notorius fornicator, an ſit ſuſpenſus ipſo iure.*
4 *Satisfactio congrua, quæ dicatur, & an congrua ſatisfactione facta poterit ſuſpenſus in officio miniſtrare.*
5 *Suſpenſus ab officio, an intelligatur ſuſpenſus a beneficio, & ſi ſuſpenſus ab officio celebret durante ſuſpenſione, an erit irregularis.*
6 *Purgatio mora, an admittatur poſt citationem.*

SIcut ad. Si clerici moniti concubinã
nõ dimittunt,ſuſpendũtur a
bñficijs, & ſi ſe non corrigant deponunt.
hoc dicit.Et primo dicit clericos fornica-
rios debere moneri.ſecundo inobedientes ſuſpendi.
tertio,ꝙ perſeuerante,vel durãte contumacia debẽt
bñficijs priuari.ſecunda ibi:ſi vero.tertia ibi:& ſi eas.
In tex.ibi: ſtudioſè.i.ter. nam illa eſt admonitio ſtu-
dioſa.facit,qđ hr̃.j.de ſen.exc.c.ſacro. & xxiiij.q.iij.
1 de illicita.& ſ.eo.c.ij.¶†Not.ex decre.j.ꝙ cõcubina
interdũ appellatur fornicaria. de quo tãgeẽ in c.ſeq.
2 vbi per Io.An.¶†Item no.veram practicam procedẽ
di ɔ̃ clericũ concubinariũ in ſacris ordinibus conſti-
tutũ: q̃a debet ſuſpendi a beneficijs eccleſiaſticis p̄-
cedẽte trina monitione,& ẽt poſtea, ſi ſe nõ corrigat
debet deponi ab officio,& beneficijs eccleſiaſticis:&
ſic perpetuo ipſis beneficijs priuari. & ex hoc not.ꝙ
clericus concubinarius non vr̃ incontinenti dẽponẽ
dus a beneficijs,ſi parat⁹ eſt ſe corrigere.facit,qđ di-
ctũ fuit.ſ.c.proxi.¶Item no.ꝙ hoc verbum remotio:
denotat perpetuam remotionẽ,adeo qđ ab actu ali-
quo remotus nõ poſſit amplius reaſſumere: & ſic nõ
ſufficit momentanea remotio:& hoc facit ad ſtatutũ
diſponens , ꝙ pro certo delicto imponatur poena re-
motionis a collegio,vt intelligatẽ de perpetua remo-
tione.facit,quod hr̃ in c.proxi.& ſ.de ele. ſup eo. &
hoc facit,ꝙ ſi ex forma ſtatuti,vel alicuius cõuictio-
nis debeat deſtrui aliquod caſtrũ debeat intelligi de
perpetua deſtructione: & ſic,ꝙ nõ debeat poſtea refi
ci.de quo per Cy.in l.ſeruus.C.de poenis.& idẽ ẽt te
nuit Bar.in l.ſi quis adulteriũ.§.j.ff.de adult.vbi etiã
limitat hoc procedere,qñ remotio, vel deſtructio fit
in pęnam delicti,vel ex alia cã,q̃ contumaciæ:ſecus
ſi fiat ex cauſa cõtumaciæ ex ijs,quæ habenẽ in c.ex
literis.de conſti.¶Vltimo no.ꝙ interdũ quis ſuſpen
ditur vſq; ad congruã,ſeu cõmodã ſatiſfactionem:&
quæ dicatur eſſe congrua ſatiſfactio.& an facta ſatiſ-
factione eſſet neceſſaria alia abſolutio: Tãgit hic In-
no.& facit etiã quod notatur in c.ſi qui.lxxxj.diſt.&
ꝙ no.in c.bona.per Inn.& Io.An.ſ.de ætã.& qual.&
per gl.in cle.j.de decimis.vbi eſt bona gl.& facit, qđ
dicetur poſt gl.¶In gl.j.in fi.& ſic quò ad hoc,quod
dicitur hic,videtur idem dicendum in clericis exiſtẽ-
tibus in minoribus beneficiatis , quod dr̃ in exiſten-
tibus in ſacris,licèt cum maiori compelli dẽant exi-
ſtentes in ſacris,quia magis ſunt aſtricti ad cõtinẽtiã
ꝑpter ordinẽ ſacrorũ.facit,qđ hr̃ in c.j.de voto.in vj.
& j̃.qui clerici.vt vouen.in c.ex tuarũ.¶In glo. ij.in
fi.Vincentius vero ad ɔ̃triũ formatũ in gloſſ.dicebat
3 †ꝙ notorius fornicator eſt ſuſpenſus ipſo iure. & ſic
loquũtur ɔ̃traria.Sed vt augeatẽ pęna ab homine ne-
ceſſaria eſt monitio, & ſic intelligatẽ hoc.c.& ideo,ſi
aũt.Hoſt.vero. hic dicit ꝙ hic non loqẽ de ſuſpẽſiõe
officij,ſed beneficij:& ſic vr̃ eſſe diuerſitas, & nõ cõ-
trarietas.vnde ſm eũ põt dici, ꝙ vbi ſuſpenſus eſt ab
officio,vt in contrario,& bñficio eſt ſupẽdendus : &
ideo neceſſaria eſt monitio, vt a bñficio ſuſpẽdatẽ:&
per hoc videtur, quod ſuſpenſus a iure ab officio nõ
intelligatur eſſe ſuſpenſus a bñficio , etiam qñ pro-
pter delictum de quo cõſtat quis ſuſpenſus a iure ab
officio,niſi aliud exprimatur.ſecus dicit, qñ quis eſt
ſuſpenſus ab hoĩe ab officio , quia tunc intelligeretẽ
ẽt ſuſpenſus a beneficio , q̃a mitius cũ lege agitẽ,quã
cum miniſtro legis.l.celſus. ff. de arbitris. ¶Gloſſ.
vero.in c.præter hoc.diſt.xxxij. poſuit opinionẽ cõ-
trariam opinioni.Hoſti. vt videlicet ſuſpenſus a iure
ab officio intelligatur ſuſpenſus a beneficio : ſed ſe-
cus, quando a iudice. pro hoc facit, quia verba ſen-
tentiæ iudicis videntur ſtrictè ſumenda.per ea , quæ
habentur in l.Iulianus.ff. de condi.inde. ¶Gl.in cle.
cupientes.in glo. noua.de poenis.recitat aliàs opi.&
ibi non vr̃ facere differentiã inter ſuſpenſionẽ iuris,
vel hominis. vel an fiat propter infamiã , an propter
crimen:& ſi propter crimen.an propter crimen leue:
an vero graue,ſi fiat ꝑpter infamiã, vel ꝑpter crimẽ
leue;vel de quo dubitatẽ an ſit graue, vel leue &c.fa-
cit ꝙ dixi.ſ.ti.j.ut clericorũ.tunc ſuſpẽſus ab offõ in-
telligatẽ ſuſpenſus a bñficio,niſi aliud dicatẽ , vel nõ
contẽnat, vel negligat petere abſolutionẽ.ſecus, qñ
propter graue crimen quis eſt ſuſpenſus ab officio ,
quia tũc intelligitur ſuſpenſus a bñficio,vñ poſſet di
ci, ꝙ crimen fornicationis nõ cẽſeatur omnino gra-
ue.ideo naturaliter procedit,& pauca ſine illo repe-
riuntẽ.50.di.quia tua.ideo ꝑpter tale crimẽ ſuſpẽſus
ab officio non intelligitẽ ſuſpẽſus a bñficio. Vel poſ-
ſumus dicere , ꝙ ſuſpenſus a iure ab officio propter
fornicationẽ notoriã non eſt ſuſpẽſus ſimpľr, ſed do-
nec penituerit,j̃.eo.c.fi. & lxxxj.di.ĩ c.ſi q.& iõ cẽ-
ſetur potius a dicto ſuſpẽſus , quã a iure.vt voluit gl.
& Inno.j̃.de cle.exc.miniſtrante.in c.fi.in gl.magna.
in ver.Itẽ non dicimus in ver.de notorio.& facit,qđ
j.dicetur.& j̃.c.veſtra.Glo.no.j̃.eo.ſi aũt dicit , ꝙ il-
lud,quod hic dicitẽ de monitione eſt de gratia, & ſic
de æquitate.& eo. modo,ꝙ dicitur.j.eo.ſi aũt.ſed de
iure abſq; monitione poſſent priuari bñficio. lxxxj.
di.c.presbyter. & idẽ etiã tenebat Hoſti.& Abbas de
quo diceẽ in d c.ſi autẽ.Inn. primo ponit,unde dicit
poſſe dici, quòd notorius fornicator non ſolũ eſt ſu-
ſpenſus a miſſa , ſed ab alijs ordinibus etiam mino-
ribus eſt ſuſpendendus , & ſic contrarium loquatur
de p̄sbyteris, & de ordine ſacerdotij . ſed hic de alijs
ordinibus . hæc tamen ſolutio non placet , & benè,
quia non ſolum abſtinendum eſt ab officio presbyteri
notorij fornicatorij , ſed etiam ab officio inferiorum
ordinũ.j̃.e.c.fi.& c.ueſtra.ad fi.& c.ſi qui.lxxxj.di.&
c.præter hoc.xxxij.diſ.vbi patet , quod non debet cũ
alijs ſedere in officio, nec lectionib⁹ intereſſe. ¶Vñ
dicit aliter dici poſſe , uidelicet ubi prohibentur alij
audire eius officium. & poſſunt parochiani propria
autoritate

autoritate cũ vitare: & ſic põt dici ſuſpẽſus indirecta ſuſpẽſione q̃ dirigiť in obiectũ, & nõ in ſubiectũ ipſius clerici, hic aũt dr̃ ꝙ ſunt ſuſpẽdendi ab eccleſia quæ eſt via ordinaria, & põt hanc pęnã alias imponere. ¶ Vnde etiã dici poteſt, qđ in cõtrarijs ſunt ſuſpenſi ab offõ ab ipſo iure, hic aũt ſunt ab officio ſuſpẽdẽdi ab hoĩe, nec ſuppleť vna pęna per aliã, quia ſm Inn. grauior ẽ pęna iudicis q̃ iuris, & aſſignat tres differẽtias inter p̃dictas pęnas. vna eſt, quia pęna iuris ceſſat eo ipſo qđ ceſſatur à peccato q̃ũ ad hoc, vt alij poſſint eius officium audire, & ſic intelligiť. c. ſi q. & qđ ibi notať. lxxxj. di. ipſe tñ ſine diſpẽſatione, & abſolutione non debebit celebrare ex quò notum fuit crimẽ eius. lxxxj. di. miniſtri. & ſic nõ, quia exigitur diſpẽſatio, vt notať. 50. diſ. ſacerdos. dicit tamẽ, ꝙ Epiſcopus abſoluet ex quò nõ eſt reſeruatus Papæ. de ſent. exc. in c. nuper. & facit q̃ no. Lau. lxxxij. di. c. nullas. & qđ habeť. ĩ. tit. j. ſane. el ij. & ſ̃. de iudic. at ſi clerici. Snĩa vero iudicis nõ ceſſabit niſi reſtituať ex magna gratia. Sed aduerte, inq̃tum Inn. dicit, ꝙ talis ſuſpenſus à iure ꝓpter notoriã fornicationem eget abſolutione. cõtrariũ ipſe voluit in c. venerabili. ĩ. de ſen. excõ. vbi per Io. An. ſuper. j. glo. & idem etiã voluit ipſe in c. ſi celebrat. j. de clerico excom. mini. in glo. magna. in ver. item. no. dicimus, & ver. de notorio. vbi videť velle ꝙ intelligať ſuſpenſus, donec penituerit, facit qđ habeť in præalleg. c. ſi q. & ĩ. eo. c. fi. & ſic vr̃ ꝙ cum penituit ſtatim ceſſat ſuſpẽſio ſine alia abſolutione vel diſpenſatione, de quo tangeť. ĩ. c. veſtra. & ẽt tetigi in c. j. ſ̃. de iud. Secunda dr̃ia eſt, quia ſuſpẽſus ab officio à iure non perdit beneficia: & ideo nõ poſſunt alijs cõferri. ſecus dicit ſi à prælato: & ſic ab hoĩe vel ab officio ſit ſuſpẽſus, quia tunc poterunt eius beneficia conferri, ſed hoc dictũ non placet Hoſt. & bene, quia beneficia ſuſpẽſi ab officio q̃tũcunq; ab hoĩe nõ poſſunt cõferri ex eo, quia nõ vacant, nã aliud eſt ſuſpẽdere, aliud priuare, & ſic q ſuſpendit non priuat, facit de re. iur. in pœnis. li. vj. & ideo ſuſpenſus remanet intitulatus, & ꝑ hoc nõ poterit cõferri beneficium, cum nõ vacet, de cõceſ. prębẽ. c. j. poterit tamẽ ſi perſeueret in ꝯtumacia perpetuo priuari, & ſic ꝑpetuo remoueri, & deponi. facit quod habeť. ſ̃. tit. j. c. vt clericorum. & ꝙ etiam hic dr̃ in fi. Tertia differentia eſt, quia ſuſpenſus à iure celebrans nõ eſt irregularis, per Inn. ĩ. de cle. exc. mini. c. fi. Secꝰ in ſuſpẽſo à iudice. xj. q. iij. ſi q̇s presbyter. & hãc opi. tenuit Archi. de re iud. c. j. in vj. de elec. quia ſępe. in verbo ſuſpẽſi, in q̇bus locis ẽt tenet opi. Hoſ. in illo dubio, an ſuſpẽſus ab offõ intelligatur ſuſpenſus à bñficio. Sed d. Ant. hic dicit dictum Inn. nõ ꝓcedere, ſi q̇s ſit ſuſpẽſus ſuſpẽſione iuris maiori, per ea q̃ habenť in c. j. de re iud. ĩ vj. & in c. j. de ſen. exc. eo. li. Et facit etiã ꝙ notatur in prælle. c. ſi celebrat. de cle. excõ. & in Spe. ti. ij. §. iuxta. ver. ĩ ſuſpẽſis. ſed ĩ ſuſpẽſa ſuſpẽſiõe iuris minori. đ qua ĩ d. c. ſi celebrat. põt ꝓcedere dictũ Inn. poſſes ẽt dicere, ꝙ dictũ Inn. ꝓcedat ĩ eo q eſt ſuſpẽſus à iure, donec peniteat, vt eſt in notorio fornicario vt dictũ ẽ, quia tũc vr̃ ꝙ non ſit irregularis interim celebrãs, cum ſtatim poſt pęnitentiam videať ceſſare ſuſpenſio ſine alia abſolutione vel diſpẽſatione vt voluit gl. in d. c. ſi q. di. lxxxj. & Inn. in dicto. c. ſi celebret. ſed vbi eſſet q̇s ſuſpenſus à iure ſimpliciter ab offõ, tunc videtur ꝙ incurrat irregularitatem ꝑ ea q̃ habetur in d. c. j. de re iu. in vj. arch. tamen ibi multum notabiliter dicit, qđ ꝑ ſuſpenſiom factam à iure ab offõ licèt q̇s celebret durante ſuſpenſione, non erit irregularis niſi hoc exprimatur à iure, & ſic intelligit dictũ. c. j. de re iud. in vj. & c. j. de ſentẽ. excom. eo. lib. pro quo etiam allegar, q̇a irregularitas non incurritur niſi in caſibus exp̄ſſis in iure. de ſen. exc. is q. lib. vj. Io. and. tamen hic videtur tenere contrariũ contra arc. & ẽt do. An. hic. Sed opi. arch. vr̃ valde ęqua, de qua dicetur in d. c. veſtra. Et ꝑ p̃dicta põt concludi ſm do. Ant. Si quęratur, an clericus fornicator ſit ſuſpenſus ab offõ vel bñficio q̇a eſt occultus, & tũc a nullo eſt ſuſpẽſus, & ſi oĩno nõ eſſet occultus ita ꝙ probari non poſſet nec ſuſpẽſio ẽt eſſet, nõ poſſet ſuſpendi. ſi autẽ eſſet occultus, ſed tamen poſſet probari vel eſſet ſuſpicio generans ſcandalũ poſſet ſuſpendi. ſupra eo. c. clericos. & ſi poſtea confabularetur poſſet etiam pęna aggrauari. ſ̃. eo. c. ij. Aut eſt notoriꝰ fornicator facti euidentia, ſiue etiã ꝑ ſnĩam, & tũc ſi quæratur an a beneficio ſit ſuſpẽſus, dicẽdum eſt ꝙ nõ, ſed eſt ſuſpẽdendus, vt hic patet. ¶ Si aũt quęriť, an ab offõ ſit ſuſpenſus tunc ſi q̃riť, an ſit ſuſpẽſus ab offõ ipſo iure indirectè, vt ſic parochiani licite poſſint propria autoritate recedere ab eius officio, dicẽdũ ꝙ ſic: ſiue ſit ſacerdos, ſiue in alio ſacro ordine, ſiue etiam in minoribus vt ſuperiꝰ eſt dictũ. ¶ Si aũt quæriť, an ſit directe ſuſpenſus ab officio ſunt opi. ſm eum. nã aliqui tenẽt ꝙ ſic, aliqui quod nõ, ſed ip̃e tenet primã opinionẽ ꝑ ea quę habẽtur in c. ꝓter hæc. xxxij. di. & c. nullꝰ. & per hoc dicit ſe tenere in præallegato. c. ſi celebret. quod notorius fornicator eſt ip̃o iure ſuſpẽſus etiam directe ab offõ, & quia celebrans incurrit irregularitatẽ ex quo eſt directè ſuſpenſus a iure ab officio, & hoc etiã dicit voluiſſe hic Inn. licèt quò ad hoc, vt augeatur pœna, neceſſaria ſit monitio, vt hic. & ſuperiꝰ dixi quod ibi dicta allegat etiã ꝑ hoc text. ſ̃. tit. j. vt clericorum ver. ſi q̇s ĩtelligẽdo. ibi. de ſuſpẽſione iuris. Sed certe vbi dictum fuit poteſt intelligi de ſuſpenſione hominis, & licèt do. an. teneat opinionem, quod notorius fornicator celebrãs ſit irregularis. tñ archi. tenet contrariũ in c. j. de re iud. lib. vj. & in c. quia ſæpe. de ele. eo. li. Et reperio etiã qđ Io. de lig. ĩ. c. veſtra. vt ibi refert do. Pe. tenuit cõtrariũ, & illud etiã ſequiť ibi do. Flo. & do. Pe. vñ nõ ſine dubitatione hæc opinio eſt, & videreť poſſe de iure defenſari ꝯriũ. vt etiã tetigi. c. j. ſ̃. de iudicijs. Et videť eſſe ęquior opinio, de quo diceť in dicto. c. veſtra. Et no. etiã finẽ huius gl. ij. quę vult qđ quis dicatur toleratus, ſiue delictum ſit notorium per euidentiam facti, ſiue etiam per ſentẽtiam, licèt Inno. aliter videatur dicere in c. fi. de procura. de quo remittit do. an. ad ea quæ ipſe notauit de materia iuriũ incorporalium. ĩ. de iure patro. in c. cõſultationes. ¶ Itẽ extra gl. quia hic tãgiť de ſuſpenſione vſq; ad congruam ſatiſfactionẽ. Tangit Inn. quæ dicatur cõgrua ſatiſfactio, & cõcludit qñ dimittit, & pœnitentiam agit coram Deo quẽ offendit. ſi autem offendiſſet proximum deberet etiam ſatiſfacere proximo, facit ꝙ habetur de reg. iur. peccatum lib. vj. ¶ An aũt acta cõgrua ſatiſfactione poterit in officio miniſtrare, & cõcludit ꝙ ſic, quò ad alios, q̇a poterũt audire eius offĩm, & debebunt. lxxxj. di. ſi q. ipſe tamen ſm eũ non debebit celebrare, ſi delictũ erat notoriũ, vel alia cauſa egens diſpenſatione. de tempo. ordi. c. ex tenore. & c. fi. & ſimiliter dicit de ſuſpenſo ad tp̄s ꝙ finito tp̄e ceſſabit ſuſpẽſio, & ſic videť eq̇parare ſuſpẽſionẽ q̃ fit ad tp̄s, & ſuſpẽſionẽ, q̃ fit donec ſatiſfecerit. ¶ Aliq̇ tñ dicũt ꝙ dr̃ia eſt inter dictas ſuſpẽſiones, q̇a quãdo fit ad tempus, non eſt neceſſaria abſolutio, ſecꝰ qñ fit donec ſatiſfecerit, q̇a illud eſt tp̄s incertũ, de quo nõ ſic ꝯſtat. Iõ fit tũc neceſſaria abſolutio de quo in c. cũ bone. & c. j. ſ̃. de æta. & quali. gl. in cle. ĩ. j. de decimis. concordat opinio. dicens quod

non

non erit abſolutio neceſſaria in ſuſpenſo donec ſatiſ-
fecerit,ſed ſufficiat ſnīa declaratoria ſup ſatisfactio-
ne,per hoc videtur ꝙ ſi notoria eſſet ſatisfactio nulla
etiam ſnīa exigeret in vtraq; autem ſuſpenſione di-
cit Inno.clarum,ꝙ interim non eſt priuatus quo ad
temporalia,vel ſpiritualia,nec ꝑdit poſſeſſionē quia
nō habet ad hoc aīm,& nō ꝑditur poſſeſſio ſine aīo,
lege.iij.§.in amittenda.de acq̃r.poſſ.ſed interim pri-
uatur fructibus beneficij, q̃ debent cōuerti in vtilita
tē eccleſiæ,ex quo ſunt ꝑcepti durāte ſuſpenſione a
bñficio,licèt ꝑ illos aliter ſit priuat⁹ ſpūalib.vel tꝑa
libus,nec intelligaẽ ēt ꝑ hoc ſuſpēſus ab offō licèt ſit
ſuſpēſus à bñficio quia ſunt diuerſa,& minor eſt ſu-
5 ſpēſio a bñficio q̃ ab officio.¶ An aūt † ecōtra ſuſpē-
ſus ab offō intelligaẽ ſuſpēſus a beneficio, cum bñfi
cium detur ꝓpter offm̄.ĩ.de præbend.c.cum ſm̃,di-
xi ſuperius,& vltimate dicit Inn.certū eſſe,ꝙ excom
municatus celebrās durante excōicatione eſt irregu
laris.xj.q.iij.ſi q̃s presbyter.& facit.ĩ.de ſen.excō.c.
cum illorū. Idem dicit de ſuſpēſo ab officio ad tem-
pus ſi durante ſuſpenſione celebrat. alleg. qđ habeẽ
& ipſe nota.ĩ.de cle.exc.mini.c.ſi celebrat. Et tene
mēti ꝙ.ſ.tetigi poſt Inno.inquātum dixi,ꝙ vbi noto
riū eſt delictū,nō videẽ poſſe ſine diſpenſatione quo
ad ſe celebrare: nā ipſe idē in notorio fornicario ſen-
tit contrariū poſt pactam pœnitentiam, vt in præal-
leg.c.ſi celebrat.de quo tāgeẽ.ĩ.eo.c. veſtra. Vltimo
quia litera dicit,& ſi eas ꝑſcripſerint detinere.tangit
hic Inn.vſq; ad q̃tū tempus debeat expectari:& dicit
ꝙ ſi detineat taliter,ꝙ incipiāt ſcandalū generarit,ſic
procedit litera,dū dicit,ꝙ poterit ꝑpetuo remoueri,
vel ſm̃ eū expectabiẽ donec citetur ad pęnā priuatio
nis.& ſic vr̃ velle,ꝙ tunc mora nō poſſit purgari. ſed
d.Flo.hic tenuit contrarium eum lr̃ ex ęquitate de-
beat more purgatio adijci. facit, qđ hr̃ in l.ſi inſulā.
ff.de ver.obl.& ĩ.de reg.iur.c.mori. lib.vj. Sed de ri-
gore videreẽ procedere opi.Inn. per ea quæ no.ĩ.c.ſi
6 aūt. Et qđ de rigore poſt † citationē non admittatur
purgatio moræ.alle.d.Flo.ꝙ ꝯſueuit notari in c. vno.
ſ.de obli.ad ratioci.qđ aūt re integra admittaẽ. alle.
qđ hr̃ ĩ c.potuit.ĩ.de locato. & adde ēt quia ipſe hic
tenet ſuſpenſum ab officio a iure ſi celebret durante
ſuſpenſione eſſe irregularē. & ſic dicit tenere Hoſt.
& ēt Inn.in d.c.ſi celebret.d.Pe. hic tenet idē dicens
hoc ēt tenere Io.And.in c.j. de re iud.in vj. nā ibi in
nouel.dicit de hoc eſſe caſum,ſm̃ ꝙ lr̃a ibi dicit, qđ
ſi ſuſpenſus ab officio a iure in caſu illius.c.celebret.
durante ſuſpenſione efficiẽ irregularis ſcđm canoni-
cas ſanctiones,& ſic vr̃ loqui declaratiue, nō aūt de
nouo diſponendo: & ideo ſm̃ eū non eſt bona rñſio
Arch.qui dicebat,ꝙ ideo ibi celebrās ſit irregularis:
q̃a ſic fuit ibi expreſſum in caſu illo: & eodē mō rñ-
debat ad c.j.de ſen.excō.in vj.ſed iſta rñſio nō vr̃ bo
na:q̃a ibi nō loquiẽ diſponēdo de nouo,ſed declara-
tiue.vt.ſ.dixi,dū dicit.ſcđm canonicas ſanctiones:&
ſi innuit,ꝙ ex rl̃a iuriū,ſeu canonū antiquorū ſuſpē-
ſus ab officio celebrās efficiaẽ irregularis.& iſta opi.
eſt cōis opi.doc.quæ ſatis probari videtur per illum
tex.in dicendo,vt ſuperius eſt dictum.

SVMMARIVM.

1 *Concubina quandoq; appellatur fornicaria.*
2 *Meretrix vnde dicatur.*
3 *Concubinarij clerici pœna.*
4 *Suſpenſus pluries,ſiue ex pluribus cauſis debet ab omnib.abſolui.*

SVper eo. Non valet abſolutio ſi cle
ricus propter concubina-
tum ſuſpenſus eo tacito abſoluatur, hoc
dicit.Et primo ponitur facti deciſa narra-
tio.ſcđo rñſio.ſcđa ibi porrò.In text.ibi ſuſpenſum.
intelligi pōt ab homine.facit,ꝙ hr̃.ſ.eo.c.ꝓximo.&
ſ.c.clericos.vel ēt a iure ſi forte factū erat notorium.
facit,qđ hr̃.ĩ.eo.c.veſtra,& c.fi.¶ Itē ibi & infra.deci
ditur forte,quod iſte ꝑſbyter ĩpetrauit literas ſuper
abſolutione ſua,& illas impetrauit ſimplr̃,dicens ſe
ſuſpenſum ab officio non facta alia expreſſione,vt pa
tet ex ſequentib.& ideo dubitauit archiep̃s eboracē.
an tales literæ hērent ſibi prodeſſe, & ſuper hoc con
ſuluit papam,qui rñdet,vt ſequiẽ. Vnde no.primo,ꝙ
non valent literæ non facientes mentionē de proceſ
ſu & ſerie facti.facit qđ hr̃.ſ.de re iud.c.inter mona-
1 ſterium.¶ † Itē nota cōcubinā hic appellari fornica-
riā.quare aūt ſic appelleẽ.tangit hic Io.An.ꝙ pōt di-
ci fornicaria quaſi carens forma nitida.Io.Cald.in c.
veſtra.dicit,qđ pt̃ dici a quibuſdā ędificijs,q̃ antiqui
tus appellabant fornices,in q̃b.meretrices proſtitue-
banẽ.Concubina aūt de qua.ĩ.in c.veſtra. dici pōt a
con,qđ eſt ſimul quaſi ſimul cubans. Meretrix † aūt
ſcđm eū dr̃ quaſi merè hoc eſt vere tricās.i.decipiēs.
vel quaſi quōdāmō mereẽ ſi nō decipiat. De pellice
aūt hr̃ in c.laici.32.diſt.vbi dr̃,qđ eſt mulier,q̃ teneẽ
cā ſaturandæ,& explendæ libidinis.gl.vero de pęni-
tentia diſt.j.ſi.n.inquit, qđ Petrus dicit, qđ dici pōt
a pollutione,vel a pellis formoſitate, q̃ multos deci-
3 pit:& iō alios pelliunt.i.decipiunt.¶ Itē no.pęnā † cle
rici cōcubinarij,q̃a pōt ab officio ſuſpēdi, vt colligiẽ
ſcđm auth.gl.j.ſcđm aliū intellectū ēt ipſo iure ē ſu-
ſpenſus ab officio,qđ ꝓcedit, qñ factū eſſet notoriū
ĩ.c.veſtra.& c.fi.¶ Vltimo potes notare,qđ dictū eſt
in ſummario,& dic ſecus eſſe ſi lr̃æ nō pn̄t impetra-
re ſuꝑ abſolutione:ſed forte cōquerendo de ſnīa in-
iuſta:q̃a tūc valerent literæ licèt forte falſum narraſ-
ſet:ſed tūc nō ꝓcedereẽ ſm̃ eādē formā,ſed ſm̃ iuris
ordinē.ſ.de reſcri.ſuper literis. dicebat tñ Inn.poſſe
dici ſpeciale hoc caſu, vt teneaẽ facere mentionē de
ſerie ꝓceſſus,allegaẽ,qđ hr̃.ſ.de reſcr.dilectus filius
abbas præcedens. & tñ ſolutio melior vr̃ per ea,quæ
no.in c.ſuꝑ literis.¶ In gl.j.in fi.intellige ipſo iure ſi
4 crimen erit notoriū,ut dixi in notabi.¶ † In ea.gl.in
fi.& no.ꝙ ſi quis eſt ſuſpenſus pluries forte a iure, &
ēt ab hoīe, vel ex plurib.cauſis,non ſufficiat abſolui
ab vna ſuſpēſione niſi etiā abſoluatur ab alia.de quo
per gl.& doct.in c.cum pro cauſa. de ſen.excō. & in
c.officij,& per Bar.in l.de pupillo.in §.ſi pluribus. de
no.ope.nun.& in c.ex parte.alleg.in gl.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in minoribus conſtituti,an poſſint ad continentiam compelli.*
2 *Fornicationis delictū in clerico nō, videtur dignū depoſitione ſi velit ſe corrigere.*

SI aūt clerici. Clericus, q̃ monit⁹
cōcubinā nō dimit
tit ab officio, & bñficio deponiẽ.h.d. &
nō diuidiẽ.¶ No.ex tex.practicā ꝓcedē-
1 di ꝯ clericū fornicariū.¶ † Itē no.ꝙ cleri-
ci in minorib.cōſtituti cōpelli pn̄t ad cōtinētiā:præ-
cipuè, qñ hn̄t bñficia.facit,qđ hr̃.ſ.eod.ſicut.iuncta
gl.j.¶ Itē no.ꝙ in ꝓceſſu fiendo contra clericū forni-
cariū req̃riẽ trina monitio. An aūt in extraiudicialib.
req̃raẽ,qđ ſit trina.tangitur per Inn.de elec.cum no-
bis olim.& facit ēt quod not.per Io.An.ſ. de iureiu.
breui.de quo per Bar.ĩ l.qui Romæ.§.cohęredes. al-
le.2.fratres.ff.de ver.ob.etiā.per glo. & in l.mora.ff.
2 de vſur.¶ † Vltimo potes notare, ꝙ delictū fornica-
tionis in clerico non,vr̃ eſſe dignū depoſitione,dum
tñ vellet ſe corrigere.facit qđ hr̃.ſ.e.c.2.3.& 4.& qđ
no.de iudicijs cū non ab homine.de quo tangiẽ cum
gl.fi.¶ In gl.fi.ibi perpetuè intellr̃. facit qđ dixi.ſ.e.
ſicut,

ſicut, & intellige hoc verū,niſi diſpēſeť ſecū . nā pōt
ēt Epſ diſpēſare cū clerico fornicario.ſ.de iudi. at ſi
clerici.§.de adulterijs.¶In ea.gl.ī fi.Idē cōiter tenēt
doc.vñ dicūt,ꝙ iudex pōt ī delicto fornicationis in-
cipere à diſpenſatione , vel ſuſpenſione,qa ſm̄ anti-
quos canones hoc delictū erat dignū depoſitione ex
canone apłorū.lxxxj.di.c.ꝓſbyter, licèt rigor ille po-
ſtea ꝑ noua iura fuerit mitigatus.facit,qđ dixi.ſ.ti.j.
vt clericorū.& ideo videtur,quòd hodie relinquatur
arbitrio iudicis,vt conſiderata qualitate perſonæ, &
ꝗtitate ſcādali incipiat a ſuſpēſione, vel a depoſitio-
ne,vt dixit hic gl.& ꝓ hoc,qa tā variȩ pȩnȩ imponū
tur a iure,& electio videť eſſe iudicis,ꝗ imponat, &
voluit gl.xxxiiij.diſ.c.fraternitatis. & ſic vř,ꝙ ꝯria lo
quētia đ ſuſpenſione de ęqtate loquanť.vt voluit ēt
gl.Et ꝓdicta ſatis vñr ꝓcedere,qđ ſit in arbitrio iudi-
cis,an incipiat a ſuſpēſione, an a depoſitione , qñ ꝓ-
ceſſit monitio,& ñ ſe corrigit. ſed vbi nulla ꝓcederet
monitio , an poſſet tūc incipere a depoſitiōe videreť
qđ ſic ꝑ alle.c.ꝓſbyter. tñ gl.& doc.vñr velle ꝯriū in
ꝗtū volūt hodie,ꝙ delictū fornicationis ñ ſit pȩna de
poſitionis immediate. vt voluit gl.in c.maximianus.
lxxxj.diſt.& ij.q.vij.ī c.lator.& dixi.ī d.c.vt clerico-
rum.vbi ēt ꝑ Io.An.ſ.ti.j.videtur mñ, ꝙ ſit ſuſpenſus
ab obfficio,ſi crimē ſit notoriū ipſo iure ꝑ ea,ꝗ habē
tur in c.veſtra.& c.fi.ī.eo. ¶Sed ꝑ hoc nō eſt depoſi
tus ab officio in totū:nec ēt a bñficio. facit,qđ dictū
fuit.ſ.eo.ſicut. & ſm̄ ꝓdicta patet,qđ rigor.c.presby
ter.mitigatur per noua iura. & potiſſimè per ea, quæ
habenť hic,& ī c.ij.& iij.ſ.eo. & ſic ſm̄ prædicta vř,
ꝙ hodie delictū fornicationis in clerico non inducat
immediate depoſitionē,vel vt poſſit immediate depo
ni.ſed demū ſi monitus nō ſe corrigat.¶Et no.ꝙ hic
dēret ſeq.c.veſtra.ſed ꝑꝑ ſui ꝓlixitatē,et diuerſa di-
cta doctorum dicendo poſtpoſuit , & continuauit .
c.tua nos.

S V M M A R I V M.

1 *Notorium ſi negetur non tamen debet probari.*
2 *Negatio reddit rem dubiam, qñ fit ſuper eo, quod non eſt notorium.*
3 *In notorijs non requiritur accuſator, nec teſtis.*
4 *Teſtimonia, & teſtes quomodo differant.*
5 *Teſtibus, & non teſtimonijs eſt credendum.*
6 *Notorium facti, quod dicatur.*
7 *Purgatio inducenda non eſt pro ſola ſuſpicione.*
8 *In purgatione deficiens ſi defecerit habetur pro conuicto.*
9 *Negatio, quȩ fit contra notoria nihil operatur.*

T Va nos duxit. Per dicta non
iuratorum te-
ſtiū fornicatio nō ꝓbať.puniť tñ infa
matus de ipſa ſi in purgatione defe-
cit.h.d. Et in pria poniť ꝯſultatio. In
1 ſcđa rñſio.ſcđa ibi nos.¶†No.primo
ꝙ licèt id,qđ eſt notoriū negeť:nō videť per hoc res
effici dubia,vt euidēter colligi pōt ex tex.iſto, nā hic
clerici negabāt ſe ꝯcubinarios. & tñ ſi id eſt notoriū
nō ē neceſſaria ꝓbatio:nec ē neceſſari⁹ teſtis,ſeu ac-
cuſatio.& ſic facit ꝯ opinionē quorūdā dicētiū,ꝙ vbi
negať notoriū,ꝙ dēt ꝓbari. de quo diceť in c.ꝓce.in
2 repeti.¶†Et ex ꝓdictis,ēt no.ꝙ negatio demū reddit
rē dubiā,qñ fit ſuꝑ eo,ꝙ nō eſt notoriū:& ſic intelli-
giť,ꝙ hř i l.fi.C.qb⁹ ad libertatē ꝓcla.nō licet.ſec⁹,
qñ fit ſuꝑ notorio.vt hic patet,& ēt not.ꝑ gl.& Bar.
in l.poſt rē.& ff.de trāſac.& facit ēt,qđ.no.Cy.in l.j.
C.de ꝓcu.& ꝙ notauit Inn.ī.đ cēſi.venerabilis. & ī.
de ver.ſig.ex ꝑte : ¶Itē not.ꝙ publicū dupliciter pōt
ſumi.vno mō ꝓ notorio.Alio mō ꝓ famoſo,vt colli
3 giť ex tex.iſto.¶†Itē no.ꝙ in notorijs nō reqriť accu
ſator nec teſtis.đ ſnīa aūt,an reqrať,dř qđ nō.& ſic
de citatione de quo tāgiť ꝑ gl.ſ.de iureiu.in c.ad no
ſtrā el iij.& ſ.de app.cū ſit Romana, & diceť in ꝓce-
4 dēti.¶†Itē no.drīā eſſe inter teſtimonia,& teſtes.Nā
teſtimonia dicunť dicta teſtiū nō iuratorū,ſed teſtes
ſeu dicta teſtiū ex qbus iudicari ītelliguntť,qñ inter-
uenit iurm̄.vt hic colligiť iūcta gl.j.pōt ēt dici, ꝙ te-
ſtimonia hic appellanť dicta teſtiū deponētiū de au-
ditu,& alijs forte abſentibus. Sed dicta teſtiū appel-
lanť,qñ deponūt ꝑ ſenſum corporeū ſcđm notata.ſ.
de teſtibus cū cām . & facit,ꝙ notauit gl.in l.iij.ver.
idē diuus.ff.de teſtibus.& ꝙ hř.iij.q.ix.teſtes. Ex ꝓdi
ctis etiā no. ꝙ regulariter fama non habet vim plenè
probationis de quo in ca.veniens.el j.ſ.de teſtibus .
5 ¶†Item not.vulgatum,ꝙ teſtibus,& nō teſtimonijs
eſt credendū,ꝙ qualiter intelligatur patet ex ſupra-
6 dictis.¶†Itē no.ꝙ notoriū facti dř illud,qđ ita eſt eui
dens,ꝙ nulla tergiuerſatione , ſeu excuſatiōe celari
pōt,vt cōtingit, qñ publicè clericus tenet ꝯcubinam
in domo. facit,qđ hic tāgit gł.antepenul. Famoſum
aūt dicitur, ſi fortè non tenet eam publicè in domo ,
ſed cōmuniter dř vicina,& eſt fama,qđ illam tenet.
7 ¶†Itē no.ꝙ ꝓ ſola ſuſpicione nō vř indicēda purga-
tio,niſi ſit adeo vrgens, ꝙ trāſeat ad alios,& ſcanda-
lū generet , & ſic facit ad notata in c.ex ꝑte.ſ.de offi.
8 or.¶†Itē no.ꝙ deficiēs in purgatione, ſiue ex eo,qa
ſit ꝯtumax in ſuſcipiendo illam, ſiue poſtꝗ ſuſceperit
defecerit habeť ꝓ ꝯuicto, & ſic vř pari pœna punien
dus,qa puniretť ſicut ſi eſſet ꝯuictus de quo in c.acce
dens ad fi.ī.de accu.& facit,ꝙ habetur de hæreticis.
excōicamus.& adde inꝗtū.ſ.dixi,ꝙ notoriū facti,li-
cèt negeť nō ē neceſſe ꝓbari,qa nō ꝑt dici ꝓcedere
illud in notorio actus ꝑmanētis:ſed in notorio actus
trāſeūtis pōt dici ſecus,vt hic tangit do.Pe.ſed de hoc
plenè diceť in c.ꝓcedēti vbi patebit,an drīa ꝓcedat.
¶In gl.j.in fi.hoc dicit gl.ad tollēdū ꝯriū,qđ vř poſ-
ſe ꝓbari delictū.ſ.de teſtibus.tam literis.& ſic nō vř
habere dubiū qđ hic formata propter hoc glo.intel-
le.de teſtimonio,ſiue iuramento . ¶In gl.celari. ibi
9 negatio nulla eſſet.¶No.bñ gl.qđ † negatio,ꝗ fit cō
tra notoria nihil operatur.& ſic facit rem dubiam de
quo dixi in notabilibus. ¶In gloſſ.euidentia.ibi vi-
detur eſſe probata. & ſic cenſet fornicatio eſſe noto-
ria iuris præſumptione propter talem euidentiā fa-
cti idem notauit glo.ij.q.j.in c.de manifeſt.

S V M M A R I V M.

1 *Cohabitare non debent mulieres cum clericis, niſi ſint conſanguineæ.*
2 *Conſanguinitas elidit ſuſpicionem.*

A Nobis tua. Mulieres in quibus
naturale fȩdus nil
mali ſuſpicari permittit cum clericis
habitare pñt.h.d.& nō diuidiť.Et po-
niť deciſa ꝯſultatio.¶In tex.ibi natu-
rale fȩdus.ideſt ſanguinis proximitas.
1 ¶†Nota ex tex. ꝙ cū clericis non poſſunt de iure mu
lieres habitare,niſi ſint conſanguineæ:in quibus per
vinculum conſanguinitatis ceſſat ſuſpicio , & no.ꝙ
indiſtinctè videtur mulieres extraneas prohibere.fa-
cit,quod habeť.lxxxj.diſt.ca.clericus.& c.cū omni-
bus.& ſic facit ad ea,quæ ſ.dixi in c.j.ſupra.eodem.
Et no.quod tales extraneæ habitātes cum clericis ap
pellanť mulierculæ,& nō mulieres.& ſic diminutiuȩ
nec mirū,qa peccatum diminuit de anima , & fama
2 peccatorum.xxxiiij.di.c.vidua.& c.ꝓcedēti.¶†Item
no.ꝙ cōſanguinitas elidit ſuſpicionē.alibi aūt in alia
mā:vt qñ ꝑ clericū dareť adminiſtratio eccleſiaſtica-
rū rerū ꝯſanguineȩ inducit ꝯſanguinitas ſuſpicionē.

lxxxix.diſt.in c̃.decẽte.x.q.ij.hoc verſus p̄ſtatio.& e.
co.& ſacit.ſ̃.de teſti.ↄſtitutus.¶ Itẽ no.ꝙ nõ eſt lici-
tũ clerico mulieres tenere,niſi ſint ↄſanguineæ nõ ſu
ſpectæ.¶ In gl.ij.in fi.ſup.q̃a ibi loqr̃ de ↄſanguineis
ſuſpectis hic de non ſuſpectis . & facit, ꝙ habetur in
c.j.xxxiiij.diſt.xliiij.

S V M M A R I V M.

1 *Suſpenſus dicitur qñq; aliquis, quò ad ſe, qñq;, quò ad alios.*
2 *Sacerdos exiſtens in peccato veniali, an ſit ſuſpenſus, quò ad ſe, vt nõ debeat celebrare.*
3 *Notorij triplex eſt ſpecies.*
4 *Confeſſio facta in iure inducit notorietatem.*
5 *Notorium facti, quid dicatur.*
6 *Notorius fornicator, an ſit ſuſpenſus, quò ad ſe, & quò ad alios.*

QVæſitum. Clericus cõcubina-
rius in officijs vitiari
nõ debet, niſi ſit notorium.h.d. & pri-
mo.ponitur qõ. Scd̃o reſponſio. ſcd̃a
ibi:rñdemus. ¶ No.ꝙ clericus fornica
rius, licèt ſit notorius vr̃ ſuſpenſus ab
officio donec pœnituerit.facit, qd̃ hr̃.lxxxj.diſt.ĩ c.ſi
1 q.& qd̃ dixi.ſ̃.eo.ſicut.¶ †Itẽ not.duplicẽ ſpeciẽ ſu-
ſpẽſiõis. Nã qñq; q̃s eſt ſuſpẽſus, quò ad ſe tm̃:qñq;
quò ad ſe,& quò ad alios. Quò ad ſe dr̃ ſuſpẽſus q̃li
bet clericus in peccato mortali ↄſtitutus, q̃a celebrã
do peccat. Quò ad alios autẽ nõ eſt ſuſpẽſus:q̃a licitè
alij audiũt diuina ſi nõ eſt notorius fornicator . Quò
ad ſe,& quò ad alios eſt ſuſpenſus , q̃m nõ licet alijs
ab eo audire diuina, vt cõtingit ĩ notorio fornicario.
de quo in tex.ſ̃.eo.veſtra. & ibi dicetur, & de defe-
ctu vtriuſq; ſuſpẽſionis no.ĩ c.vlt.j̃.de clerico excõi.
2 mi. ¶ †An autem ſacerdos cõſtitutus in veniali pec-
cato ſit ſuſpenſus, quò ad ſe, vt nõ debeat celebrare
hr̃ in text.& gl.& ibi ẽt per Archi.vj.diſt.in c. teſtm̃.
ver.cõcludit gl.& ẽt Arch.qd̃ nõ ꝑ hoc dr̃ ſuſpẽſus,
quò ad ſe, ex quò nõ eſt in mortali peccato, ſed ſolũ
ĩ veniali. Do.tñ An.hic vr̃ dicere, ꝙ celebrãdo venia
liter peccat, & nõ mortaliter. gl.tñ ĩ d.c.teſtm̃ ſimplr̃
vr̃ dicere, ꝙ põt celebrare, nec dicit , ꝙ peccat aliquo
mõ.& ꝓ illa facit, q̃a celebrãdo vr̃ deleri ipſum pec
catũ veniale, ꝙ multis modis tollit̃ : vt cõſueuit dici
in ꝓemio.vj.vbi ẽt gl.tãgit,& facit, ꝙ hr̃.ſ̃.eo.veſtra.
3 in ver.alibi vero.¶ †Itẽ no.triplicẽ ſpeciem notorij.
Nã quoddã eſt notoriũ ex facti euidẽtia . quoddã ꝑ
cõfeſſionẽ in iure factã, quoddã ꝑ ſnĩam. Et no.ꝙ ni
hil dr̃ de ꝓbatione iudicialiter facta . & ſic vr̃ innui,
qd̃ nõ inducat notoriũ. de quo dicetur.ſ̃.eo.veſtra.
4 ¶ †Item no. ꝙ cõfeſſio ita demũ inducit notorietatẽ
quando eſt facta in iure. & ſic a cõtrario ſenſu ſecus
vr̃ ſi extraiudicialiter ſit facta . facit, ꝙ hr̃.ſ̃.de cõfeſ.
ca.vlt. ¶ Quare autẽ appellatur notoriũ iuris id, qd̃
ſit notorium per ↄfeſſionẽ in iure factã, vel ꝑ ſnĩam,
poteſt dici, ꝙ ideo dr̃ notorium iuris, quia ſit in iure
ſeu in iudicio. facit de verb.ſig.forus . & ſic appellat̃
notorium iuris ab ipſo loco in quo ſit. facit quod ha
betur in l.pe.ff.de iuſti. & iure . poteſt etiam dici ſic
a cã efficiente : q̃a ab ipſo iure, ſeu iuris artificio in-
ducit̃.nã ius approbat talem ꝓbationem,& illi tan-
5 quam notorio fidẽ adhibet.¶ †Item not.qd̃ notoriũ
facti dicitur, qñ eius euidẽtia intãtum ſe exhibet ocu
lis omniũ, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari. ¶ Et
no.vnum effectũ notorij, q̃a operat̃ effectũ ſenten-
tiæ, vt ſic notoriè delinquens habeat̃ ꝓ nõ tolerato,
ſicut ſi cõtra eũ eſſet ſnĩatũ ad hoc ſubditi poſſint ab
eo recedere ꝓpria autoritate hoc autẽ cõtingit ꝑꝑ
ſnĩam iuris, q̃ talẽ ipſo iure ſuſpẽdit. ¶ Itẽ no.ꝙ tene
re cõcubinã põt eſſe notoriũ facti. facit, qd̃ nota.gl.ſ̃.
6 e.c.tua.ĩ verbo euidẽtia. ¶ †Vltimo no.ſm̃ d.Ant.ꝙ
notorius fornicator eſt ſuſpẽſus , quò ad ſe , & quò
ad alios ſuſpẽſione directa, q̃ dirigitur etiã in ſubie-
ctũ, hoc eſt in ipſum clericũ nontantum in obiectũ ,
hoc eſt in ipſos parochianos . hoc eſt , quò ad ipſos
parochianos. Sed certè iſte tex. non probat bñ iſtud
primũ dictũ : q̃a hic dicit clericũ fornicatorẽ eſſe ſu-
ſpenſum quò ad ſe , ſicut quilibet exiſtẽs in peccato
mortali. Talis autem ſuſpenſio de ſe cenſetur eſſe ſu
ſpẽſio minor . vt plenè legit̃, & notat̃.j̃.de cle.excõ.
mi.c.fi.& nõ vr̃ hic ꝓbari, qd̃ ſit ſuſpenſus , quò ad
ſe ſuſpenſione maiori:ſed melius facit, ꝙ habet̃ in c.
p̄ter hæc.xxxij.diſt.de quo dicitur.ſ̃.eo.veſtra . ¶ In
gloſſ.j.ibi:vel ſecularis poteſtatis. Aduerte, q̃a licèt,
quò ad id , qd̃ dicit gl.paria ſunt ciuitatẽ eẽ interdi-
ctã ꝑꝑ delictũ ciuiũ, vel ſecularis ptãtis ipſius ciuita
tis, ſeu dñi ipſius ciuitatis : tñ, quò ad alia differunt:
q̃a vbi ciuitas eſt interdicta ꝑꝑ delictũ ciuiũ, nõ põt
ciuis ẽt in alio loco nõ interdicto audire diuina : ſe-
cus . qñ eſt interdicta ꝑꝑ delictũ ſecularis ptãtis, vel
domini.j̃.de ſen.exc.ſi ciuitas . & c.ſi ſnĩa.li.vj. ¶ In
ea.gl.in fi. Aduerte, q̃a addunt doc.quartũ caſũ: q̃a
quidã ſunt, q̃ nõ ſunt ſuſpenſi , nec quò ad ſe, nec
quò ad alios. vt eſt ſacerdos curatus exiſtẽs ſine pec
cato ſaltẽ mortali, qui tenetur quotidie reddere pen
ſum debitũ populo ſuę parochię nõ interdicto: vt ꝓ-
batur in c.j.j̃.de cele.miſ. In gloſ.pe.in fi. Nota benè
gl.q̃ vr̃ cõcludere, ꝙ notorius criminoſus non ſit vi-
tandus in officijs ſaluo , niſi ſit notorius fornicator,
vel notorius ſimoniacus. de quo in c.nullus.& c.prę
ter hæc.xxxij.diſt.& dicit̃ in c.veſtra.ſ̃.eo.nam aliq
tenuerunt idem in alijs notorijs criminoſis : vt dr̃ in
d.c.veſtra.& ibi patet, quid tenendum.

De clericis coniugatis. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Character in clericatu imprimitur , qui non tollitur per contractum matrimonij, nec per hæreſim.*
2 *Acolitus ſi contraxit cum vnica, & virgine poterit illa mortua aſcẽdere ad ſacros ordines.*

¶ Viſum eſt in titulo præcedẽti de cohabitatione cle
ricorũ, & mulierum . & ſic de illicita cohabitatione.
Verùm, q̃a aliqñ licitum eſt clericis matrimoniũ con
trahere, & etiã cum vxore cohabitare:ideo ſucceſſiuè
poſt præcedentẽ rubricã ponitur iſta. de materia ha-
bet̃ in decre.xxxviij.diſt. xxxj. xxxij. xxxiij. diſ.per to-
tum.& xxvij.q.j.vt lex cõtinentiæ , & repetitur in vj.
¶ Contra iſtã rubricã Io. An.opponit tripliciter. pri-
mo de ſuperfluitate. ſcd̃o, quod malè ſit ſituata. ter-
tio , ꝙ male ſit formata . ¶ Quò ad primum opponi-
tur, qd̃ ſuperfluat ꝑ rubricã, q̃ clerici, vel voue. cõtra
id, qd̃ hr̃ in proœmio huius cõpilationis . Solue, ꝙ nõ
eſt ſuperflua iſta rubrica per illã:q̃a in illa tractat̃ ſpe
cialiter an,& qñ clerici poſſunt matrimoniũ cõtra-
here. Hic vero principaliter tractatur , an clerici
matrimonium cõtrahentes poſſunt habere, vel reti-
nere bñficiũ,& an gaudent priuilegió clericali . ¶ Itẽ
nõ poſſunt cõpelli ad deferẽdũ tõſurã, vel habitum,
licèt incidẽter ẽt hic tractet̃ quatenus eſt neceſſe ad
exigentiam prædictorũ vtrũ clerici poſſint matrimo-
niũ ↄ̄hęre. facit ꝙ notat̃ in ſimili ꝑ Legiſtas in rub.ff.
de ꝓcurato. ¶ Quò ad ſcd̃am opponit̃, q̃a vr̃, qd̃ hęc
rubrica debuit p̄cedere p̄cedẽtes. nã poſtq̃ autor intẽ
debat tractare de cõiunctione licita,& illicita vr̃ , qd̃
debuit p̄mittere de licita tanq̃ digniori, q̃a à dignio
ribus eſt inchoãdũ.lx.diſt.c.ſi.ſ̃.de ma. & obe.c.ſta-
tuimus.& facit ẽt dictũ Valerij, q̃ tractaturus de gra
tis,& ingratis, dixit prioremque locũ obtineãt , qui
laudem,

tandem,& reprehenſionem merentur. Sed pōt dici, qđ iſtud eſt de pendentibus a Principis poteſtate.ſ. præmittere,vel poſt ponere, & ſic alia ratio nō videtur quærēda,ex quo ſic placuit antori.l.nō omni.ff. de legi.& facit,ꝙ not.ſ.de reſcript.ſi qñ.Vel pōt dici ſecundo,ꝙ prius ſunt purganda vitia, vt pareatur locus virtuti.xxxij.q.j.cum renunciat. Vel tertio pōt dici,qđ.ſ.in gñe tractauit de cohabitatione clericorum,& mulierum.hic antē de certa ſpecie cohabitationis. genus aūt debet præmitti,vt deueniat ad cognitionē ſpecierū.ff.ſi cer.pe.l.j.pōt etiā dici,qđ hic tractat de licita,& illicita cohabitatione miſtim, & ſimiliter etiā tractauit.ſ.titulo præcedenti. vt patet in c.& a nobis. & iō ēt potuit iſtum ti.illi poſtponere. ¶Quō ad tertiū opponitur, qđ malè ſtet hæc rubrica.& ſic fuerit malè formata.nam vr,ꝙ dēt dicere quondā clericis cōiugatis:q̄a vr,qđ p ꝯtum matrimonij tanq̄ p actū oppoſitū,ꝙ ceſſet dignitas pambula.facit.xx.q.iij.pſes.& xxvij.q.ij.pſcripſit. vbi patet,qđ poſt monachatū, vel clericatū q̄s appelletur olim comes,vel rex,ꝙ añ fuit comes,vel rex. Sed potes dicere ſm Io.An.ꝙ clericatus nō ceſſet in totū p

2 aſſumptionē oppoſitę qualitatis ex eo,q̄ † in clericatu imprimitur character, q nō tollit p talē actū ꝯtus matrimonij, ſicut nec per hæreſim.j.q.j.ꝙ q̄dā. Et plus dicit Io.And.ꝙ ſi vxoratus ordinaret,imprimeretur character ſibi per ea, q̄ not.j.de conuer.cōiuga.vxoratus.& c.placuit. licēt malè faciat ordinās vxoratum,& veniat puniendus. de temp.ordi.c.vlt. in vj. Contraria vero procedunt in dignitatibus accidentalibus,in quibus non imprimitur character,q̄ tollunt per aſſumptionem oppoſite qualitatis. Et p

a pd iđa dicit ſolui poſſe quæſtionem de † accolito,ꝙ poſt aſſumptionē ipſius accolitatus contraxit matrimonium cum vnica,& virgine,q̄a illa mortua poterit aſcēdere ad ſacros ordines,nec erit neceſſe reiterare ordinē accolitatus. & p hoc faciet iſta rubri.& dū dicit rub.de cleri.ꝯiuga.ſuppleſm Io.An. vidēdū eſt an bñficia tenere, vel habere poſſint, & an retineāt priuilegiū clericale.& an tonſurā,& habitū deferre cogant.de q̄bus oībus pſequendo tanget in ti.ipſo.

SVMMARIVM.

1 *Clericus exiſtens in minoribus ordinibus poteſt cōtrahere matrimoniū etiam ſi ſit beneficiatus.*

2 *Clericus exiſtens in ſacris non poteſt contrahere matrimonium.*

3 *Clericus poteſt ratione fornicationis cogi ad agendam pœnitentiam p pœnam ſuſpenſionis, & excommunicationis.*

4 *Clericus in minoribus contrahendo matrimonium, videtur renuntiare beneficio.*

5 *Clericus exiſtens in ſacris ſi contrahit matrimoniū, an pdat bñficium.*

a SI qui clericorum. Si clericus ª in ſacris ꝯhat matrimoniū,nō tenet,ſec' ſi in minoribus, ſed tunc beneficium dimittere cogitur. hoc dicit. Et ſunt duo dicta,quæ patent.ſcđm ibi:ſed ſi.

¶In tex.ibi j.1.citra,& exponit excluſiuē.No.ex tex.

1 ꝙ † clericus exiſtens in minoribus ordinibus, etiā ſi ſit bñficiatus nō repellitur a poteſtate ꝯtrahendi matrimonium.no.tamen,ꝙ qñ ſunt beneficiati priuant bñficijs,quæ tenebāt. tacit,qđ tangit in gl.j. ¶Item

2 no.ꝙ † exiſtens in ordine ſacro non poteſt cōtrahere matrimoniū.Et ex hoc no.qđ ſacer ordo nō impedit cōtrahi matrimoniū, ſed ēt dirimit poſt ꝯtractū, de quo in c.j.de voto.in vj. ¶Itē not.ꝙ clericus exiſtens in ſacris, ſi cōtrahat matrimoniū ſeparari dēt a tali vxore de facto aſſumpta,& cogi ad pœnitētiā pagēdā.Ex hoc ēt no.qđ pōt q̄s cogi ad pagēdā pœnitē tiā de peccato. de quo in c.vlt.xxij.q.j.& xxxij.q.ij. quicūq;.& facit,qđ hr.j.de ſpon.ad audientiā. ¶Itē

3 no.qđ † clericus pt cogi rōne fornicationis ad agēdā pœnitentiā per pœnā ſuſpenſionis, & excōicationis. intellige gradatim ſm Io.An. Nam gradatim huiuſmodi pęnę ſunt imponēdę.facit,qđ hñr.ſ.ti.j.c.clericos. ¶In gl.j.ibi:ſiue ad poſſeſſionē. ¶No. benē ex gloſſ.iuncta cū tex.qđ licēt quis ipſo iure priuet beneficio, non tamen per hoc priuetur poſſeſſione ipſo iure,ſed debet cogi quod poſtea illam dimittere. facit,qđ hr in c.licēt Eps.j.de præben.in vj. & qđ notat etiā p gloſ.in l.cū duobus.§.idem reſpondit.ff.pro ſocio. vbi gl.dicit, ꝙ licēt in multis caſibus ipſo iure q̄s pdit dominiū, vel transferatur in aliū nō tñ pdit, vel transfertur ipſo iure poſſeſſio. ¶Itē no.ēt ex gloſſ.ꝙ

4 † clericus in minoribus contrahendo matrimonium ipſo facto intelligitur renūtiare beneficio. & ipſo iure intelligit ipſum beneficiū vacare, & hoc,q̄s eligēdo vnū de ꝯrijs,alteri renūciare vr. facit,qđ hr in l.j. C.de fur.& ꝙ habet in c.ꝯtingit.j.de ſen.excō. ¶An autē aliàs renuntians beneficio perdat poſſeſſionē recurre ad ea,quæ habentur.ſ.de renun.ammonet. & c.qđ in dubijs.& c.veniens. ¶Item aduerte,quia quatenus dicit clericū in minoribus perdere beneficiū ipſo iure cōtrahendo matrimonium pcedit ſi ſit cōtractū per verba de præſenti ēt ſi copula nō ſit ſecuta, cū talis actus ſit cōtrarius retentionis beneficij adeo, quod etiā ſi poſtea mulier ante carnis copulā ingrederet monaſteriū, qđ facere pōt inuito viro. j.de cōiuga.ex publico.tñ nō poterit reuerti ad bñficium ſine noua collatione,ex quō ꝯtrahendo matrimonium renuntiauit beneficio per ea, quæ habent. ſ.de renū.ex transmiſſa.& hoc ēt tenet.Guil.in Spe. eo.tit.in fi.facit ēt,qđ hr in cle.gratiæ. de reſcrip.& in c.vno.eo.tit.in vj.& qđ no.Bartho.Brixi.in q.quæ incipit, q̄dā clericus. ¶Quid autē ſi non cōtraxiſſet matrimonium per verba de præſenti:ſed ſpōſalia per p verba de futuro. dic qđ tūc nō pdit bñficiū, ſicut ēt videmus in ſimili, qđ ſponſa per verba de futuro nō mutat domicilium: licēt ſecus ſit in ſponſa per verba de præſenti,etiā ſi nondum ſit ad domum ductā:vt eſt tex. cū gl.in l.ea quæ in ſcđo.ff.ad munic. & l.imperatores.§.item reſcripſerunt..co.ti.& facit, qđ hr in l.pe.ff.de iuriſd.om.iud. & poteſt ēt eſſe rō diuerſitatis inter ſponſalia de præſenti, & ſponſalia de futuro. vt hic tangit do.Flo.q̄a ſponſalia de futuro facilius diſſoluunt, q̄a poſſunt per cōſenſum diſſolui.j.de ſponſa.c.ij.Et p prædicta pōt inferri,q̄d ſi aliq̄s ꝯ clericū agentē ad bñficiū pcipiat,ꝙ illi renūtiauit p ꝯtū ſpōſaliorū,qđ licēt pbent ſponſalia ꝯtā,ꝙ nō debeat decipiens obtinere, q̄a probatio,& exceptio nō inferūt neceſſario de ſponſa. de pſenti. & ideo nō releuat p id, ꝙ habet.ſ.de pba.in præſenti.Et iſtud ēt tenuerūt dñi de Rota in ſua ꝯclu.xxvij. ¶In ea.gl.ibi: de iure,&c.& ſic vult gl.qđ đ iure cōi nō pōt clericus ꝯiugatus renere bñficiū,ſed ex diſpēſatione,& ſic vr,ꝙ poſſit diſpēſari cū clerico in minoribus ꝯiugato,ꝙ hēat bñficiū,qđ vr poſſe pcedere ſi hēt vnicā,& virginē,& incedit in habitu,& tōſura,& ſit bñficiū ſimplex. ſecus ſi ſit bñficiū curatū,vel dignitas: quia tūc nō poſſit Eps diſpenſare, vt tangetur j.c.proxi.& j.eo.Ioannes. ¶Aliqui tamen dixerunt, quod non debet retinere beneficium etiam ſimplex in titulum,ſed pōt tanquam in ſtipēdium,ſi ſit pau p ſibi cōcedi faciendo aliqua ſeruitia eccleſiæ,vt dictū fuit.ſ.de vi.& ho.cle.c.cleric' ſi tōſurā.Poſſes dicere ꝙ ſine diſpenſatione ſi Epiſcopus vult ſibi tanq̄ pauperi pro-

a Si clericus. Licēt do. Abb. p alia verba formet ſūmariū huius. tamen idem eſt in ſenſu.

peri prouidere ꝓpter aliqua ſeruitia faciēda eccleſię, poterit etiā ſine diſpenſatione prouidere, q̨a etiā mero laico poſſet prouideri de redditibus eccleſiæ propter ſeruitia, quæ impenderet eccleſiæ ſm ea, q̄ notātur. ſ̄. de cōſtit. cū M. Ferrarien. & facit ēt, qđ hr̄. ĩ. de conſt. c. iij. Sed ꝙ habeat in titulū hoc nō poteſt fieri ſine diſpenſati one, videtur tamen, ꝙ non debeat diſpenſare ſi ſcandalū oriretur. ĩ. eo. cum olim. aliàs videtur, ꝙ nō poſſet. per ea, quæ habenr̄ in iuribus hic

5 alleg. in gl. ¶ † In gl. fi. & ſic vult glo. ꝙ qñ clericus in minoribus ꝯtrahit matrimoniū ipſo iure priuer̄ bñ̄ficio: ſecus quando contrahit exiſtens in ſacris: q̨a tūc non eſt priuatus ipſo iure, ſed erit priuādus. Et ratio diuerſitatis vr̄ eſſe ſcđm gl. q̨a primo caſu tenet matrimoniū: ideo tūc ipſo iure priuar̄. ſecus in ſcđo. ſed contra glo. facit, q̨a non videtur, quod nō debeat eſſe melioris ꝯditionis delinquens, q̨ nō delinquēs. de præben. cū q. lib. vj. & ideo ſi ille, q̨ non delinquit, vt eſt clericus in minoribus contrahendo matrimoniū ipſo iure priuar̄ beneficio, vr̄ qđ debeat priuari exiſtens in ſacris cōtrahēs matrimoniū delinquens contrahendo. ꝑ hoc ēt, ꝙ hr̄. ĩ. de biga. in c. nup. nā vr̄, ꝙ propter intētionē cū tpe ſubſecuto: licèt nō eſſet effectus ſecutus incurrit pœnam: vt ibi patet. facit ēt, qđ nota. Bart. Brixi. in q. ſua. in qua tractat de illo q̨ contraxit cū cōſanguinea, vbi patet, qđ nō teneat matrimoniū. & tamen dicit, qđ ꝑdit beneficiū. de materia remittit Io. An. ad notata per ſe in c. Ioannes. ĩ. e. ibi in diſtinctione q̄ ponit in vlt. col. verſic. ſi vero tenee ex cōſenſu. ante vet. de tertio. vbi vr̄ in effectu tenere illud, quod hic tenet glo. do. Pet. & etiam d. Flo. hic videntur reprobare gloſſ. per ratiōes ſuperius tactas. ¶ Sed do. Ant. hic nititur ſuſtinere glo. per rationem gl. & reſpondet ad cōtrarium. Et primo ad primā rationem, dum dr̄, qđ nō debet eſſe melioris cōditionis delinquens q̨ non delinquens. ¶ Nam reſpondet hoc eſt verum, niſi rō diuerſitatis ſuadeat oppoſitum: prout facit hic in caſu propoſito. Nā ratio quare clericus cōiugatus nō poteſt tenere beneficium, eſt, q̨a non poteſt bene ſeruire beneficio, & vxori cū illa nō bñ adinuicē cōueniat. ĩ. co. ti. de diuerſis fallacijs. q̄ ratio ceſſat in clerico in ſacris, q̨a ex quò non tenet matrimoniū nō obligatur vxori. & ideo poteſt deſeruire beneficio. & ꝑ tanto non ſic repugnat cōtractꝰ matrimonij, quē facit clericus in ſacris ipſi beneficio, ſicut repugnat cōtractus matrimonij factus per clericum exiſtentem in minoribus. Item nō ob. qđ hr̄ in c. nuper, q̨a ibi id operatur vitiū bigamiæ. & ſic ſecus, qñ nō incurritur bagamia per cōtractum matrimonij. Item non ob. qđ notauit Bartho. Brixi. in q. præalle. q̨a loquir̄ in conſtituto in minoribus, q̨ facilius priuatur priuilegio clericali, & beneficio, q̄ exiſtens in ſacris. & ſic intelligir̄ iſta glo. quam nota. & quam in dubio tutius eſt tenere, & præſertim, quia in pœnis mitior interpretatio eſt aſſumenda. de reg. iur. in pœnis. li. vj.

dic,vt habeẽ hodie in c.nullus.de tẽpo.ord.in vj.per
qd.c. patet pdicta pcedere niſi ordinandus ſortireẽ
domiciliũ in loco vbi ordinareẽ.nam tunc bñ poſſet
ibi recipere ordines,vt ibi probatur.¶In glo.i.ibi:cũ
ſm.Et facit quod hr.s.de ſer.non ordi. in c.mirãdũ .
& de ætate,& quali.in c.multis.¶In eadem gl. in fi.
iſtud vltimum quod dicit gl.in fi.de minori.ord. cõi-
ter non tenetur per ea quæ dicta fuerunt in d.c. non
c liceat.s.eo.¶In gl.vltima ᶜ ibi : in perſona & rebus.
¶Not.

4 ¶No. bene diligenter gl. quæ aperte dicit, q † cleric° etiam non beneficiatus quo ad res proprias gaudet priuilegio clericali. & per hoc patet, q ratio, q aſſignatur per gl. ĩ. de pign. ex literis. quare clericus gaudet priuilegio clericali et in rebus proprijs non eſt vſis. ¶Nam gl. ibi dicit, q ratio eſt. quia bona clerici ſunt obligata pro mala adminiſtratione rerum eccleſiæ. Nã illa ratio non habet locũ quando non habet eccleſiam. vnde melior eſt ratio: quia bona ſe habẽt ac ceſſoriè ad perſonã, & ideo cum perſona clerici non ſit de foro ſeculari, pñr fuit cõueniens, qđ ẽt res eius non eſſent de foro ſeculari. facit de regu. iur. acceſſoriũ. lib. vj. & quod dixi. ſ. de vita & honeſta. cle. c. vlti.

5 ¶† Itẽ no. ex gl. quod ordinatus ſine titulo ſi habet patrimonium ſufficiens intelligatur tacite ordinari ad titulum ſui patrimonij, qđ eſt intelligendum quo ad effectũ excludendæ obligationis, q̃ cõſueuit dari ꝯ epiſcopũ ordinantẽ ſine titulo, non quòd patrimoniũ cenſeat̃ titulus niſi expreſſe hoc agat. & iõ poſſit ſine licentia epiſcopi alienari. de quo dicet̃. ĩ. eo. tuis. & facit qđ notat̃ per Io. An. in d. c. ſi eps. ĩ. eo. li. vj. An aute ordinatus hñs ſufficiens patrimonium poſſit licite cõſequi beneficiũ eccleſiaſticũ, vr̃ q non: per ea quæ hñr. in c. clericus. j. q. ij. vbi vr̃ dici, q habens ſufficiẽs patrimoniũ debet de ipſo non de bonis eccleſiæ viuere. Inn. vero hic tenuit contrarium. & ſic communiter ſeruatur, q licèt quis habeat ſufficiens patrimonium, tñ poterit habere beneficium eccleſiaſticũ ex cuius redditu poterit viuere, quia cum ſeruiat altari debet viuere de altari. ĩ. eo. cum ſecundum. & ſic vr̃ q bona patrimonialia poſſent reſeruare. & expenſas ſibi facere de bonis beneficij. facit quod habet. xij. q. iij. c. j. Nec ob. præalle. c. clericos. q. a ſm Inn. debet intelligi de his, qui recipiunt beneficia propter auaritiam: & animo theſaurizandi, vel vt conſumant in malos vſus. vel ſm Hoſti. illud. c. intelligitur de illis, qui nõ ſeruiunt eccleſiæ. & nihilominus percipiunt beneficiũ augentes patrimonium ſuũ. de quo remittit ad no. ĩ. de teſta. q. a nos. & facit et quod no. Inn. ĩ. ne prela. vices ſuas. c. ij. Et hæc ſolutio Hoſt. põt iun

6 gi cũ præambula ſolutione Inn. ¶† Vltimo potes notare, q interdum ẽt viuẽs dr̃ hæreditatem habere: ſed impropriè illud procedit: quia impropriè hæreditas non eſt viuentis, ſed defuncti. l. j. & ij. ff. de hæred. vel act. ven. licèt ipſa hæreditas defuncti ad ipſum viuen

7 tem ſpectare poſſet, vt ibi. ¶† Vltimo potes dubitare: an ille, qui tenetur præſtare alimenta teneatur ẽt præſtare veſtes neceſſarias. & lectum, de quo tangit hic do. Pet. & vr̃ tex. quod ſic in l. verbo victus ſunt. de ver. obl. ¶An aũt teneatur præſtare medicinas. tãgit Bar. in l. item. de alim. & cib. leg. vbi concludit, q ſi quis ſimpliciter tenet̃ ad alimenta, tenetur etiã ad expenſas medicinarum, & medicorũ. Si aũt teneatur ad alimenta ex eo: q. a ille cui tenet̃ præſtare debet ſibi præſtare operas ſuas: vt contingit in ſeruis datis in dotẽ per mulierem: & tunc ſi expẽſa eſt parua, debet illã facere, aliàs non tenetur illam ſuis ſumptib. facere. l. & oẽs. ff. de impen. Si aũt non teneatur ad præſtãdũ alimenta, ſed cibaria. patet qđ non tenet̃ præſtare veſtes, quæ veniunt appellatione alimentorũ: vt contingit in officialibus, quos conducunt ptãtes terrarũ: vel in familiarib. quos quis ꝯducit pro ſeruitio, quia quis tenet̃ tunc preſtare cibaria, & non alimenta, & non veſtes. vt dixi in d. l. verbo victus. & tunc q nõ tenet̃ pſtare medicinas nec expenſas medicorũ in ꝯſequentiã: q. a nõ fiunt medicinæ ad cibandũ: ſed poti° ad euacuandũ. l. non oẽ. ff. de penu leg. vr̃ tñ, q expẽſas pullorum, & ſimiliũ, quæ tendunt ad cibandũ teneatur facere, per ea quæ hñr in d. l. legatis. quod tñ eſt intelligendũ, qñ impenſa non eſſet nimis magna aliàs videret̃ ſecus per ea quę hñr in ſimili ĩ. l. oratio.

8 Et ex prędictis patere põt: † an epiſcopus ordinãs aliquẽ ſine titulo teneat̃ ad expenſas medicinarum, & medicorũ, & pupillorũ. nam vr̃ qđ ſic: cũ ſimpliciter teneat̃ ad alimenta neceſſaria pſtanda: & non ſimpliciter ad cibaria. & no. q titulus accipitur pro beneficio, qm̃ multis modis accipitur in iure hoc nomẽ titulus: vt not. per gl. in c. dudum. el. ij. ſ. de elect. & in auth. de eccle. titu. colla. ix.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas beneficiorum quare prohibeatur*
2 *Conſuetudo pluralitatem beneficiorum arguens eſt irrationabilis, nec valet.*
3 *Ambitio quid ſit.*
4 *Plura beneficia habere, an poſſit quis aliquo caſu.*
5 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris.*
6 *Domicilium, an ſortiatur quis in loco ratione beneficij.*

QVia intantum. Epi nõ debẽt permittere aliquẽ habere plures eccleſias. h. d. ¶Et primo notat̃ ambitionẽ clericorũ. Secundo illã corrigi mandat, & pauperũ inopiã eleuari. ſeđa ibi: per fra-

1 tres. ¶† No. ex tex. multas cauſas ex qb. ꝓhibet̃ pluralitas beneficiorũ. Prima eſt vitiũ ambitionis. Secũda eſt impotentia deſeruiendi. Tertia eſt malus effectus inde ſurgens: q. a ex ea ꝓducit̃ materia, & occaſio vagationis, & diſſolutionis. Quarta periculũ animarum. & propter hoc vltimum, & ꝓcedens potiſſi-

2 mè vr̃ argui † poſſe conſuetudinẽ beneficiorũ pluralitatem permittentem non valere, vt irrationabilẽ, & inducentẽ periculũ animarum. & hoc clãrum qñdo eſſet circa pluralitatẽ beneficiorũ curatorũ: vt et dictũ fuit. ſ. tit. j. & iij. & c. fi. Et idẽ videret̃, qñ eſſet circa multitudinẽ ſimpliciũ per iſtũ tex. ij. & per id etiã qđ notauit Inn. ĩ. eo. cum iamdudum. & qđ dictum fuit in c. fin. ſ. tit. j. Sed vbi eſſet circa duo beneficia ſimplicia, videret̃ poſſe tolerari ſaltem quando nõ requirunt reſidentiã per ea quæ notant̃ in c. grande, de reſcr. in vj. & quod notauit etiam Inn. in c. fi. ſ. titu. j.

3 ¶† Item no. ex prædictis ambitionem reprobari, eſt autem ambitio ſm Io. An. aſpiratio ad dignitates procedens ad actũ: vt hic & patet. ĩ. eo. cum iamdudum. & qđ dixi procedens ad actũ. ſatis vr̃ ꝓcedere in terminis huius. c. & d. c. cum iamdudum. tñ etiã ſi non procedat ad actum propter rõnem impotẽtiæ poteſt nihilominus eſſe in aliquo ambitio. & ſic vitium ambitionis propter corruptã intentionem. facit qđ notatur in c. eo qui mit. in poſſeſ. Et dicit Io. And. q tales aſpirationes de quibus eſt dictum, ſi iungant̃ cum conuentionalibus, & pactionibus, inducunt ſimoniã in ſpiritualib. in temporalibus inducunt panẽ: vt ĩ. de ſimo. c. j. & ff. ad leg. Iul. de ambitu. l. j. & ꝑ totum. ¶Quomodo aũt ſurgat vagatio, & diſſolutio ꝑ pluralitatem. dic qđ ex nimia abundantia. Nam ſm Philoſophum. & etiam ſm Pſalmiſtam ex adipe, ſeu pinguedine procedit iniquitas. pſal. lxxij. ¶In gl. j. ibi: de electione dudum. ſup. el. ij. ad fi. vbi bona gl.

4 ¶† An aliquo caſu poſſit quis hr̃e plura beneficia. de quo ẽt dictum fuit in c. fi. ſ. tit. j. ¶In ea. glo. ibi in om

5 nib. acceſſorijs. No. bene diligenter gl. q licèt † diſpẽſatio de ſe ſit ſtricti iuris: vt habetur in c. qđ dilectio. ĩ. de conſangui. & affin. & c. j. & ij. de fi. presby. in vj. tñ ſe extendit ad cõſecutiuam illius, ſuper quo eſt diſpenſatum. facit qđ notat̃. in c. ſi quis in clero. vij. q. j. & in c. nõ põt. ĩ. eo. in vj. ¶In eadẽ gl. ibi vtrobiq;

6 intelligitur &c. de hoc an rõne beneficij quis † ſortiatur

tiatur domiciliũ tãgitur in c.dilectus.hic alle. & per
Inno.ĩ.de priui.c.ex ore.Et per Arch. & Io.And. de
reſcr.ſtatutũ.§.cũ vero.lib.vj.Et cõiter tenetur,ꝙ de
mum ratione beneficij quis ſortitur domiciliũ,ſi re-
quirat reſidentiã,aliàs non ſortitur domiciliũ ratio-
ne bñficij,licèt ſortiatᷓ ſorum,vt ratione iſtius benefi
cij in loco beneficij poſſit cõueniri.& ſic dẽt intelligi
hæc gl.¶ Si aũt quis haberet maiorem partem fortu
narum ſuarũ in loco beneficij,licèt nõ requireret re-
ſidentiã diceretur ibi ſortiri domiciliũ non rõne be-
neficij:ſed ratione patrimonij.ſ̃. de foro cõpe.c. po-
ſtulaſti.¶ In gl.ſi.ibi : per diſpenſationẽ.an aũt ſuffi-
ciat diſpenſatio epi . an vero requiratur diſpenſatio
papæ.dicetur.ĩ.c.ſ̃.de multa. & dictũ fuit.ſ̃.tit.j.c.ſi.
Et inquantum gl.dicit diſpenſationẽ iuuari intelligẽ
dũ vr̃:vt hic tangit do.Pe.quando fit ex cauſa ratio-
nabili : aliàs vr̃ ꝙ non debet dici diſpenſatio,ſed po-
tius diſſipatio.& ꝑ ꝯñs non habet iuuari ſaltẽ quo ad
Deum:& forum conſcientiæ:per ea quæ no.ĩ.eod.c.
de multa.& c.non eſt.ĩ.de voto.vbi bona gl.& facit
quod no.Inn.c.cum inter.ſ̃.de renun.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio ſecundi beneficij non valet niſi fiat mentio de primo.*
2 *Scandalum vitari debet.*

CVm teneamur. Ad mãdatum
Papæ quis pro
uidere non tenetur hñti beneficiũ,quod
tacuit,uel ſi ei non põt ſine ſcandalo ꝓ-
uideri.h.d.& non recipit commodam di
1 uiſionem.¶† Nota ex text.j.ꝙ non valet impetratio
beneficij non facta mentione de primo beneficio cõ
petenti,qđ habet impetrans.¶ Quid aũt ſi non eſſet
ſufficiens beneficiũ:an tunc taciturnitas talis benefi
cij vitiaret literas.¶ Olim erat dubiũ,vt patet ex his,
quæ notanᷓ hic in gl.ij. Sed hodie idem eſt dicẽdum
prout hr̃ in c.ſi motu proprio.de præb. in vj. Et facit
etiam ad materiam quod hr̃.ſ̃.de reſcr.ſi proponẽte.
2 ¶†Itẽ no.ꝙ vbi ſubeſt ſcandalũ in prouidẽdo alicui,
redditᷓ is inhabilis ad promotionẽ rõne ſcãdali: licèt
aliàs eſſet habilis.facit qđ hr̃ in tex. & gl.ſ̃. de cleri.
coniug.cũ olim.& qđ notauit Inn.de cõſue.ſuper ru
brica.¶ Item no.ꝙ propter ſcandalum vitandũ rece-
ditur a iure cõi.& ſimiliter reſcriptum apoſtolicũ ra
tione ſcandali non mandatur executioni . & per hoc
c.põt exemplificari,qđ hr̃.ſ̃.de reſcr.c.ſi quando. qđ
c.loqtur in genere:ſed iſtud in ſpecie. facit qđ hr̃.ĩ.c.
cum non ignoras.¶ In gl.ij.ibi:ſed tutius eſt &c.imo
omnino eſt etiam neceſſarium , vt eſt hodie expreſ-
ſum in c.ſi motu proprio.ĩ.de præben.vj.

SVMMARIVM.

1 *In notorijs non eſt ex arrupto procedendum ad priuationem beneficij non procedente citatione.*
2 *Agenti poſſeſſorio recuperanda,an obſtet exceptio notoria , quæ non inducat actualem priuationem,licèt inducat facultatem priuandi.*
3 *Plura beneficia, vel eccleſias habens,an poſſit vtraque priuari .*
4 *Ex contumacia ſola poteſt ad ſententiam excommunicationis procedi etiam non procedente comminatione.*
5 *Et an ex ſola contumacia,ſine alia citatione poſſit quis mulctari.*
6 *Appellari non poteſt ad inferiorem a Papa omiſſo medio.*

a Habens[a]. Cõcordat ſummario hmõi Do. Abb hic nihil addito nihilque ſublato.

a REferente. Habens [a] plures eccleſias
alterã eligere, & aliam di-
mittere cõpellitur.h.d. Et ſunt duæ partes
principales.Nam in prima ponitᷓ impetrantis cõque
ſtio.in ſcđa ipſius abſolutio:& cauſę commiſſio.ſcđa
ibi:nos autem.¶ Not.primo quod ad Archidiaconũ
poteſt ſpectare collatio beneficij: quod videtur poſ-
ſe procedere ex conſuetudine , vel priuilegio legiti-
mẽ præſcripta. Nam ad alios ſpectat de iure commu
ni collatio beneficiorum.vt patet ex his,quę habenᷓ
in c.j.& c.cũ eccleſia vulterana.vbi ſpãle de materia
ſ̃.de ele. ¶ Itẽ no.quod vbi ad Archidiaconũ ſpectat
collatio beneficiorum videtur,quod habeat poteſta-
tem ex officio inquirendi ſuper titulo beneficij ſ̃m
practicam,quæ habetur in c.ordinarij.de offi.ordin.
lib.vj.vbi patet quod ordinarius habeat poteſtatẽ fa-
ciendi inquiſitionem generalẽ cõtra clericos,vt oſtẽ-
dant titulum.& nedum hoc poſſunt facere epiſcopi,
ſed etiam alij prẹlati,etiam habentes ordinariam po
teſtatẽ,& habentes poteſtatem cõferẽdi, vt ſatis hic
innuitᷓ.Et notat gl.in c.ordinarij.de offi.ord. in vj. &
facit quod hr̃ in c.cum ab eccleſiarum prẹlatis.ſ̃.de
offi.ordi.Et licèt poſſit conſequenter priuare nõ ha-
bentẽ canonicũ titulum ordine iuris ſeruato,non tñ
poteſt de facto ſine aliquo ordine iuris aliquem ſpo
liare beneficio:vt hic patet & ſ̃.de reſtit.ſpo.cõque-
rente.& propter prẹdicta merito vr̃ irritatum factum
Archi.vnde dicebat hic Inn. quod in duobus pecca-
uerat.Primo non dãdo electionẽ ipſi presbytero.Se-
cundo ſpoliãdo eum de facto ſine ordine iuris. Si au
tem iuris ordine ſeruato proceſſiſſet:& priuaſſet eũ,
licèt male feciſſet non dando electionem,tñ tranſmi
ſiſſet ſententiam in rem iudicatam non obſtante ap-
pellatione facta ad iudicem incompetentẽ nõ impe-
ditᷓ curſu tpis appellatio interponendi ad iudicẽ cõ-
petentẽ nec tp̃s proſequendi corã illo. facit quod hr̃.
in l.ſi paternę de ſtatu defunctorum . & in l.accuſa-
turus.ff.de adul.Et nota bene,quia Inn. per prẹdicta
vr̃ velle ſimpl̃r , ꝙ appellatio facta omiſſo medio ad
inferiorẽ a Papa nõ valebit de quo inferius dicetᷓ. &
1 tangitᷓ ẽt hic in gl.ij.¶ Itẽ no. ꝙ † ẽt in notorijs nõ vr̃
eſſe ex arrupto ꝓcedẽdũ ad priuationẽ ſaltẽ nõ ꝓce-
dente citatione.facit ꝙ notatᷓ in gl.ſ̃.de iureiu.ad no
2 ſtrã el.iij.¶†Itẽ no.qđ cõtra agentẽ poſſeſſorio recu-
perandę nõ vr̃ obſtare exceptio notoria,q̃ nõ inducit
actualẽ priuationẽ. licèt inducat facultatẽ priuandi.
ſed in ꝯ̃riũ vr̃ facere qđ hr̃.ĩ.de accuſ.ſi conſtiterit.&
ſic ad petitionẽ do.An.hic remittit ad notata ꝑ ſe in
c.literis.de reſt.ſpo.¶ Tu potes dicere, qđ hic exce-
ptio notoria nõ inducebat facultatẽ priuandi prẹciſe
ſuꝑ eo,ad qđ agebatᷓ poſſeſſorio recuperãdę,q̃a ele-
ctio erat presbyteri, an vellet retinere illud ad quod
agebat,an vero illud,& iõ nimirũ ſi talis exceptio nõ
ob.agẽti poſſeſſorio recuperãdę.Sed vbi exceptio no
toria induceret facultatẽ ꝓciſe ſuꝑ eo,qđ agitᷓ,tũc an
hẽat obſtare recurrendũ eſt ad notata in d.c. in lite-
ris.& qđ ibi dixi.& in c.ad petitionẽ ꝑall.Itẽ no. ſ̃m
vnũ intelĺm,qđ omiſſo medio põt appellari ad infe-
riorẽ a Papa.& tenere vr̃ applõ.Nã hic fuit appellatũ
ab Arch.ad Archiepm omiſſo epo medio . Hoc ẽt pt
ꝓcedere altero de duob.modis . Primo , q̃a forte ſic
habebat conſuetudo,q̃ dare põt iuriſdictionẽ etiam
aliàs nõ hñti.ſ̃.de foro cõpe.cũ cõtingat. vel q̃a non
fuit acceptũ cõtra talẽ appellationẽ de quo tangitur
3 cũ gl.ij.¶† Itẽ nota quod ſ̃m iſta tpa habẽs plura be
neficia,vel eccleſias nõ poteſt vtraq; priuari.& ſic ẽt
ſi habens vnum acceptauit illud non priuabitur ipſo
iure,ſed erit in electione eius , an velit retinere primũ.
an vero ſecũdũ,de quo ẽt tangitᷓ cũ gl.pen.¶ Itẽ
nota quod aliàs beneficiatus non vr̃ eſſe idoneus ad
aliud eccleſiaſticũ beneficium conſequendum. facit
quod habetur in c.is cui.ĩ.eo.lib.vj. de offi.ordi.c.or
4 dinare.eo.li.¶ † Item not.quod ex ſola contumacia
etiam non prẹcedente alia cõminatione vr̃ poſſe ꝓ-
cedi ad ſententiam excõicationis . quod videtur in-
telligendum quando præcederet trina monitio , vel
vna perẽptoria.ĩ.de ſen.exc.c.ſacro. aĺs licèt de rigo
re teneret excõicatio.xj.q.iij.aliàs.xvj.q.iij.c.j.tñ ma
le faceret

le faceret iudex ſit excõicando.& veniret puniẽdus.
5 d.c.ſacro.¶†An aũt ex ſola contumacia,ſine alia ci-
tatione poſſit q̃s mulctari.notauit Bar.in l.iij.§. ſi ad
dic̃.ff.de re militari.& in l.ij.ff. ſi q̃s in ius voca. non
ierit.& ẽt dixi in c.j.ſ.de iudi.¶Itẽ no. quòd excõi-
catus petens ſe abſolui debet abſolui ab ipſa excõica
tione,quod eſt intelligendũ ſm no.in c.per tuas.ſ.de
ſent.excõi.& eo.ti.c.ſolet.li.vj.& ſ.de ver.ſig. ex par
te.& ſ.de iud.in c.j.¶In gl.j.ibi ſpectare ad ep̃m. in-
tellige qñ eſt beneficiũ non patronatũ.& eſt eccleſia
non collegiata,nã de iure cõi ad ep̃m ſpectat talẽ ec
cleſiam cõferre. ſi autem eſſet eccleſia patronata,ad
patronũ ſpectaret pręſentatio,& ad ep̃m de iure cõi
ſpectaret conſtitutio.ſ.de iure patro.c.j.& per totũ.
Si aũt ageretur de collatione beneficij exiſtentis in
eccleſia,tunc ad quẽ ſpectet recurrẽdũ eſt ad ea,quę
hñr.ſ.de iure patro.c.poſtulaſti.ſi aũt etiã eſſet colle
giata ad illos de collegio ſpectaret eligere prælatũ.
ſ.de elec.c.j.& ad ep̃m confirmare.ſ.de elec.cum in
cunctis.circa fi.& in c.nullus. allegato in gl. & facit
quod hr̃ de elec.quã ſit.lib.vj. ſi aũt aliquod benefi-
ciũ in eccleſia collegiata ſit cõferendũ vltra principa
lẽ prælaturã ad quem ſpectet collatio recurrendũ eſt
ad ea,q̃ hñr.ſ.de elec.c.cũ eccleſia vulterana.vbi ple
6 ne cõſueuit dici de materia.¶†In gl.ij.ibi de conſue
dine appellat̃.Et ſic vult gl.quod de iure cõi ad infe
riorẽ a Papa nõ põt appellari omiſſo medio, licèt ad
ipſum Papã omiſſis oĩb. mediis poſſit appellari. ij.q.
vj.c.ad romanũ.q intellige ſaluo caſu qui hr̃ in c. ſu
per q̃õne.§.ſi vero duo.ſ.de offi.dele.& intellige ẽt q
dictũ eſt nõ poſſe appellari de iure cõi ad inferiorem
a Papa omiſſo medio,qñ ille ad quẽ appellat̃ nõ re-
p̃ſentat vices Papæ,alias ſecus,vt patet in c.j.ſ.de offi.
leg.vbi ad legatũ ſedis apoſtolicæ intra ſuã legationẽ
appellari põt omiſſo medio.vbi aũt eſſet alius ordi-
narius nõ poſſet appellari ad ipſum omiſſo medio de
iure cõi.Sed ſi cõſuetudo lgitimè p̃ſcripta aliud hẽat,
bñ poterit appellari.& ſic põt intelligi hic ſm vnum
intellectũ ꝓut diximus tenuiſſe appellationẽ. põt ẽt
ſcd̃o dici,q ad ĩferiorẽ a Papa nõ p̃t appellari omiſ-
ſo medio,ſi hoc excipiat̃.Si vero non obijcit̃,tenebit
appellatio.& valebit ꝓceſſus.& ſic ẽt põt ĩtelligi hic
ſm aliũ intellm.& hoc tenuit gl.in d.c.dilecti filij.&
tangit ẽt Arch.de offi.dele.c.ſi a ſubdelegato.libr.vj.
Ibi tñ dicit Inn.tenere hic ꝯtrarium.Sed Io. And. ibi
dicit qđ nõ videt q Inn.hic dicit ꝯ̃rium.& ſic ẽt tran
ſit hic d.An.dicens,q cõis eſt opinio, qđ valeat ap-
pellatio,& ꝓceſſus,ſi nõ obijcit exceptio.¶Sed cer-
te ſi ponderent̃ verba Inn. hic ſatis vr̃ innuere cõtra-
riũ,inquantum hic ſimpliciter dicit, q appellatio fa-
cta ad Archiepiſcopum non valuit.& etiam in verbo
reſtitutus. dicit quod de facto fuit facta reſtitutio non
de iure: q̃a appł̃o nõ valuit.& ſic ſatis vr̃ voluiſſe,qđ
non valuerit appł̃o nec ẽt ꝓceſſus. & idem ẽt vr̃ ſen-
tire in verbo aduocatus.cõiter tñ tenet̃, quod valeat
appł̃o,& proceſſus ſi nõ excipiat̃. & iſta vr̃ ęquior opi-
nio.& in dubio non vr̃ eſſe recedendũ ab ipſa gl. in
d.c.dilecti.¶Alius tñ intellectus principalis fuit. an
hoc.c.qđ appellatio nõ tenuerit, vt ſuperius tetigit
gl.& ẽt tetigit hic Inn.Sed iſte intellectus cõiter non
tenet̃.Sed potius, qđ immo tenuerit hic appellatio
altera ex duab.cauſis,videlicet,vel ex vi ꝯſuetudinis,
vel q̃a exceptio nõ fuit oppoſita.¶ In glo.pen.ibi.q
nõ credo.Et ꝓ hoc faciat,q̃a fugiẽdi ſunt intellectus
qui trahũt decretales ad gratiã.& volũt qđ nõ ponat̃
ius cõe,vt notauit Io.An.ſ.de teſti.c.ex parte.in ea-
dẽ gl.ſpecialiter loquit̃ in ep̃o. hæc gl.vt refert d.Fl.
nõ eſt alibi ſm d.Pe. de Peruſio inquantũ vult qđ pę
na de qua in c.j.ſ.de cler.non reſi.& in ſimilib. locũ
hẽat in epiſcopatib. & tunc priuet̃ habitor ambito.
vt in c.ſi quis ep̃s.allegato in gl.non aũt in alijs bene
ficijs.¶In eadẽ gl.ibi hodie vero &c.¶ Not.bene q̃a
gl.loquit̃ qñ prima,& ſecunda eccleſia eſt curata. &
ſic vr̃ a contrario velle,quòd in alijs beneficijs ſim-
plicib.licèt requirant reſidentiã nõ hẽat locum c.de
multa.& ſic vr̃ quòd tunc debeat hr̃e electionẽ etiã
hodie per hoc.c.qđ in hoc non reperitur correctum.
facit quod dixi in c.fi.ſ.tit.j.d.Flo.ẽt vr̃ velle, quòd
hodie poſſit procedere iſtud.c.etiam ſi illud in cura-
tis exemplificemus per ea quæ hñr in c.gratia. de re-
ſcrip.in vj.vt quia habẽti beneficiũ curatum ipſo ab-
ſente,& ignorãte,ep̃s cõfert aliud curatum. facit qđ
hr̃ de præben.ſi tibi abſenti in vj.Nam tunc ẽt hodie
habebit electio,quod ex illis velit retinere.¶ Et ad-
uerte.q̃a hic dicit do.Flo.conſideranda eſſe.iiij.tp̃a.
ſm Io.de Lign.primũ ante conciliũ Lateran. de quo
in c.iij.tit.j.& tunc dabit̃ optio,ſeu electio,vt hic pa
tet.¶Scd̃m tp̃s eſt tp̃s illius concilij Lateran. & tũc
priuari dẽat ſcd̃o, vt ibi patet.¶ Tertio tp̃s eſt.c.de
multa.j.eo. vbi ipſo iure vacat primũ per acceptatio
nẽ ſecundi.quod tñ loquitur in curatis, & dignitati-
bus,& perſonatib.vt ibi patet. & ſic in alijs nõ videt̃
corrigere,ut ſ.tetigi.¶Quartũ tempus fuit extraua-
gantis.Ioã.xxij.quæ incipit execrabilis. & illa ẽt ag-
grauat pęnam.c.de multa.vt ibi dicetur.Et no.etiam
licèt ipſe non dicat quod.c.ſ.ti.j.videtur etiam loqui
in curatis,& dignitatibus.Et ex prædictis patet ſolu-
tio ad decretalem,de multa.& ſol.gl. cõiter tenetur.
¶Alij tñ dicebant,quòd hæc decretalis debebat in-
telligi in eccleſijs collatis ante conciliũ.de quo in c.
iij.ſ.tit.j.vel ante concilium.c.de multa. vel quando
erant inopes a principio. & poſtea factæ fuerunt ſuf
ficientes:vel qñ non ꝯtendebat detinere niſi vnum.
Sed vt dixi cõiter ſo.gl.tenet̃.& ſatis placet quod di
xi.ſ.conſiderari debere quatuor tp̃a,de quibus.ſ.di-
xi.licèt do.An.hic ẽt ponit ſolutionẽ quorundã dicẽ
tium,quod hic loquit̃ in eccleſijs collegiatis. ſed vr̃
eſſe diuinatio,& fortè debuit dicere de collatis ante
concilium,vt hic tetigit Io.An.do.Pet.de Ancha.hic
dicebat,qđ interdum in beneficiato poteſt notari am
bitio.vt quia habet duo,& acceptat tertiũ.& tunc de
bet perdere ſcd̃m, & irritatur collatio ſecundi ſcd̃m
eum,& ſic intelligit.c.iij.ſ.titu.j.ſcd̃m eum ſi non po
teſt notari ambitio,vt quia ſolum habebat vnũ, & ac
ceptat ſecundum ſi ſine facto ſuo fuit ſibi collatum.
extra de reſcr.c.gratia.lib.vj. tunc habebit electionẽ
quod velit retinere.Si aũt facto ſuo acquirit ſcd̃m di
cit recurrẽdũ.ad.c.de multa.¶Sed iſta opi.nõ placet
primo quia in d.c.iij.non dr̃,q collatio vltimo facta
ſit irrita.ſed quòd debet amittere. nam ponit̃ ibi ver
bum amittat, qđ eſt futuri tp̃is.& ſic nõ ĩducit priua
tionẽ ipſo iure.Sed mediante facto iudicis, vt notat̃
in l.ſi quis intantum.C.vnde vi. & ſ.de foro comp.ſi
diligenti.¶Itẽ non diſtinguit tp̃a de quib.dixi.ſ.quę
de iure vident̃ diſtinguenda,& ꝯſideranda.¶Itẽ etiã
non diſtinguit inter beneficia curata, & ſimplicia:
ideo reiecta ipſius opinione. tene quod ſupra dixi.
Ioan.de Imola.

SVMMARIVM.

1 *Aequalitas ſeruari debet. & nu.3.*
2 *Ius canonicale,ſiue pręhendale eſt indiuiduum.*
4 *Pręhenda vna non poteſt in duas diuidi, & non poſſunt plures ca-
nonici ad illam eligi.*
5 *Ex pręhenda vna,an ex cauſa poſſint fieri duę.*

Maiori-

MAioribus. Prohibet̃ diuiſio p̃bẽdarum, & permu
tatio dignitatũ.h.d.¶ Et primo p̃mit-
tit prohibitionis cauſam.¶ Scd̃o ꝓhi
1 bet.ſecunda ibi:idcirco.¶†No.primo
æqualitatẽ ſeruãdã eſſe in beneficijs.
¶Itẽ no.ꝙ eadẽ res nõ dẽt diuerſo iure cenſeri. facit
2 qđ hr̃ in l.cũ qui.ff.de vſuc.¶† Itẽ no.ꝙ ius idem vr̃
ſtatuẽdũ in reb.paruis,ſicut in magnis. facit qđ hr̃.ſ.
de iudi.c.nouit.¶ Itẽ nota,ꝙ ius p̃bendale, & cano-
nicale cẽſer̃ eſſe indiuiduũ.¶ Vltimo not.ꝙ dictũ eſt
3 in ſummario.¶†Ibi gl.j.ibi de iudi.nouit.qũo æqua-
litas debet ſeruari quo ad cõſtitutionẽ iuris, & quo
ẽt ad reddẽdũ ius,& ẽt quo ad appellationes: & quo
ẽt ad maleficia,vt pręmianr̃ etiam parua,ſicut & ma
gna.tangit hic Io.And.¶ Intellige tñ hoc vltimũ, ꝙ
debet maleficium puniri ẽt ſi fiat in parua re, vt in
vno pane.ẽt in vno ouo cõmittitur furtum. vt in c.vl
ti.xiiij.q.vlti.tñ grauius delictum reputatur, qñ furtũ
fit in re magni valoris.nã tunc maior pęna venit im-
ponenda.facit,ꝙ hr̃ etiam,& notatur in auth.ſed no-
uo iure.C.de ſeruis fugitiuis.& in §.ſi qs quinq; ſoli
dos.de pace tenenda.in vſib.feudo. & facit ẽt qđ hr̃
xxiij.alias.xxiiij.q.j.non afferamus.Et de materia gl.
tangitur ẽt in proę.huius lib.Do.Flo.hic concludit,ꝙ
regulariter idẽ ius dẽt eſſe in paruis, qđ in magnis.
fallit in caſib.expreſſis in iure. & ſic p̃t intelligi,quod
hr̃.ſ.de reſcrip.ſedes.dom.Pet.hic dicebat,qđ fallit
ibi in reſcriptis.poſſes dicere,ꝙ fallit vbi eſt expreſ-
ſum illud in iure, vel vbi ratio ſuadeat diuerſum ius
ſtatui:& ſic ẽt poteſt intelligi dictum.c.ſedes. & po-
tes addere qđ no.Bar.in l.ſi proprietarius.ff.de dam
no infecto.vbi concludit,ꝙ in his,quæ ſunt cõtra ius
cõe,puta in reſtitutione in integrum non curatur de
minimis.l.ſcio.ff.de reſt.in ĩtegrũ.¶Secus in alijs ẽt
pęnalibus.vt patet in furto in quo datur actio furti ẽt
pro vno ouo.vt ſuperius dictũ eſt. facit etiam quod
hr̃ in c.gallinarũ.inſti.de rerum diui.de quo plenius
4 per Bar.in d.l.ſi proprietarius.¶†In gl.ii.in fin.& ſic
vult gl.in effectu quod vna præbenda ſeruata vnita-
te hoc eſt,quod dicit,& remanet vna,non p̃ot ĩ duas
diuidi:& propter hoc non p̃nt duo, vel plures cano-
5 nici tunc eligi ad illam.Sed † de vna ex cauſa bñ p̃nt
fieri duæ.vt d.c.vacante. Idem in effectu voluit Inn.
Sed tamen aduerte,qa vt tangit hic do.An.& etiam
do.Pe.ſol.gl.nõ vr̃ ſatisfacere ad id quod habetur in
c.cum M.ſ.de conſti.vbi vr̃ innui; quòd ſeruata vni-
tate p̃bendę diuidantur fructus inter plures,vnde ẽt
mandat ibi coequari præbendas.vnde dicebat Inno.
ꝙ quo ad ius canonicale indiuiduũ eſt beneficiũ:cui
tñ in ꝯñtiam annexa eſt præbenda ſine qua ius illud
diu durare non poſſet.iij.q.iiij. ſi quis obiecerit. vbi
patet,ꝙ ſpiritualia ſine t̃palibus.& econtrario tẽpo-
ralia ſine ſpiritualibus diu eſſe nõ poſſunt. de ipſa tñ
prębenda quatenus cõſiſtit in tẽporalitate ſi eſt valde
magna poterit aliqd dari alteri ẽt ipſa remanẽte vni
ca.¶ Nã ſ̃m eum præbenda vnica in ſuo ſtatu perma
net,licèt in poſſeſſionib.minuatur:& eſt ſ̃m eum pre
benda nomen iuris,qđ non conſtituitur tantum ex
poſſeſſionib.ſed etiam ex iure canonico, ſeu ſpiritua
li cui annectit̃,quæ tñ ſine redditu nõ p̃ot conſtitui,
qa nõ eſſet tũc quid præbendario cõferret: & tunc ꝓ
ꝯñs non poſſet dici p̃benda ex quo, quia nihil p̃be-
ret̃.facit qđ hr̃ in d.c.ſi qs obiecerit.j.q.iij.& qđ præ
benda ſit ius vr̃ probari ſcd̃m do.Flo.j.c.dilecto.ver
ſi.p̃terea.Et ex prædictis ẽt patere p̃ot,quid ſit cano-
nia.Nam eſt ius quoddã ſpirituale, & indiuiduũ ex
electione,& confirmatione,vel collatione,aut rece-
ptione in fratrẽ ꝓueniens:cui tñ in cõſequentiã an-
nexa eſt p̃benda ſine qua illud ius diu durare nõ p̃t.
vt ſuperius dictũ eſt.& facit qđ no.gl.ſ.de cõſt. cum
M.Ferrarien.Et bene dixi ex electione, & cõfirma-
tione:qa qñq; quis efficit̃ canonicus per electionem
capituli,& cõfirmationẽ ep̃i.ſ.de elec. cum eccleſia
vulterana.cũ ibi notatis.iõ ẽt dixi,vel ex collatione:
quia interdũ efficit̃ quis canonicus per collationẽ ca
nonicatus factã a Papa.facit qđ hr̃.j.co.hi qui.& c.ſi
poſtq̃.vel ꝑ aliũ ad quẽ ſpectat collatio ex priuilegio
cõſuetudine,vel ſtatuto.facit qđ no.in d.c.cũ eccle-
ſia.& tũc collatio hẽt vim electionis,& confirmatio-
nis.vt notat gl.in c.j.de elec.in vj.¶ Itẽ ideo dixi,vel
ex receptione in fratrẽ.qa vbi ex mandato Papę, qs
recipit̃ in canonicũ,& fratrẽ.vbi alia collatio nõ p̃ce
dit ex tali receptione conſequit̃ ius canonicatus. vt
no.ꝑ Io.An.ſ.de reſcr.eã te.& de elec.bonæ.el ij. vbi
aũt præcederet collatio, & canonicatus receptio in
fratrẽ ſonaret in merũ factũ.ut nota.in iurib.pręalle.
ut ex prædictis ur̃,ꝙ inquantum litera hic prohibet
ſectionẽ,ſeu diuiſionẽ præbendæ,hẽt hunc ſenſum
ſeu intell̃m,ꝙ prębẽda cum ſit vnicũ ius, & quid in-
diuiſibile non dẽt ꝯferri plurib.tãq̃ diuiſibilis.¶ Qñ
vero de una præbenda fient duæ,tunc p̃ot dici,ut tã
git hic do.Flo.qđ non ſecat̃, ſeu diuidit̃ præbenda:
ſed extinguit̃ primo ius præbendę. & fiunt duo iura
prębendaria.uel ẽt interdum remanente primo iure,
aliqui redditus præbendę ſuperaddũtur. & fit noua
prębenda.¶ Do. Ant.hic dicebat,quòd debemus cõ
ſiderare ius canonicale.& iſtud eſt diuiduũ.¶ Item
poſſumus cõſiderare p̃bendam quatenus cõſiſtit in
iure ſpirituali:& ſimiliter cẽſetur eſſe indiuidua.poſ-
ſumus ẽt conſiderare prout cõſiſtit in temporalitate.
& tunc ẽt ſcd̃m eum Inn. ur̃ uelle quod tunc poſſet
dici indiuidua,ſi conſideramus illam ſtante unitate
prębendę.Secus ubi fierent plures ſcd̃m formam.c.
uacante.& c.cum cauſam.j.eo.¶ Do. uero Pe.hic di
cebat,ꝙ quidã ſunt canonici non prębendati, ut ca-
nonici ſupernumerarij.j.co.dilecto.& c. pro illorũ.
¶ Quidã aũt ſunt p̃bendati,& non canonici,ut ſunt
illi quib. ꝓp aliqua ſeruitia, q̃ eccleſię faciũt data eſt
p̃benda.Nã tales ẽt p̃nt eſſe laici, ut gl.notat in c.cũ
M.Ferrarien. & facit quod hr̃.xvj. q.j. poſſeſſiones.
¶ Quidam vero ſunt canonici p̃bendati:& ſic qui p̃tẽ
dunt ultra canoniã prębendam. Et in iſtis procedit,
quod duo non poſſunt eligi ad eandem prabẽdam
uacantem ne fiat ſectio eiuſdem prębendę. dic ta-
men, ꝙ conſtante unitate prębendæ poſſent aliqui
fructus applicari alteri prębendæ pro illa coęquãda.
ſ.de conſti.cũ M.¶ Nec dr̃ tunc fieri diuiſio pręben-
dæ ſcd̃m eũ,quia non fit diuiſio circa rem prębenda-
lẽ:ſed circa fructus. Et aliud eſt facere diuiſionẽ circa
rem,& aliud circa fructus.j.de decimis.ĩ c.q̃uis.Sed
certe iſta opi.non ur̃ ſic ſimpliciter intellecta proce-
dere, qa ſi diuidanr̃ fructus unius prębendę in duos,
ſatis uideretur fieri diuiſio ipſius prębendę. Et ideo
ur̃ ꝙ duo non p̃nt eligi ad eandẽ prębendam etiã ad
finem ut diuidanr̃ fructus inter eos.fateor tñ, ꝙ ſtã-
te unitate p̃bendę poſſent ex cauſa per ſuperiorẽ ali
qui redditus diuidi,& applicari alteri p̃bendę ꝓ illa
coęquãda.per ea q̃ hñr in d.c.cũ M. Et quod etiã no
tat ibi Inno.¶ Item aduerte, quia contra prędicta fa
cit qđ notanter dixi.qđ de vna p̃benda poſſunt fieri
duæ.j.co.uacante.& ſic ur̃,ꝙ ſi duo eligantur ad ip-
ſam p̃bendã uacantẽ, tacite uideanr̃ canonici eligen
tes diuiſiſſe illã in duas.¶ Nam ur̃ ex prędeſtinatio-
ne canonicorũ talem diuiſionẽ fieri poſſe.arg.eorum
quę habentur in l.quod in rerum.§.j.ff.de legat.j.&
ſic

ſic videtur, ꝙ nunꝙ erit diuiſio reprobanda, cuius cõtrarium vult iſte text. pro hoc ẽt facit, quia qui vult ꝯñs vr̃ etiam velle antecedens ſine quo non poteſt ad illud conſequens perueniri. l. ſanè quo. ff. de iur. om. iudi. & l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procur. & ff. de acq. hære. l. illud. & ſ. de offi. dele. prętetea. & ſic ex quo volũt iſtos quos eligunt eſſe canonicos pbendatos vr̃ quod intelligantur illam prębendam diuiſiſſe, & de illa feciſſe duas. cum aliter non poſſint eſſe pbẽdati. ¶ Item per hoc facit tertio, quia ſi vacante vno canonicatu duo eligunt̃, valet electio, & vñr canonici augmentaſſe numerũ canonicorum: puta numerũ conſuetũ. ſ. de conſti. cum M. & ĩ. e. dilectus. & c. dilecto. ergo eodem mõ vr̃ quòd ſi duo elegantur ad vnã præbendam vacãtẽ quod videant̃ augmentaſſe numerũ pbẽdarum. & ſic de illa feciſſe duas. ſoluit Inn. qđ pbẽda nõ cõſiſtit in iure ſimplr̃, ſeu tantũmodo ne aliàs ꝯdicatur ſuperius dictis. ſed conſiſtit ẽt in redditib. & in facto, & iõ oportet illam facto interueniente deſtrui, ſeu diuidi. & expreſſe ſi deſtrui, ſeu diuidi dẽbit. arg. eorũ quę hñr in d. c. cum M. Et quia illa, q̃ in facto conſiſtũt ad ſui deſtructionẽ ꝯtrarium factũ exigũt, per id qđ hr̃. j. de re. iu. c. j. ff. de reg. iur. in l. nihil tam naturale. & patet etiam in d. l. quod in rerum. vbi patet, quod ad hoc, vt de vno fundo fiant duo, requirit̃ ꝙ fiat actualis diuiſio. & deſignẽtur ipſi fundo. Sed ius canonicatus ꝯſiſtit ĩ iure. Et iõ ſi ad vnã canoniã vacantẽ duo eligant̃ in eccleſia. vbi eſt certus numerus canonicorũ tenet electio. quia eligentes vñr renuntiaſſe numerum canonicorum. vt in pręallegato. c. cum M. & per prędicta patet ratio ſm eum, quare valet electio duorum ad vnum canonicatum, & nõ ad vnam præbendam. qa ſm eum ratio eſt ex eo, quia præbenda conſiſtit in temporalitate, & ſic in facto, non ſimpliciter in iure. Ideo non ſufficit ſola mens, ſeu animus canonicorũ ad illam diuidendam. Sed oportet, qđ deueniant ad actualẽ determinationẽ. ĩ. eo. vacante. Et ideo ſi eligunt duos aliter nõ facta determinatione ex neceſſitate nõ cõtingit ſectio, ſeu diuiſio. Sed eligunt duos ad vnũ canonicatũ: qa ius canonicale eſt ius ſpũale: & ĩcorporale cõſiſtens in emergẽte, ſeu intellectu, & nõ in facto põt multiplicari canonicatus ex ſolo aĩo canonicorũ eligentiũ, & iõ eoipſo qđ eligunt duos ad vnũ canonicatũ intellr̃ multiplicari numerus canonicorũ. & iõ tenebit electio. facit qđ hr̃ in d. c. cum M. & ſic vr̃ qđ electio duorũ ad vnũ canonicatũ teneat. vt ibi vr̃ innui. Sed non ad vnam prębendam. per id quod hic dr̃. do. Anto. hic dicit, ꝙ ſi conſtat, ꝙ voluit duos eligere ad vnũ canonicatũ: quia illud eſt ius indiuiduum non vr̃ valere electio: ſic nec etiam qñ eliguntur ad vnã prębendã: & ſic non vr̃ procedere dictũ Inno. dicit tñ, ꝙ in caſu dubij poteſt ſeruari dictũ Inn. quòd in dubio vbi nõ conſtat de mente illorum canonicatũ multiplicare numerũ canonicorũ, cũ id ſine alio facto facere poſſint. ſecus ſi pbẽda in qua requirit̃ factũ cũ illo ꝯſiſtat in tpalitate. vt ſ. eſt dictũ. Tu potes clarius cõcludere, ꝙ ſi duo eligunt̃ ad vnũ canonicatũ nõ valet electio, cũ canonicatus ſit indiuiſibilis. vt ſupius eſt dictũ. idẽ ſi duo eligunt̃ ad vnã pbendã vacantẽ per iſtũ tex. qa illa ẽt cenſet̃ indiuidua. & difficilius diuidit̃, q̃ canonicatus ꝑꝑ miſturã tpalitatis. vt ſuperius eſt dictũ. ¶ Interdũ vero vacãte vna pbenda, & vno canonicatu duo ſimplr̃ eligunt̃ ĩ canonicos. & tũc ꝓcedit dictũ Inn. qđ vr̃ eſſe auctus numerus canonicorũ. ſed nõ numerus prębẽdarũ ꝓpter rationẽ ſuperius allegatam. Et ſic debet intelligi qđ hr̃ in d. c. cũ M. Et pdicta hñt locũ in eccleſijs vbi ſunt diſtinctę pbendę, aliàs nõ eſſet tractãdũ de multiplicatione pbendarũ. ĩ. eo. dilecto. Per prædicta ẽt patet, & põt inferri, quare in eccleſia vbi ſunt. xij. canonici non põt cõſtitui numerus. xj. præbendarũ. & ſic minor, q̃ canonicorũ: qa ſi ſic fieret cum oẽs dẽrent eſſe pbendati contingeret, qđ neceſſario fieret diuiſio vnius pbendæ. Fatet̃ tñ Inn. ꝙ põt contingere ꝙ in eccleſia ſit minor numerus canonicorũ, q̃ præbendarum: quia tunc ceſſat ratio prædicta: qa nõ erit neceſſe aliquã prębendã diuidi. nam quilibet hẽbit ſuũ: & aliæ remanebũt in diſpoſitione capituli. ¶ Aduerte tñ inquantum Inn. dicit non poſſe eſſe in eccleſia minorem numerũ prębendarum, q̃ canonicorũ: vr̃ dicere contra ea, quæ habentur. j. eo. pro illorum. ſ. de conſti. cum M. Vnde hic tangit, quod ſane ĩtelligitur dictũ Inn. do. Ant. vr̃ quod ad hoc, vt oẽs ſint prębendati de antiquis prębendis: quia tunc neceſſario induceretur ſectio, ſeu diuiſio. Sed bene eſt poſſibile, quod aliqui eſſent ſupernumerarij expectantes ſibi prouideri ex ſuperexcreſcentibus redditibus in d. c. cum M. ¶ Et pro eo, qđ dixi, ꝙ licèt per canonicos duo eligant̃ ad vnã prębendam non per hoc diuiditur illa in duos. facit vltra rationem ſuperius tactã, quia ad capitulũ non ſpectat diuidere pbendas, ſed ad Epm, cum conſenſu capituli. ĩ. eo. c. vacante. & ĩ. de excel. pręla. ſicut vnire. & ideo ex tali electione non augetur numerus pbendarum. facilius autem augetur numerus canonicorũ, ſi duo eliguntur in canonicos vacante vno canonicatu, qa eligere canonicos ſpectat ad capitulũ. & fauorabile ẽt eſt eccleſiæ hr̃e plures canonicos, qa per hoc habet plures conſiliarios. facit quod hr̃. ſ. de offi. deleg. prudentiã. Et iõ facilius creatur canonicus vltra numerum. facit qđ hr̃ per Inn. ſ. tit. j. e. fi. & quia in tex. fit mentio de maioribus, & minorib. beneficijs. Dic quod maiora appellantur epiſcopatus, & ſuperiores dignitates. minora vero alia inferiora beneficia. dicit tamen Ioan. An. dici poſſe, qđ quędam ſunt maxima beneficia, vt Epiſcopatus, & ſuperiores dignitates, quę ſine licentia Papę dimitti non poſſunt. ſ. de tranſla. plat. ꝑ totum. quędã media, vt dignitates, perſonatus, & beneficia curata. quędã vero minima, vt præbendæ. de quo ẽt per Hoſt. & Io. An. in c. fi. ĩ. de crimi. falſi.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus ſupernumerarius, an debeat habere diſtributiones quotidianas ſi interſit diuinis.*
2 *Ius ad vacaturam dare non poteſt inferior a Papa.*
3 *Receptus in canonicum per capitulum, vel inferiorem a Papa nõ efficitur præbendatus.*
4 *Recepto in canonicum debet aſsignari ſtallus in choro, & locus in capitulo.*
5 *Receptus in canonicum vltra numerum debet conſequi etiam partem illorum quorum communis eſt vſus.*
6 *Canonicus non debet eſſe ſine præbenda.*
7 *Liberalitas non conſiſtit in conferendo, quia neceſſario habet cõferre, ſed in cui conferendo.*
8 *Tempus datæ, an inſpici debeat: an vero tempus præſentationis.*
9 *Præbendam expectans authoritate apoſtolica ſi patiatur conferri alteri præbendam ſibi debitam ex negligentia, vel quia timet lites, an ſibi præiudicet, vt aliam poſtea petere non poſſit.*
10 *Præbenda ſi ſit collata impetranti apoſtolico, & poſtea illa euincatur an poterit habere recurſum ad aliam.*

a RElatum eſt. Receptus a in canonicũ qñ facultas ſe offert debet hr̃e prębendam. h. d. Et ĩter duas cãs mandati quas ponit, principiũ, & finis interterit mandatũ. ibi: mãdam⁹. ¶ Item in text. ibi eccleſia tua. i. eccleſia tibi ſubie-

a Recept⁹. d. Abb. omnino cõcordat cũ hoc ſummario.

ĉta cuius p̄bendorũ collatio ad te pertinebat. de ca-
thedrali.n.nõ pôt intelligi, q̃a illa eſt eccleſia regula
ris monachorũ.vt no.gl.lxxiiij.diſ.c.quorundã.¶Itẽ
ibi integritate,& ſic aliq̃d ꝑcipiebat, & per hoc ſol-
ui pôt ꝯtrium.c.dilectus.ĩ.eo.vt ibi no.de quo tãgeť.

a Liberalitas eſt.ſecũdum Ariſt.lib.j.thetor. liberalitas ita diffinitur.Liberalitas eſt virtus beneficiorũ erogatrix: quã pro affectu benignitatem pro effectu beneficẽtiam dicimus.

¶Item ibi,& alijs.pôt intelligi.ſ.locis.¶Item pôt in-
telligi alijs.ſ.redditibus,vt quia fortè vltra p̄bendas
in eccleſia erat menſa cõis ex qua canonici aliq̃d ꝑ-
cipiebant.facit q̃d no.in c.vlti.de cõceſ.p̄b.& de cle.
1 non reſi.eo.li.¶†An aũt canonicus ſupnumerarius
debeat habere diſtributiones quotidianas ſi interſit
diuinis.tangiť in c.cũ M.de conſtit.& diceť.ĩ.c.dile
ctus.¶No.primo,ꝙ receptus in canonicũ autoritate
inferioris a Papa ex receptione cõſequiť ius quoddã
gratioſum agendi ꝯ recipientẽ, vt facultate ſe offerẽ
te ꝓuideatur de p̄benda.non aũt ꝓpriè dř ex tali re-
ceptione quęſitũ ius ad rem,ſeu ad ipſam p̄bendam.
2 vt nota.Inn.ĩ.eo.Inter cætera.†Nam inferior a Papa
non pôt dare ius ad vacaturã.facit quod no.glo.ĩ.de
cõceſ.p̄b.c.ij.li.vj.in gl.pe.& q̃d hř.ĩ.c.hi qui.& l.ſi
3 poſtq̃.eo.li.Et ſic patet ꝙ † ex receptione in canoni-
cũ facta per capitulũ,vel per aliũ inferiorẽ a Papa nõ
efficiť præbenda.de quo plenè per glo.in c.ſi ſoli.de
ꝯceſ.p̄bẽ.in vj.de recepto aũt authoritate legati dic,
4 vt hř in d.c.hi qui.& d.c.ſi ſoli.¶†Itẽ not.ꝙ vbi reci-
piť aliq̃s in canonicũ dẽt ſibi aſſignari chorꝰ,& capi-
tulũ,hoc eſt ſtallus in choro,& locus in caplo.Et hoc
no.ꝓ articulis faciendis ſuꝑ quaſi poſſeſſione cano-
5 nicatus.¶†Itẽ no. ꝙ receptus in canonicũ vltra nu-
merũ dẽt ꝯſeq̃ ẽt partẽ illorũ quorũ cõis eſt vſus. &
6 ſic vř,ꝙ de menſa cõi debeat habere ratã ſuã.¶†Itẽ
no.ꝙ canonicus non dẽt eſſe ſine prębenda,ſeu ſaltẽ
ſine ſpe præbendæ cõſequendę:& ideo allegať, ꝙ rõ
dẽt eſſe nomen canonici inane. ¶Itẽ not.ꝙ collatio
p̄bendę vř hře in ſe liberalitatem, & obtinere inſtar
donationis,& pro hoc q̃ñq; collatio donatio appel-
latur.vt patebit in proceſſu tituli. de quo cũ glo.fin.
¶In gl.j.in fi.& ſic vult gl.ꝙ vbi fit promiſſio de be-
neficio vacaturo p̄cedente aliquo actu ꝓꝑ quẽ ex iu
ris diſpõne etiã tenebatur ad id q̃d ꝓmittit: tunc te-
net ꝓmiſſum ꝓꝑ cõcurſum iuris interuenientẽ cum
ipſa ꝓmiſſione,qui facit licitũ,ꝙ aliàs de ſe eſſet illi-
citum.facit quod hř.ſ̃.de elect.ſignificaſti.& ꝙ hř ẽt
in c.ad audientiã.el.ij.ſ̃.de reſcr. vbi etiam ꝓꝑ cõcur
ſum iuris quis excuſatur a vitio ſimoniæ.facit ad præ
dicta,quæ hñt in l.legitima.ff.de pac. nã tũc ab ipſo
iure vř recipere fomentum, & nutrimẽtum ipſa obli
gatio. Secus vbi non p̄cedit actus propter quẽ ex iu-
ris diſpõne quis teneť ad conferendã vacaturam: q̃a
non tenet tunc ꝓmiſſio vacaturę.vt in c.nulla.alle.in
gl.¶Aduerte tñ, ꝙ vbi talis actus non procedit olim
erat differentia,an quis promittat prouidere cũ ſe fa
cultas offerret,q̃a tũc tenebat promiſſio.An vero ꝓ-
mitteret prouidere de vacatura. quia tunc non tene-
bat,hodie vero vtrobiq; eſt dicẽdũ, ꝙ neutro caſu va
let promiſſio. vt hř in c.de conceſ.p̄bẽ.in vj.& ibi de
hoc in gl.pe.vbi bona gl.¶Inn.vero dicebat ad con-
trarium glo.q̃d hęc decretalis procedit de gratia in-
quantũ mandat prouideri de vacatura ſ̃m promiſſio-
nem factam,vel ſ̃m eum poteſt dici, ꝙ nõ poteſt agi
ex viribus promiſſionis.ſed bene poteſt agi ex diſpo-
ſitione iuris ſurgẽtis ex ipſa promiſſione. Nã vt dicit
ipſe Inn.ſ̃.de cõſt. cum M. ꝙ poteſt agi ex officio iu-
dicis,vel conditione ex hac decretali.Cõiter tñ tene
tur ſolutio glo. Ex quo ad iſtas promiſſiones, q̃ fiunt
de vacaturis,vel cum ſe facultas obtulerit.recurre ad
tex.& gl.in c.ij.de conceſ.prębend.in vj.¶In gl.ij.in
fi.facit quod dixi in apoſtilla textuali. & quod dice-
tur in c.dilectus.alleg.in gl.¶In glo.fin.ibi vt ſingu
lę.facit quod hř.ĩ.vt eccleſiaſtica beneficia.c.j.& in
7 rubro,& in nigro.¶†In eadẽ gl.ibi.liberalitas eſt.ᵃ
a Ex hoc colligo vnã ſolutionem.alia colligitur in ver.
& licet.Ex qua habes quòd liberalitas eſt in cui con
ferendo:ſed non in conferendo, quia neceſſario hẽt
conferre:ſed neceſſario non habet conferre iſti, vel
illi,& ꝓꝑ hoc vt ĩ.tangit glo.liberalitas, & neceſſitas
poteſt dici interuenire in caſu iſto:ſed referuntur ad
diuerſa,quia vt dixi liberalitas eſt in cui dando.Sed
neceſſitas in conferẽdo.Et propter hoc alibi dicit gl.
vt hic tangit Io.Calde.& poſt eum do.Flo. ꝙ epiſco-
pus dare dicitur beneficium: non aũt propriè dona-
re cum ſibi non poſſit retinere,& neceſſe habeat cõ-
ferre.ita notatur in gl.in §.ex his.xiij.q.vj. Et ex hoc
nota dr̃iam eſſe inter donare,& dare.¶In eadem gl.
ibi:ſed hoc neceſſe habeat &c. videtur gl. reprobare
pręcedentem ſolutionem.¶Sed potes dicere illam
ſeruare,ꝙ etiã hic certo reſpectu eſt liberalitas in cui
dando,q̃a teneret collatio alteri facta, licèt malè fa-
ceret alteri ꝯferendo ĩ.c.dilectus.& ſic non eſt p̄ciſe
liberalitas in cui dando cũ de iure debeať p̄bẽda re-
8 ceptioni canonicorũ.¶†Extra gl.tangit Inn.hic ali-
qua.vnũ eſt an inſpici debeat tp̄s datę:an vero tẽpus
pręſentationis.de quo ẽt.ſ̃.de reſcr.in decre. capitu-
lum. Sed licèt de hoc olim eſſent opinio.vt patet ex
no.p̄alle.decre.capitulũ. tñ hodie hoc eſt exp̄ſſum,
ꝙ inſpici dẽt tp̄s datæ non tp̄s præſentationis.ĩ.e.cũ
cui.& c.mandato.lib.vj.de reſcr.tibi qui.eo.lib.¶Itẽ
ẽt tangit, quid ſi non apparet de tp̄e præſentationis
an fuerit prior in pręſentatione,vel nõ. & hoc poſſet
eſſe,q̃a ſimul præſentant,vel non pôt probari,ꝙ priꝰ
p̄ſentauerit,licèt forte reuera prius p̄ſentauerit. &
tunc ſuppoſita opinione,ꝙ inſpiciatur tp̄s p̄ſentatio-
nis:dicit ꝙ volẽs pręferri tanq̃ prius p̄ſentauerit ſuc-
cũbet ſi hoc nõ probat cũ id ſit cã ſuę intẽtionis.facit
ꝙ hř.ſ̃.de proba.ex literis.& pro hoc ẽt facit q̃d not.
Bar.in l.nõ ſolũ.§.ſed vt probarit.ff.de oper.no.nũc.
& q̃d legiť & no.in l.cũ actũ.ff.de neg.geſt. in quib.
patet,ꝙ vbicũq; q̃s fundet intẽtionẽ ſuã ex certo, &
determĩato tp̄e,q̃d dẽt ꝓbare,aliàs ſuccũbit. facit q̃d
no.gl.in cle.vlt.de reſcr.¶Tãgit hic Inn.an ſi manda-
reť per Papã aliquẽ recipi in canonicũ,& ſibi p̄bẽdã
aſſignari,an ſi collata fuerit p̄bẽda alteri anteq̃ reci-
pereť in canonicũ an teneat collatio. & concludit,ꝙ
ſic:vt ẽt ſatis ꝓbatur.ĩ.eo.dilectus.vbi aũt q̃s eẽt ac-
ceptus in canonicũ:tunc ex tali receptione efficiť p̄-
benda tũc vacans ideo nõ pôt alteri conferri,& ſi cõfer
reť non valeret ſaluo niſi notabilis negligẽtia ei poſ-
ſet imputari.ĩ.de reſcr.tibi q.lib.vj. Et facit q̃d hř in
c.hi qui.& c.ſi poſtquã.ĩ.eo.lib.vj.& de mandatis.&
ꝑ gl.magiſtra.in c.ſi ſoli. de conceſ.prębend.libr.vj.
9 ¶†Tangit ẽt ſi expectans prębendã authoritate apo
ſtolica patiať cõferri alteri p̄bendã ſibi debitam for-
te ex negligentia,vel q̃a execrať lites,an fiat ſibi præ
iudiciũ,vt aliã poſtea petere non poſſit.& vř velle, ꝙ
non.Et ſi dicatur ſ̃m hoc habebit ius in duabus prę-
bendis,quod vř eſſe cõtra mentem Papę, dicit,ꝙ eo
ipſo,q̃d habebit ſecũdã definit ius habere in prima.
¶Sed tñ de hoc dic,vt hř in c.ſi clericꝰ.ĩ.e.lib.vj.vbi
dř,ꝙ ſi Papa mandat alicui cõferri primam vacaturã
& poſtea cũ recipi in canonicũ,q̃d ſi negligẽs eſt, &
patitur illã alteri cõferri extinguitur gratia eiꝰ ex to-
to.¶Si aũt econtra mandatũ fuiſſet cũ primo recipi
in canonicũ,& demũ ſibi ꝓuideri de ꝓxima vacatu
ra,tũc ſi receptus fuerit in canonicũ,& patiať poſtea
p̄bendã ſibi debitã alteri conferri fit ſibi pręiudicium
in illa. ex quo tñ eſt canonicus non debet eſſe ſine
præben-

præbenda.tñ ſi præferent oẽs apłici expectãtes etiã
poſteriores in data,ſed illis nõ exiſtentibus debebit
ſibi cõferri p̃bẽda,q̃ vacabit. vt plenè hr̃ in d.c.ſi cle
ricus.¶Itẽ tractat Inn.hic & ſ.de reſcr.mandatũ. an
ꝯ expectantem a ſede apłica, vel per literas apoſtoli
cas,& petentẽ,vt recipiatur in canonicũ , & cõferat
ſibi p̃benda,poſſet receptus authoritate capituli ali-
quas exceptiones obijcere:cõcludit , ꝙ ſi talis expe-
ctans nondũ eſt receptus in canonicũ poterit recept⁹
auctoritate capituli obijcere ꝯ ipſum de vitio ſurre-
ptionis literarũ,allegando, q̃ ſi Papa ſciuiſſet aliquẽ
ibi eſſe expectantẽ authoritate capituli ſibi nõ dediſ-
ſet literas ad p̃iudiciũ eius.nã tali recepto authorita
te capituli videbit̃ eſſe ius quęſitũ,vt p̃benda cõferat̃
vt hic vr̃ dici:& ſic vr̃ quod de tali iure debuerit fieri
mentio quia non eſt veriſimile, qđ Papa velit dare li
teras præiudiciales alteri.a g.ſ.de offi.deleg.c.ſuper
eo.& ſic vr̃,ꝙ ſi non eſt facta mentio . litera ſit ſurre-
ptitia,& de hac ſurreptione poſſit tanq̃ ſua inte: ſit op.
ponere.ĩ.de cõceſ.p̃ben.c.cũ ſuper . Si aũt eſſet iam
receptus expectans authoritate Papę:tũc nihil pote-
rit obijcere receptus per capitulũ: qa tũc potẽti⁹ ius
eſt quæſitũ ipſi recepto authoritate apoſtolica:qa ha-
bens ius ad rẽ, ſeu ad ipſam prębendam. & ſic exclu
dit expectantem authoritate capituli.¶ Sed certè, vt
hic tangit Ioã.And.poſt Hoſt.iſta duo dicta Inn.cõi-
ter reprobantur.Nam in primo dicto dũ dicit,an per
ante receptionẽ poſſit obijci de ſurreptione. male di
cit,quia ius cõpetẽs recepto authoritate capituli cẽ-
ſetur eſſe iure gratioſum,quia capitulũ per ſuã rece-
ptionẽ non põt dare ius ad vacaturam,cum ſolus Pa
pa det ius ad vacaturã : ideo recepto a capitulo non
cenſet̃ propriè quęſitum eſſe ius ad rem . facit quod
hr̃.ĩ.de conceſ.p̃ben.c.ij.¶Sed vt dixi cenſetur eſſe
quoddã ius gratioſum agendi coram ſuperiore,vt cõ
pellat capitulum ad præbendam conferendam. & iõ
de tali iure non eſt neceſſario mentio fienda.hinc eſt
quod diximus , ꝙ expectans authoritate apoſtolica
p̃ferri debet recepto authoritate capituli.ĩ.c.hi qui ,
& c.ſi poſtq̃.& pro prædictis ẽt facit , qa vt etiã dicit
Hoſt.ſi aliud diceretur,facile eſſet capitulo eludere
omnes expectantes authoritate apoſtolica habendo
vnum receptum ibi authoritate capituli. nã ſi non eſ
ſet facta mentio in literis apoſtolicis de tali receptio
ne,repellerent̃ oẽs ſm prędictam opinionem,qđ nõ
eſt dicendum: & ẽt expreſſum ęſt cõtrarium in d.c.
hi qui.& c.ſi poſtquam.¶Item in ſecundo dicto ſcili
cet poſt receptionẽ.male dicit ſm Hoſt.quia ſi literę
ſunt ſubreptitiæ.vt dicebat Inno.proceſſus factus: &
ſic receptio facta de expectante apoſtolico non vale
ret ſm cõem opinionem.de qua in c. ad audientiã.
el.ij.de reſcr.vbi in beneficialib.ſurreptio habet ipſo
iure vitiare:& ſic deberet poſſe opponi exceptio poſt
receptionem ſicut ante.Poſſet tñ dictum Inn.ſaluari
qñ fuiſſet proceſſum in vi iuriſdictionis cõtentioſę.
vt hic tangit do.Ant. per ea quę conſueuerũt dici in
d.c.ad audientiam.¶ Item primũ dictũ poſſit ſaluari
qñ nõ vellet obijcere ſurreptionẽ,qa nõ eẽt facta mẽ
tio de recepto authoritate capłi.ſed de alia ſurreptio
ne.Nã cũ exceptio ſurreptionis in bñficialib.ipſo iu
re ſit excluſiua iuris agẽtis.iux̃ notata.ĩ d.c. ad audiẽ
tiã.poſſet opponi p̃ iſtã cũ ipſius interſit illũ nõ reci
pi,vt faciat ſibi locũ illo excluſo.facit qđ nota.p̃ legi
10 ſtas in l.cũ ſeruo.C.de ſer.fug.¶Vltimo tãgit † an ſi
collecta ſit p̃bẽda ĩpetranti apoſtolico:ſed poſtea illa
euincit̃,an poterit hr̃e recurſum ad aliã. potes cõclu
dere,vt hic tãgit do.Ant.ꝙ afferẽ de iure,vt qa alteri
debebat̃: tunc vr̃,ꝙ eius gratia nõ ſit extincta per ta-
lem collationem inutiliter factã.ar.l.iij.§.ſi reddita.
ff.ꝯmodati.& C.de ſuis ĩ l.libera . Et bñ facit ad p̃-
dicta licèt do.Ant.nõ alleget,qđ hr̃.ĩ.eo. ſi beneſi-
cia.li.vj.Si aũt iſta p̃bẽda auferẽ de facto,& nõ de iu
re:& tunc cũ tenuerit collatio ſibi facta extincta fuit
datio q̃uo.nõ reuiuiſcet.l. q res.§.a: eã.ff.de ſol. nec
iniuria facta a iudice , vel a priuata perſona reſtituit
actionem extinctam.ſ.de elec.cum inter.R. & facit,
quod habetur.in l.fi.C.de act.empti.

SVMMARIVM.

1 *Auaritia appellatur idolorum ſeruitus.*
2 *Canonici regulares præferuntur mon ſt c.s.*

AVaritiæ quæ. Religioſi redditus
ſua: ũ capellarum
minuere nõ poſſunt,nec parochias diuĩ
dere poſſunt.h.d. Et in primo ponit re-
ligioſorũ auara peruerſio . In ſcđa puer
ſionis correctio.ſcđa ibi.ideoq; Item ibi ſeruitus hr̃.
ad Coloſſen.iij. & excipit̃ ibi . & ĩ.qđ crimen auari-
1 tiæ potiſſime in religioſis reprobandum eſt.¶ †Nota
ex tex.p.imo, ꝙ auaritia appellatur idolorum ſerui-
tus.& hoc ideo,qa auar⁹ ſeruit nũmo tanq̃ Deo. vt
dicit gl.j.q.j.in c.cũ oẽs. & vide tunc pulchrũ tex.cõ
tra auaros.in c.ſicut hi.xlvij.diſt.vbi dicit litera ſicut
hi,q in maſſa monumẽti deuenerũt &c. alleg.ẽt Io.
An.hic autoritatẽ Tulij hic dicẽtis,ꝙ nullum vitium
eſt deterius auaritia p̃ſertim in principibus,& in rẽ-
publicã gubernantibus. alleg.ẽt dictum Senecæ in
lib.de moribus.dicentis.Quid miſerius q̃ deficiente
2 vita maius viaticũ q̃rere.¶† Itẽ no.ex tex.iũcta ſup-
ſcriptiõe canonicos regulares p̃ferri monaſticis. ſed
dicebat Abbas,ꝙ iſtud iõ,qa de vitio agit̃. Sed vt di
cit Florẽ.ſuſpectus fuit,q erat de ordine monachorũ.ĩ.de ſimonia.c.fi. Vnde potes dicere ſm eũ,quòd
nõ ſemper de ordine eſt curandũ. facit,qđ habetur.
in l.nõ in qbus ſicut cle.ici ſcholares. Et nota qualę
ius habeat aliqñ in huiuſmodi capellis ſubiectis.qa
quandoq; recipiũt certas penſiones. Quandoque ve
ro recipiunt redditus temporales . eſeruata tñ tan-
tummodo certa portione ipſis clericis . de quo.ĩ.de
monachis.¶Itẽ not.ꝙ non poſſunt monachi portio-
nẽ antiquitus cõſuetã clericis dare vel minuere cã nõ
ſubſiſtẽte,& ſine autoritate diœceſani . nec ſimiliter
habent poteſtatẽ diuidendi parochias ſibi ſubiectas.
nunquid autem epiſcopus monachos minuẽtes por
tionem ipſarũ capellarum habet poteſtatẽ compel-
lẽdi eos ad reintegrationem . dic quod ſic,& in reli-
gioſis non exẽptis hoc eſt clarũ. Idẽ tñ hodie eſt etiã
ſtatutũ in exemptis.qa ẽt tales poſſunt compelli per
dum membrum,ita videtur quod etiam hoc caſu nõ
tranſit poteſtas inſtituendi.& propter prędicta videẽ
quod hæc pars de iure verior ſit . Aduerte,quia Inn.
in d.c.in lateranen.& Io.An.& etiam do.Pet.videnẽ
facere

ſacere dñam,an concedať eccleſia in proprios vſus,
& non eſt parochialis,nec collegiata. & tunc trãſeat
poteſtas inſtituendi,& deſtituendi rectorem. Secus
qñ eccleſia eſſet collegiata,vel parochialis: quia tũc
non tranſit poteſtas inſtituendi niſi conceſſa ſit in ꝓ-
prios vſus,& pleno iure. & ſecundum prædicta poſ-
ſet dici,ꝙ deberet intelligi dictum Inn.in c.paſtora-
lis.de priui. vt ſic reducantur dicta Inn.ad cõcordiã:
tñ de iure ſatis videretur quod etiam ſi eccleſia non
ſit parochialis,nec collegiata, quòd non tranſeat ius
inſtituendi, ſi ſolum concedatur in proprios vſus per
ea quæ ſuperius dixi:quia talis conceſſio vr̃ ſolum re
cipere temporalia,& non ſpiritualia. & per ꝯñs non
vr̃ includere ius inſtituẽdi rectorem,quod eſt ius ſpi-
rituale.facit, quod habetur.xvj.q.ij.viſis.ĩ.de dona.
paſtoralis.& ſic videtur quod aliud ſit cõcedere ſim-
pliciter eccleſiam in proprios vſus quo caſu videtur
eſſe perinde ac ſi concedatur, quò ad temporalia de
quo dixi ſuperius.& tangit hic gl.Aliud quando con
ceditur in proprios vſus,& pleno iure,quia tunc be-
ne tranſit ius inſtituendi per ea quæ dixi ſuperius.&
quæ habentur.xvj.q.ij.viſis. Et hæc ſufficiant de iſto
mẽbro,quando conceditur eccleſia religioſis in pro-
prios vſus.& patet ex prędictis,an ſit differẽtia,ſi ſim
pliciter concedat,an vero concedeť in proprios vſus
& pleno iure.Et per prædicta ſit expeditus caſus pri-
mus principalis,quando monachi prætendunt eccle
ſias eſſe ſubiectas ſibi ex collatione eis ſacta. Secun-
dus caſus principalis erat quando monachi præten-
dunt eccleſiam eſſe ſubiectam ex fundatione ipſius
eccleſiæ facta per eos. Aliqui tamen ponunt iſtũ ca-
ſum pro tertio.Et præcipuè do.Ant.hic & do.Pet.nã
dicunt quod ſunt tres caſus principales.vnus eſt,qñ
prætendunt eccleſias ſibi ſubiectas conceſſas per lai-
cos.Secundus quando prætendũt eccleſias ſubiectas
conceſſas per epiſcopos. Tertius eſt,qñ prætendunt
eccleſias eſſe ſubiectas ratione fundationis:ſed vt te-
tigit circa principium gl.xvj.q.ij.fecit ſolum duos ca
ſus,vnus eſt,quando monachi prætendũt eſſe ſubie-
ctas ex fundatione.& primum caſum ſubdiuit, quia
quandoq; prætendunt ſubiectas ex conceſſione laici:
qñque ex cõceſſione epi.& quemlibet dictorum ca-
ſuum etiam ſubdiuit,& vt ibi patet etiam hic in glo.
Iſto ergo caſu, qñ prætendunt eccleſias ſubiectas ex
fundatione.concludit hic gl.quod ſi religioſi ſunt pri
uilegiati,cum capellis habitis, & habendis habebũt
tunc poteſtatem inſtituendi,& deſtituẽdi.& videtur
quod alia iura ſpiritualia poſſunt petere a quo ma-
luerint epo.facit,quod no.gl.xvj.q.ij.in ſumma.Si ve
ro non ſunt taliter priuilegiati,tunc concludit hic gl.
quod habebunt eccleſiam ſubiectã,quò ad tpalia re
ſeruata portione ſufficiente rectori: ſed quò ad ſpiri-
tualia erit ſubiecta epo.& ſic monachi habebunt prę
ſentare rectorem,& eps habebit illũ inſtituere.facit,
qđ hr̃.ĩ.de priui.cũ & plantare.§.cum in eccleſijs.Et
iſta eſt intentio gl.hic.& in ſumma præall.¶ Sed ad-
uerte,qa Inn.& Io.An.dicũt, ꝙ ſi monachi fundãtes
eccleſiam non retinent in fundatione dñium rerum
quas donant eccleſię,tunc monachi hñt iuſpatrona-
tus,& ius ꝑſentandi rectorem. ¶ Itẽ ius exquirẽdi ra
tionem de tpalibus,& etiam habent ius cuſtodię va-
cante eccleſia, non antẽ habebunt ptãtem tpalia ap
propriãdi,ex quò ſunt in talem eccleſiam,vel capel-
lam tranſlata.Si autem tpe fundationis bonorũ reti-
tinẽt proprietatẽ bonorũ ſaltẽ quò ad directũ dñiũ,
tunc dicit Inn.qđ habebit Abbas poteſtatẽ ibi ponẽ-
di ꝑſbyterũ,& deponendi ad libitũ eccleſiæ nõ exi-
ſtente parochiali,vt hr̃ de ſta.mo.ad monaſterium.§.
tales.& ĩ.de priuil.c.j.in vj.debebit tamen ſacerdos
ibi poſitus de ſpiritualibus epo reſpondere, licèt nõ
habeat populum,vel collegium ipſa eccleſia.& ſic ha
bebit rñdere epo qualiter celebret, & qualiter offi-
ciet eccleſiã,& qualiter ornet ipſam,& de ſimilibus,
& ſic eps curabit quò ad ſpiritualia, & quò ad ꝑſby-
terum,& ad familiam presbyteri,ſi quã habet.& fa-
ciet ei ꝓuideri de ſacro eccleſiæ.& ſic de euchariſtia,
pœnitentia,& extrema vnctione, & ſimilibus.x.q.j.
c.j.& per totum.& pro hoc facit,quia aliàs ſi talis ec
cleſia non eſſet inter confines alicuius parochiæ nõ
eſſet qui talia expediret,ſi diceremus iſta epo non cõ
8 petere ſm Hoſt. ¶ †Et ex prædictis no.diligenter ſm
do.Flo.quod poteſt fundari eccleſia,& dotari tranſla
to ſolo vtili dñio in eccleſiam retẽto directo, hoc tñ
ſecundum eũ non deberet eps permittere ſaltem re-
ſpectu dotis eccleſiæ, quæ oĩno debet eſſe libera.ĩ.
de cenſi.c.j.vnde ſcđm cum procedit dictum Inn.in
bonis non datis in dotem: ſed poſtea quæſitis ſub di
cta forma.arg.c.verũ.de condi.appoſitis.vel ẽt ſcđm
eum procedet in datis in dotẽ,ſi eps permiſit ſic dari,
licèt id permittere non debuerit per ea quæ hñr in d.
c.j.¶ Interdum vero monachi ędificant eccleſiã ſecu
larem,& addũt,vt illa ſubſit eis tanq̃ vnus prioratus
manualis gangia.& tunc dicit Io.An.hic,& etiã Inn.
qđ fieri non põt ex eo: quia capelle monachorũ ſunt
ſubiectæ epo de iure cõi etiam quò ad.l.diœceſanã.
ſ.de offi.ordi.conquerente.& c.dilectus.cũ ibi nota-
tis.& nõ eſt licitum ædificanti minuere iura epalia,
vel ius legis canonicæ per pactũ.ſ.de pac.accepim⁹.
x.q.j.c.ij.& c.nouerint.Sed ſi eſſent tanq̃ prioratus,
vel gangia talis capella, minueretur ius epale:qa nõ
ſub eſſet epo,quò ad.l.diœceſanam.xvj.q.j.cum pro
vtilitate,& ĩ.de cenſi.c.ſi.ergo nõ poſſunt facere mo
nachi prædicta.& hoc clarum ſine conſenſu epi.Imo
plus dicit Io.An. quod ẽt cũ conſenſu epi hoc facere
nõ poterunt cã iuſta non ſubſiſtente. per id,qđ hr̃.x.
q.j.c.j.& ij.Cã aũt ſubſiſtente bene põt id fieri, cum
conſenſu epi. Et ſi eps nollet conſentire poſſet adiri
ſuperior, vt illũ cõpellat ad faciendũ.ĩ.de iurepat.c.
nullus.Et per hæc ſit expeditus iſte caſus, qñ mona-
chi prætendunt eccleſiã ſibi ſubiectam ex fundatio-
ne.¶ Et aduerte,qa doc.cõiter tranſeunt cũ his, q̃ ſ.
dixi.tñ non vr̃ eſſe ſine dubitatione id, qđ dixi poſt
Inn.& Io.An.videlicet,quòd ſi retinetur dñium ſal-
tẽ directum bonorũ donatorum tpe fundationis ec-
cleſiæ,quod habebit Abbas ptãtem inſtituẽdi, & de-
ſtituendi rectorem,ſi eccleſia non ſit parochialis,nec
collegiata:quia talis reſeruatio vr̃ concernere tempo
ralia.& licèt ſit facta cum conſenſu epi non vr̃ quòd
per hoc competat ius inſtituẽdi, quod eſt ius ſpiritua
le.ſed forte Inn.& Io.An.hoc dicebãt,vt aliquid ope
retur retentio dicti dñij, qđ tunc trãſeat poteſtas in-
ſtituendi,non vr̃ tamen hoc eſſe ſine aliquali dubita
9 tione.¶ †In ea.glo.qñq; vero religioſi habent ſolum
iuſpatronatus in eccleſia.& de iſto tangit gloſ.hic in
ver.quandoque monachi.& concludit,quod tũc ni-
hil habent niſi ſolum præſentationem. Sed tũc adde
quod etiam habent ius exigendi rationem de tẽpora
libus,ex quò ſunt patroni eccleſiaſtici.vt legitur, &
no.ſ.de offi.ordi.cum vos.& ſ.de appella.bonæ.& ĩ.
de priui.cum & plantare.§.cum in eccleſijs.& etiam
habẽt ius cuſtodiendi bona vacante eccleſia,vt patet
ex notatis in dictis iuribus.& ſic tranſit hic do.Anto.
¶ Sed aduerte,quia ius in d.§.cum in eccleſijs.& ĩ.c.
in lateranen.videtur velle, quòd prædicta procedãt,
quando habent iuſpatro. aliter quàm ex conceſſione
laici tunc videtur velle quod ſolum ius prǫſentandi

habeant,ſicut ipſe laicus,non autem ius exigendi ra
tionem de temporalibus , nec cuſtodiendi bona ec-
cleſiæ vacantis.Sed vr̃ poſſe dici oppoſitum:quia ex
quò iuſpatronatus deuenit ad pſonam eccleſiaſticá
ex conceſſione facta loco religioſo,vel eccleſię,oĩno
iudicari debet de illo iurepatronatus tanq̃ de iurepa
tronatu s eccleſiaſtico,non aũt tanq̃ de iurepatrona-
tus laici,vt patet ex his, quæ hñr in c.j.ĩ.de iurepat.
in vj.vbi etiá patet,qđ magis tp̃s datur clerico ad pię
ſentandum,quàm daretur laico.Et facit & quod di-
xi ſuperius circa principium materię.Addit etiá iſtis
do.Ant.vnũ alterũ caſum,qñ videlicet religioſi præ-
tendũt eccleſiam ſibi eſſe ſubiectam ex eo:quia eſt in
ſua parochia,licèt ſit ædificata a laico . An hoc caſu
habebunt iuſpatronatus. & cõcludit qđ non credit ,
qđ habeãt iuſpatronatus,nec aliud ius niſi ius paro-
chiale.per ea quæ notant per Inn.& per Io.An.ĩ.de
capellis mona.dilectus.& ſ̃.de offi.arch.c.ſi.in glo.j.
& ſ̃.eo.nec ob.prædictis quod hr̃ in c.ad audiẽtiam .
ĩ.de eccl.ædifi.per qđ hr̃ qđ habeant iuſpatronatus:
quia illud procederet vbi contuliſſent dotem: vel in
fundo eorum, quò ad proprietatẽ fundata fuiſſet ec-
cleſia,facit,qđ no.ĩ.de iurepat.in rub.per Inn.& qđ
no.in d.c.ad audientiá.& per hoc eſt expedita gl.vſ-
que ad verſi.quod hoc caſu.vbi gl.tractat ſecundum
qſitum principale,videlicet in quo caſu habeat locũ
hæc decretalis , qñ religioſi habent eccleſiam ſubie-
ctam.de quo dicendum,vt in gl.& inferius tangetur.
¶In ea.gl.ibi:quò ad tẽporalia, & ſpiritualia habeãt
eas:quaſi forte voluit gl.quod tunc non habeat locũ
decretalis.ex quò pleno iure habẽt eccleſias,quò ad
ſpiritualia,& tẽporalia.& ſic vr̃ q non habeant, tunc
præſentare ep̃o rectorem.ideo non habet locum tũc
decretalis.¶In fi.gl.dic plenius ſm Io.An. qđ ſi mo
nachi habent ſubiectam eccleſiam quò ad iuſpatro-
natus,tñ non procedit hæc decretalis,quia ipſi nõ ha
bent aſſignare aliqua bona rectori. & idem dicit Io.
An.ſi religioſi habeant ſolam adminiſtrationẽ: quia
eadem eſt ratio. nam tunc nihil pñt percipere de red
ditibus eccleſiæ,niſi forte aliquis certus ſenſus ab ip
ſo prin.per habentẽ poteſtatem fuiſſet eis conceſſus:
quia tunc non ſolum id pñt percipere.ĩ.de iurepatro
natus præterea.xviij.q.ij.c.eleuterius . ¶Idẽ dicit in
hoc tertio,ſi habet ius plenum inſtituẽdi quò ad cu
rá populi.nam tũc nulla eſt fienda pſentatio ep̃o. iđ
non habet tunc locum decretalis. Idem & in quarto
caſu, qñ licèt habeant præſentare rectorem ep̃o ſunt
ſoluti onera ep̃alia ſupportare . nam tunc non habet
locum hæc decretalis per ea quæ hñr in cle.j.§.ſane.
de iurepa.& ſic in quatuor caſibus ſupradictis nõ hẽt
locũ hæc decretalis, & ideo patet ex ſuperius dictis,
& videretur qđ ſolum habet locũ hæc decretalis tri-
bus concurrentibus.ſ.quod ipſi religioſi habeant p-
ſentare ep̃o rectorem in ipſa eccleſia perficiendum,
ſiue ep̃s habeat inſtituere conferendo in effectu col-
lationem tituli, ſiue etiá habeat inſtitutionem auto-
rizabilem propter curam populi.¶Item requirit̃,qđ
religioſi habeãt eccleſiam ſubiectam,quò ad tp̃alia ,
vel ſaltem quod illa habeant penes ſe.¶Item qđ nõ
cõſueuerunt onera ep̃alia ſupportare propter id , qđ
dixi.ſ̃.& quod hr̃ in cle.j.§.ſane.de iurepa.& per præ
dicta patet,quòd ſi religioſi habẽt eccleſias ſubiectas
quò ad temporalia tantum,vel etiá quò ad ſpiritua-
lia,& eccleſiæ regimen ſit concedendum,ſed non re
gimini populi.& ſic habent præſentare ep̃o rectorẽ ,
qđ in prædictis locum habere poteſt prædicta decre
talis,quod dicit do.Ant.poſt Io.An.& Inn. procede
re ſiue poſſeſſiones fuerint plenè tráſlate in capellá,
ſiue eccleſiam ædificatá,ſiue nõ fuerint plenè tráſla-
tę , vt quia monaſteriũ detinuit ſibi dominiũ directè
trar ſlato vtili in capellam.ná ſi habet præſentare re-
ctorem ipſius capelle ep̃o,ſemper oportet,quòd con
grua portio ſibi aſſignetur.vbi autem congrua portio
aſſignatur , certi redditus, & penſiones aſſignant̃ ec-
cleſiæ,ſeu capellę per patronũ. de quibus certá par-
tem aſſignat pro dote eccleſiæ.& aliorum omniũ reti
net directum dominium,licèt dos aſſignatam ſit ſuffi
ciens non tñ ſuſtinebit ep̃s quod diminuatur a patro
no.& ſi non eſt ſufficiens,vel incipiat eſſe nõ ſufficiẽs
tunc cogetur patronus de bonis quæ penès ſe reti-
nuit,vel etiam de alijs ſufficiẽter dotare. per id,quod
habetur.ĩ.de conſe.ecc.in c.cum ſicut.& facit,quod
habetur.ſ̃.eo.cum ſcđm.& ſi patronus vellet hoc fa
cere,ep̃s non poterit inſtituere præſentatum niſi fiat
aſsignatio prædicta.& ſic etiam dicit hic poſſe intelli
10 gi.dicunt tñ aliqui,& non male ſcđm Inn.hic,quòd
vbicunque ex fundatione aliqui habẽt eccleſias pñt
exigere rationem temporalium.& etiam augere cen
ſum,dum tñ rectori remaneat congrua portio, & ſu
ſtentatio per iſtum tex.& ĩ.eo.extirpádæ.¶Quæ au
tem dicatur eſſe ſufficiens,ſeu congrua portio.patet
ex his,quæ tanguntur.ſ̃.tit.j.cõquerente. & hic in pri
ma glo.nam ſufficiens dr̃,qñ ſufficit rectori,& mini-
ſtris eccleſiæ.& etiam ſunt bona tanta,quòd poſſunt
congruam hoſpitalitatem, & onera epiſcopalia ſup-
portare.& ſic reſidet d.Ant.& Io.An.poſt Inn.¶Sed
aduerte,quia quod vltimo dixi,quòd habentes eccle
ſiam ex prima fundatione poſſunt augere cenſum,il
lud nõ videtur bene dictum propter generalitatẽ.c.
11 auaritiæ.ſ̃.eo.& ĩ.de cenſibus.prohibemus.¶†Vlti-
mo poſſet quæri, an in prioratibus ſubiectis religio-
ſis ſpectet cõfirmatio ad ipſos religioſos: an vero ad
ep̃m,& iſtam quæſtionem latiſsimè proſequitur Ar-
chi.xvj.q.ij.in ſumma.vbi concludit,quòd eſt priora
tus manualis,ſeu obedientiarius.& ſic ei non proui-
detur per viam electionis. Sed Abbas ſuperioris mo
naſterij ponit priorem , & reuocat eum ad libitum ,
vt redeat ad clauſtrum,tunc clarũ qđ non habet ep̃s
ſe impedire.facit,qđ hr̃.ĩ.de ſta.mon.cũ ad monaſte-
riũ.§.talis.& tunc hr̃ in cle.quia regulares.de ſuppl.
neg.præla.Si vero tali prioratui prouideatur per viá
electionis, vt quia conuentus ipſius prioratus hẽt eli
gere priores,tũc dicit,quòd videtur q de iure ad Ab
batem ſuperioris monaſterij ſpectet confirmatio.per
ea quæ hñr.ſ̃.de conſuetudine.cum dilectus. Sed ad
epiſcopũ ſpectabit inſtitutio,vnde non debebit prior
adminiſtrare ante talem inſtitutionem . Et ſi dicere-
mus,quod ſpectaret etiam inſtitutio ad Abbatẽ.dic,
q ſaltem ad ep̃m ſpectabit inueſtitura , ſeu inducere
in poſſeſsionem.arg.eorum, quæ hñr.ĩ.de priuil.pa-
ſtoralis:& xvj.q.vij.omnes baſilice. nec ob.ſi dicatur
quod confirmatus ex ſola confirmatione conſequit̃
ius adminiſtrandi.vt legi.& no.ſ̃.de elec. tranſmiſſa.
quia reſpondet, quòd illud verum , quando quis eſt
confirmatus a diœceſano loci .Secus ſi ab alio infe-
riore. ¶Recitat etiam opinionem aliquorum dicen-
tium , quòd confirmatio ſpectet ad epiſcopum , per
ea quæ habentur in d.c.omnes baſilice . & ad c.cum
dilectus. de conſuetudine.dicit poſſe reſponderi qđ
inquantum ibi dicit,quòd ad monachos anderenen.
monaſterij ſpectet electio,& ad monaſterium raffa-
nenſe confirmatio ſpectet,vt ſtatutum.de quo ibi ta
liter intelligatur,quòd concordat iuri communi . ná
ſecundum eum poteſt dici,quòd concordat inquan-
tum dicitur,quòd ad monachos monaſterij andere-
nen.ſpectet eligere ſibi prælatum:ſed quatenus dicit

ꝙ ad raſſanen. monaſterium ſpectet cōfirmatio, illud
non ſit de iure communi : ſed potius ex vi ſtatuti, vt
aliquid operetur. dicit tñ in hoc attendendam eſſe
cōſuetudinem ipſorũ religioſorum. & etiam ſtatuta
regularia ipſorum. Prima opinio ſatis vr̃ eſſe rationa-
bilis. & ſatis vr̃ applaudere text. in d. c. cum dilectus.
Tñ Archidiaconus reſidet in eo, quod vltimatè ſupe
rius dixi. & hæc ſufficiant de materia huius capituli.
& ex prædictis ſatis poſſet aperiri via ad repetitionẽ
huius materiæ.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas dignitatum, & perſonatuum eſt prohibita, ſed bene poteſt quis habere dignitatem, cum perſonatu in eadẽ eccleſia, vel diuerſis.*
2 *Reſidentiam in eccleſijs, & aſſiduitatem requirunt officia ſingula.*
3 *Pluralitas beneficiorum quare prohibeatur.*
4 *Præbendas plures habere, an poſſit quis. & nu. 1.*
5 *Libertus poteſt ſeruire duobus patronis.*

a AD hæc. Plures[a] dignitates, vel perſo-
natus in vna eccleſia, vel in di
uerſis qs habere nō pōt. h. d. Et primo po
nit dictũ. Scd̃o rōnem aſſignat. ſcd̃a ibi. cũ
1 ſingula. ¶ † No. ex tex. primo, ꝙ pluralitas dignitatũ,
& perſonatuũ eſt prohibita in eadem eccleſia, vel di
uerſis. Et ex hoc ēt not. quæ dr̃ia vr̃ eſſe inter digni-
tatẽ, & perſonatũ. de quo dicet̃. ĩ. eo. de multa. & tan
gitur ēt p Arch. & Io. An. in c. j. de cōſuetudine. in vj.
An aũt de conſuetudine poſſit quis habere dignitatẽ
cũ canonicatu in eadẽ eccleſia, vel diuerſis, dicendũ
qd̃ ſic, per ea quæ hñr. ſ. de reſcri. eam te. & in c. j. de
conſuetudine. in vj. quid aũt de præbendis, an poſſit
quis habere de iure plures p̃bendas. vr̃ ꝙ ſic a cōtra-
rio huius tex. dum ſolũ loquitur de dignitate, & pſo
natu. & non de p̃bendis. contrariũ tenet hic do. Ant.
per id, qd̃ hr̃. lxx. diſt. ſanctorũ. & ĩ. eo. cũ iādudum.
Adde qd̃ iſtud procedit, qñ p̃bendæ requirunt reſidẽ
tiā. aliàs ſecus, vt voluit Inn. in d. c. cũ iādudũ. & ple-
2 nè dixi in c. fi. ſ. ti. j. ¶ † Itẽ no. ꝙ ſingula officia in ec-
cleſijs requirunt reſidentiā, & aſſiduitatem. & ſic ne-
dũ principalis rector eccleſiæ tenet̃ ad reſidentiā: ſed
ēt alibi bñficiati in ipſa eccleſia de iure vñr teneri ad
reſidentiā. facit, qd̃ dictum fuit. ſ. ti. j. cō querente. &
c. fi. qd̃ aũt dr̃ de aſſiduitate, intellige horis cōgruis p
ea quæ no. de conſe. diſt. v. nunq̃. & xxxvij. diſt. de q-
buſdā. & facit pro hoc, qd̃ dictũ fuit in d. c. conquerẽ
3 te. & in c. relatũ. ¶ † Itẽ no. vnam rationẽ prohibendę
pluralitatis. ſ. quia beneficia requirunt aſſiduitatem.
& pluribus ſeruire quis non pōt. & ex hoc patet, qd̃
contra rationẽ iuris canonici eſt ipſa pluralitas: eſt ēt
contra rationẽ iuris ciuilis. per ea q̃ not. ĩ. c. proxi. in
gl. ij. ¶ Itẽ cōtra ius naturale, qd̃ vult in matrimonio
carnali quẽ debere eſſe contentũ vna vxore. facit. ſ.
de bigamis. debitũ. & ſic eodẽ modo dẽt eſſe in ma-
trimonio ſpirituali. dicit ēt Io. And. qd̃ pluralitas eſt
ēt contra naturā congrue locutionis. nā ſi Petrus ha-
beret duas canonias vr̃, ꝙ oporteat dici bñ veniat Pe
trus canonici loquendo in plurali : ſed iſta rō parum
vr̃ valere : qa ex diſpenſatione pōt quis habere duas
canonias in diuerſis eccleſijs, & p̃bendas, & ēt ſine
diſpenſatione, ſi non requirunt reſidentiā. & ſufficiat
4 dicere Petrus canonicus. ¶ † In gl. ij. ibi: vel perſonat⁹.
quid aũt de p̃bēdis, dixi in notabilibus. de multa. de
beneficijs aũt curatis dicẽdum, vt hr̃. ĩ. eo. de multa.
de beneficijs vero ſimplicibus. dic vt dixi. ſ. de p̃ben.
quia vr̃ conſiderandũ, an requirant reſidentiam, vel
non, per ea, q̃ no. gl. in c. gratia. de reſcr. in vj. & quæ
dixi in c. fi. ſ. tit. j. ¶ In ea. gl. in fi. fallit etiā in caſibus
alijs no. per gl. in d. c. dudũ. el ij. circa fi. de quibus ēt
hic tangit Inn. nec ob. huic tex. inquātum dicit, ꝙ nō
pōt quis deſeruire pluribus officijs, qd̃ hr̃ in l. añpe.
5 ff. de ope. liber. † vbi libertus in eadem domo ſeruit,
duobus patronis. nam vbi ſeruit cuſtodiẽdo domũ
alteri ſeruit ſcribendo, vel aliud artificium faciendo
ad vtilitatẽ alterius patroni: quia poteſt rñderi, quod
vbi officia non ſunt repugnātia, ſed compaſſibilia. vt
patet ex prædictis hic ſecus. facit, quod no. ſ. de p̃b.
ex literis. & ff. de adoptio. in l. ſi conſul.

SVMMARIVM.

1 *Plures dignitates non poteſt quis habere etiam in diuerſis eccleſijs.*
2 *Et ſi quis ad duas eligatur, an eius erit optio, quam velit retinere. & numero 4.*
3 *Canonicus regularis, an poſſit eſſe Archidiaconus in eccleſia ſeculari.*

PReterea. Habens plures dignitates
vni eligere, & alterā com-
pellit dimittere. h. d. Et primo narrat fa-
ctum. Scd̃o illud corrigi mandat. Secũda
1 ibi: mandamus. ¶ No. ex tex. primo † qd̃ ēt in diuer-
ſis eccleſijs nō pōt quis habere plures dignitates ſal
2 tẽ, vt effectualiter illas retineat. ¶ † Item no. ꝙ ſecun
dum iſta iura tenebat collatio plurium dignitatũ fa-
cta vni, & ipſius erit electio, quam velit dimittere, de
3 quo tangitur ēt in gl. ij. ſuper ea. ¶ † Item no. ꝙ cano-
nicus regularis vr̃ eſſe poſſe Archi. de quo tangetur
cũ gl. j. ¶ In glo. j. ibi: poteſt fieri Archidiaconus. Ad-
uerte, quia etiam vt hic tangit d. Flo. Iſtud argm̃ col-
ligitur intelligendo verba tex. prout ſonant. ſ. ſi expo
namus rl̃r, id eſt canonicè. nam canō idem eſt, quod
b regula. iij. diſt. in c. canon. b & dũ dicit profeſſus, in-
telligamus de profeſſione, quæ erit p̃ſtando manua-
lem obedientiam. & ſic promittendo ſe ſubiectũ. vt hr̃
de maio. & obed. c. legabatur. tunc non tollitur iſtud
argm̃, quia ſm̃ hoc erat canonicus ſecularis, & vtraq;
erit ſecularis. vt hic tāgit Goſ. Hoſt. vero dicit ꝙ vtra
que eccleſia eſt regularis. & ſic verba pñt ſtare, prout
ſonant. & non mirum, ſi tunc poteſt eſſe Archi. in ec
cleſia regulari, ſi eſt canonicus regularis. An autẽ ca-
nonicus regularis poſſit eſſe archidiaconus in eccle-
ſia ſeculari. vr̃ dicẽdum ꝙ non niſi ex diſpenſatione,
per ea quæ hñr. ĩ. de ſta. mona. ꝙ Dei timorẽ. de quo
dictum fuit in c. Deus qui. ſ. de vi. & ho. cle. ¶ An au
tem poſſit canonicus regularis, vel monachus præfici
eccleſiæ collegiatæ ſeculari, ſi non eſt epiſcopalis. re-
curre ad gl. in cle. j. in gl. pen. de elec. & ibi etiam per
Pau. de Leaza. ad eccleſiam autem curatam propter
priuilegium cure bene videtur poſſe eſſe religioſus.
per eà quæ habentur in d. c. quod Dei timorem. & di
ctum fuit in d. c. Deus qui. & multofortius poteſt eli-
gi in epiſcopum eccleſiæ ſecularis. vt etiam probatur
in dicta cle. j. ¶ In ea. gl. ibi: nec monachus in diuer-
ſis monaſterijs. intellige de conſenſu Abbatis, & con
4 uentus. per id, qd̃ habetur de elec. conſtitutus. ¶ † In
gl. ij. ibi: hodie non habet optionẽ: hæc ſolutio cōiter
tenetur. per quam patet, quod capitulum de multa
corrigit iſtam decretalem : poſſet tñ ſaluari iſte text.
qñ ſimul vtraq; dignitas eſſet collata, & non appare
ret, quæ prius fuiſſet collata. ¶ Item poteſt ſaluari in
caſu c. gratia. de reſcri. in vj. qñ videlicet alicui vnam
dignitatem habenti confertur ſecũda ipſo ignorãte.
¶ Item tertio poteſt ſaluari ſcd̃m Hoſt. qñ ſcd̃m be-
neficiũ eſſet minus, & vilius primo, & certe, vt ipſe
dicit hæc ſolutio poſſet in ſcholis teneri, ſed in curia
ſeruatur ſolutio gl. Præterea non vr̃ fieri diſtinctio in
c. de multa. an ſcd̃m ſit vtilius primo, vel nō. Inn. ve-
ro hoc dicebat, qd̃ hic loq̃tur in religioſis, qui nō ha
bẽt velle, nec nolle. xij. q. j. nolle. & c. nō dicatis. & rō

a Plures. Hoc. c. ſequens ſummat Io. Abbas eodem modo, quo do. Io. & ſimilibus verbis.

b Canō. Ad de quando in iudicijs ſit vtẽdũ canone, vide Spec. ti. alle. & diſput. §. porrò aduocatus. uerſi. ſed nũquid in cauſa.

dignitas fuit,ꝙ daretur electio.facit, qđ hꝛ.xxj.q.j.ſi quis.Sed iſta ſolutio non vꝛ bona.vt hic tãgit d.Ant. quia vꝛ contra hunc text. qui vꝛ ponere ius cõc non gratiã.& bene facit,ꝙ no.Io. And.ſ.de teſti.tx parte. nõ ob.qđ nõ habent velle,nec nolle. qa illud verũ, qñ beneficiũ nõ hñt,& ſic ſunt clauſtrales. aliàs ſecus.facit,qđ no.de reſcri.cum dilectus. & de iudi.cũ deputati.Iac.de Albenga.dicebat , qđ decretalis de multa.habet locũ in dignitatibꝰ ſecularibus.Sed hic loquiꝛ de dignitatibus,ſeu p̃laturis regularibꝰ, in qbus non eſt tanta ambitio veriſimiliter,qa ſunt potiꝰ loca dilectionis,ſubiectionis,& onerũ.vij.q.j.hęc nequaq̃. & tãgit Archi.xxj.q.j.relatio. ſuper glo.ſed finaliter dicit Arch.tenendũ, quod hꝛ in c.cum ſingula.de præben.in vj.vbi etiam quò ad religioſas dignitates vꝛ idem dicendum,ꝙ in ſecularibus. de quo tãgetur in c.de multa.¶ In ea.gl.ibi: in duobus collegijs. de hoc dic vt no.per Bar.in l.fi.ff.de colle.illicitis.& per Inn.ĩ.de exceſ.prǽla.dilecto.

S V M M A R I V M.

1 *Pluralitas beneficiorum eſt probibita.*
2 *Eligentes,an poſsint ab electione reſilire poſt conſenſum ab electo præſtitum.*
3 *Scandalum reddit interdum aliquem ineligibilem, & electum quandoque repellit.*
4 *Eccleſia vna debet eſſe vnius ſacerdotis.*
5 *Cura populi poteſt inſolidum pluribus competere.*
6 *Prælatus non requiritur neceſſario ad eſſe collegij.*

C Vm non ignores. Electus ad ſecũdã eccleſiã,ſi dimittere non velit primã electores ab electione reſilire poterunt.h.d.Primo ponit mandati cauſam.Scđo mandatũ.Tertio ſoluit obſtaculũ.ſcđa ibi:cũ igiꝛ.tertia ibi:ꝙ ſit. ¶ Not.ex text.
1 primo † ꝙ pluralitas beneficiorũ ᵃ rꝛ eſt inhibita.de
qua.ſ.eo.ad hæc.¶ Itẽ no. ꝙ habens vnũ beneficium nõ vꝛ poſſe eligi ad aliud , nec vꝛ tenere electio facta de eo.de quo dicendum,vt hꝛ in c.ordinarij. de offi. ord.in vj.& de electione.dudũ.el ij. Nam licèt in aliquibus caſibus ꝑꝑ pluralitatẽ reddaꝛ qs inhabilis ad eligendũ,vt eligat,vt patet ex dictis iuribus.tñ ſi hẽt vnicũ beneficiũ non vꝛ eſſe prohibitũ ipſum eligi ad aliud.vꝛ tñ qđ ſi vult ſecũdum debeat dimittere pri-
2 mũ.facit,quod dicetur in gl.pe.¶ † Itẽ no.ꝙ eligentes ẽt poſt p̃ſtitũ conſenſum per electũ vñr poſſe reſilire ab electione.qđ vꝛ intelligendũ, qñ electio eſſet nulla,vel qñ facta eſſet de indigno ab ignorãtibus.facit,
3 ꝙ hꝛ.ſ.de electione.cũ terra.& c.auditis.¶ † Itẽ no.ꝙ ſcãdalũ interdũ reddit quẽ ineligibilẽ, & repellit interdum quem a iure electum.facit, qđ hꝛ.ſ.de cleri. coniu.cum olim.& ſ.eo.ti.in c.cũ teneamur.¶ In gl. pe.ibi:priorem eccleſiã cũ illa. & ſic nolebat ſe habilitare,dũ poſſet dimittendo.ſ.primã, vel offerẽdo ſe paratũ dimittere primã habita ſcđa.& ideo nimirũ , ſi potuit recedi ab electione.Secus ſi voluiſſet ſe habilitare dimittendo primã,vel offerendo ſe paratũ illã dimittere habita ſcđa.ſic intelligit gl. voluiſſe do. Ant.ſed Io. Cal.intelligit,qđ presbyter non cõſentit purè electioni de ſe factæ in plebanũ per archip̃sby. & clericos.ſed conſentit conditionaliter, ſi ſibi licitũ eſſet habere vtranq;.Et ideo talis conſenſus non p̃ſecit matrimoniũ ſpirituale,ex quò electio nõ fuit purè acceptata.nã talis cõſenſus vꝛ fuiſſe inualidus: qa ſicut ex parte eligentiũ requiriꝛ pluriũ conſenſus. de elec.c.ij.in vj. Ita ẽt requiriꝛ ex parte electi eadẽ rõne.& ideo per talẽ conſenſum qui purè non p̃ſtaꝛ nõ contrahiꝛ mꝛimoniũ ſpirituale inter eligentes,& inter electos.& ſic debet intelligi, & limitari.d.c.cum inter canonicos.alle.in gl.¶ Vel tertio extra glo.dici põt,ꝙ iſti archipresbyteri,& clerici conſenſerũt in ipſum presbyterũ,ſed non proceſſerũt ad actũ electionis,ꝑut fieri dẽt.per ea quæ hñt de ele. cũ in geneſi, & c.quia ꝑꝑ.Et ideo non facit tale ius q̃ſitũ ipſi p̃sbytero,qđ non poſſent ipſi clerici contradicere, & recedere a præambulo conſenſu.alle.d.Flo.qđ no.Inno. ĩ.de cẽſi.c.cum olim.Sed pro hac ſolutione bene facit.quia ius vꝛ quæri ex electione.& non ante . ꝑ ea quæ hñt in d.c.quia ꝑꝑ.& c.in geneſi. de quo tñ dicendũ.vt hꝛ in c.publicata.de elec.& eo.ti.c.ij.li.vj. Et ꝑꝑ illa forte do.Flo.hic dixit, qđ hæc non fuit vera electio:ſed q̃dã vocatio,ſeu inuitatio ipſius p̃sbyteri.¶ Si aũt fuiſſet vera electio.ſupple,& purè cõſenſiſſet nõ potuiſſent iſti poſtea reſilire . ſed ſcđm eum poteſt dici,qđ hic potuerunt recedere ꝑꝑ licentiam datã per Papã ꝑꝑ ſcandalũ vitandũ.facit, quod tangitur in gl.ſeq.¶ Et per prædicta ẽt patere põt, quòd ſi presbyteri noliut cõſentire ab initio niſi hꝛet vtrãque eccleſiam:ſed ex poſtfacto mutauit propoſitum: ſed clerici tunc nolebant.nam vꝛ ꝙ cum primus conſenſus non valuerit,ſi mutauit propoſitũ poſtq̃ clerici contradicebant nõ vꝛ prodeſſe.Si aũt mutaſſet anteq̃ clerici contradicerent, licèt poſtea contradicant vꝛ ꝙ haberet ius.per ea quæ hñr in c.licet. de ꝑcur. in vj.ſaluo niſi ſcandalum eſſet ſi reciperetꝛ,ſeu p̃ficeretꝛ inuitis ipſis electoribus: qa nihil cum ſcãdalo eſt fiendum.facit,quod tangitur in glo.ſeq.Poteſt etiam dici contrarium ſ̃m Hoſt.quod iſti potuerunt reſilire ab electione ex eo, qa ſuperior ipſius presbyteri nolebat ipſum abſoluere a prima eccleſia. & ideo licitũ fuit eis cõtra propriũ factum venire:quia erat tale in quo non poterat diſpenſare, nec ſine peccato ius ſer-
4 uare.facit,qđ no.de conceſ.præbẽ.cum ſup. ¶ † Extra gl.opponit Inn.contra tex.inquãtum dicit,ꝙ vna eccleſia debet eſſe vnius ſacerdotis.nam opponit de obſeruantia conſuetudinis contraria: quia videmus qñq; in eadẽ eccleſia eſſe plures ſacerdotes inſolidũ curã exercẽtes. etiam patet exẽplum in eccleſia eſſe plures ſacerdotes in eccleſia Paduana.vt hic tãgit d. Ant.& do.Flo. in qua plures ſunt mãſionarij, quorũ multi hñt curã,& exercitium curæ.ſoluit Inn. qđ nõ debent eſſe plures ſacerdotes principaliter inſtituti, ſeu intitulati in vna eccleſia,vt hic patet . & xxj.q ij. ſicut.& vij.q.j.in apibus . & hoc ne ſint duo capita, vel plura quodãmodo in vno corpore.ſ.de offi.ord. qm̃ . Sed qñ non ſunt principaliter inſtituti , ſed alij ſubſunt, bene põt hoc contingere.& iõ ſi vnus ſit p̃latus in eccleſia,& ſint ſubditi alij ſacerdotes ĩ eccleſia exiſtentes,non eſt abſonũ,qđ tunc tales ſacerdotes habeant ẽt exercitium curæ.dicit tñ Flo. qđ tunc principalis p̃latus propriè dꝛ habere curã.Sed alij dicunꝛ tunc eſſe miniſtri,& plus dicit Inn.qđ ſi nullus eſſet p̃latus in eccleſia, ſed eſſent ibi plures ſacerdotes habentes curã tanq̃ collegiũ,tunc collegiũ cenſebitur prælatus ipſius eccleſiæ. nã & collegiũ corrigit exceſſus ſingulorũ de collegio.ĩ.de offi.ord. irrefragabili.§.exceſſus.& aliud eſt collegiũ, & aliud ſinguli de collegio.xij.q.ij.qui manumittiꝛ.& l.intantũ.§. vniuerſitatis.ff.de rer.diui. dicit etiã qđ qñq; ipſum collegium cõmittit curã animarũ quibus vult. & qñ vult ad certũ tp̃s ipſos etiã remouendo , & alios p̃ficiendo qñ ſibi placet,& tũc tales non ꝓpriè appellãtur prælati,nec propriè dñr habere curã animarũ,licèt exercitiũ ipſius curæ ad beneplacitũ ipſius collegij ſit cõmiſſum. qñq; vero collegium cõmittit in ꝑpetuũ ipsã curã,vel hoc eſt de ꝯſuetudine eccleſię,ꝙ quilibet

a Pluralitas bñficiorũ . Quãdo pluralitas beneficiorũ põt eſſe in uno. unde gl. ĩ c. gratia. de reſcri.lib.6.in uerbo iure . & Do.de S. Ge.do.Car. in cle. gratiæ. I 4.col.p d. Fel.ĩ c.dilectꝰ . de ſim. in p̃ria.

quilibet ſacerdos in ea exiſtens hēt curā animarū. &
tunc dicit Inn. qđ ſine cā ab illo remoueri non pote-
rit. & talis conſenſus erit de iure ſacerdotis habentis
curā animarū, ſiue dicat̃, ſiue appellat̃ rector. de ap-
pellatio. c. ꝯſultationibus. ſiue vicarius. de off. vic. ad
hæc. ſiue dicat̃ perſona. ſ. de reſcr. ex parte. Et ex ꝑdi
ctis patet, ꝙ aliud eſt in eccleſia plures eſſe ſacerdo-
tes, & curā animarū hn̄tes, q̄a illud nō repugnat iu-
ri, vt patet ex ꝑdictis. Aliud eſt eccleſiā eſſe pluriū ſa
cerdotiū inſolidū. & hoc eſſe non pōt. & repugnat iu-
ri, vt hic patet, ſicut etiā vna ꝑbenda. nā dēt eſſe plu-
riū. ſ. eo. maioribus. & facit ad ꝑdicta, qđ no. per glo.
5 in cle. j. de ꝑben. ¶ †In gl. de iſto hinc. & pro ꝑdictis
ēt facit, quia nō vr̃, ꝙ ſit abſonū pluribus cōpetere in
ſolidū curā populi, qn̄ non ſunt principaliter intitu-
lati, ſicut ēt non eſt abſonum, qđ pluribus tutoribus
cōmitteret̃ inſolidū cura populi, vt facit. l. j. ff. de ad-
6 mi. tuto. & no. qđ Inno. hic vult, qđ ad eſſe † collegij
nō requirit̃ neceſſario, ꝙ ibi ſit ꝑlatus. allegat̃, quod
hr̃ in l. j. ff. qđ cuiuſq; vniuer. & j̃. de excel. ꝑla. dile-
cta. & facit ēt qđ not. de conſti. cū acceſſiſſent. qđ di-
cit do. Flo. hic eſſe diligenter notandū, vñ in tali ec-
cleſia collegiū, ſeu capitulū dr̃ prælatus. pōt ēt dici,
ꝙ Papa, qui ſuper oēs eſt. ix. q. iij. cuncta per mundū.
& c. per principalē. & ēt eps cui oēs eccleſiæ diœceſ.
ſunt ſubiectæ. xvj. q. vij. oēs baſilicæ. dicit ēt ꝙ licèt nō
pn̄t plures eſſe principales ꝑlati eiuſdem eccleſiæ, tn̄
pn̄t eſſe in vna eccleſia plures prælati vnus ſub alio.
Nā in eccleſia cathedrali eſt eps. Itē de iure eſt archi
diaconus, qui ꝑeſt alijs in ſpectantibus ad iuriſdictio
nē. Itē archipſbyter, q̄ ꝑeſt alijs, quò ad alia, vt patet
ī c. j. & ꝑ totū đ of. arc. & de of. archipſ. c. j. & ꝑ totū.

SVMMARIVM.

1 *Arguere a vi nominis licitum eſt.*
2 *Argumentum ab alluſione vocabuli eſt validum in iure.*
3 *Argumentum a ſimili in iure eſt validum.*
4 *Ordinans aliquem ſine titulo tenetur ei miniſtrare neceſſaria. & nu. 6.*
5 *Præſentatus ab alio epiſcopo alteri epiſcopo, an ſit examinandus.*
6 *Succeſſor, an teneatur ex delicto defuncti. & nu. 8.*
7 *Neceſſariorum appellatione, quid comprehendatur.*
8 *Ordinans clericum ſine titulo potius præſtare debet neceſſaria ipſi ordinato etiam ſi ordinans remotus ſit ab eccleſia prius quàm ſucceſſor.*
9 *Et ſi ordinatus negligat petere ab ordināte, qui poſtea depauperetur, an poterit petere a ſucceſſore in epiſcopatu.*
10 *Examinari poteſt iterum, & reprobari, qui ſemel eſt approbatus.*
11 *Epiſcopus, ſi fraudulenter contulit beneficium alicuius alteri tenetur ei de alio æquiualenti prouidere.*
12 *Ordinans aliquem ſine titulo, an tenebitur miniſtrare neceſſaria vbi voluerit ordinatus, ſi noluerit cum ordinante reſidere.*
13 *Operas qui alteri præſtare tenetur, an dēat illas præſtare ſuo ſumptu.*

a CVm ſecundum. Ordinato [a] ꝑ
epiſcopū ad
ſacros ſine tit. & nemine pn̄tāte ſucceſ-
ſor in neceſſarijs ꝓuidere compellit̃, do
nec habeat titulū. h. d. Et in prima ponit
exordiū, ex quò elicit edictionē noui iuris. correctio
nē antiqui. Scđo ponit narrationē, mādatū, & cōmi-
nationē. ſecunda ibi: Inde eſt. & ibi: dēt incipi caſus.
¶ Not. j. illud vulgatū, qđ qui ſeruit altari dēt viuere
de altari. ¶ Itē qđ qui habet onus habere debet emo
lumētū, de quo in regula qui ſentit onus. de reg. iur.
1 in vj. ¶ †Itē no. eſſe licitā argumentationē a vi nomi-
nis, de quo per Bar. in rubrica. ff. ſol. mat. & facit etiā
qđ hr̃ in l. ij. ff. ad muni. & aliquid ēt per do. Anto. in
procemio huius libri, & ex hoc arguit d. Flo. contra il
los qui turpia noīa ſuorū cōgenitorū repetunt in fi-
lijs. nā qn̄ compertū eſt, qđ in locis vbi non cogno-
ſcunt̃ exiſtimant̃ mali, ac ſi tali noīe ab aliquo pra-
uo euentu ſint conſecuti. & ſm eū non pōt eſſe ma-
ior paupertas, quā de pulchris vocabulis, vel nomini
2 bus facere inopiā. ¶ †Itē no. ꝙ argm̄ ab alluſione vo-
cabuli vr̃ eſſe validū in iure, de quo ꝑ Legiſtas in l. 2.
§. appellare. ff. ſi cer. pet. & in l. tugurij. ff. de verb. ſig.
3 & per Bar. in l. j. ff. de teſta. ¶ Itē no. ꝙ † argm̄ a ſimi-
b li [b] validū eſt in iure de quo in c. ij. ſ. de tranſla. & de
4 conſti. tranſlatū. ¶ †Itē not. pœnā antiquorū canonū
ordinati ſine ti. quia carebat ordinis executione. ho-
die vero eſt ſecus, q̄a non caret executione, & debet
promouens aliquē aliqn̄ ad ſacros ſine titulo mini-
ſtrare neceſſaria ipſi ordinato, donec ſibi ſit ꝓuiſum
de beneficio. & ad hoc tenet̃, & eſt obligatus, vt hic
patet. ¶ Et no. qđ iſtud vr̃ habere locū in ordinato ad
ſacros, & ſic ſecus eſſe vr̃ in ordinato ad mino. es. q̄a
non vr̃ tunc ordinans teneri ad ꝓuidēdū illi de quo
in c. ij. c. eps. ſ. eo. ¶ Itē no. ꝙ demū cōpellit̃ eps ordi
nans ꝓuidere ordinato, qn̄ ordinauit nullo ꝑſentan
te. facit, qđ hr̃. j̃. eo. ſi eps cui. lib. vj. & qđ ēt hic tan-
git̃ in gl. in verbo ſucceſſores. ¶ Item not. ꝙ iſta ordi-
natio nedū obligat ordinantē, imo ēt & ſucceſſorē,
qui in nulla fuit culpa. ¶ Itē not. practicā prouidendi
ſuꝑ literis conceſſis in forma capituli, cū ſcđm apo-
ſtolū. q̄a citandus eſt eps, qui dēt cōpelli, vt cū eo di
ſcutiat̃ de qualitate, & quantitate beneficij cōferēdi,
& de dignitate, & indignitate promouēdi, & ſic no.
ꝙ admittit̃ eps ad opponendū de indignitate ꝓmoti.
& hoc clarū, qn̄ per ꝑdeceſſorē fuit quis ordinatus.
vt hic patet. an aūt admittat̃, qn̄ ipſe fuit ordinās. tan
git̃ hic in gl. pe. & ſ. de æta. & quali. in c. accepimus.
¶ Itē not. ꝙ per literas in forma. c. cū ſcđm apoſtolū
non ſolū teneat̃ eps prouidere in ꝓpria eccleſia. ſed
ēt in alia eccleſia ſibi ſubiecta, ſi hoc facere poſſit. &
ſi facultas ſe offerat, & per hoc ēt patet, qđ poterit in
5 propria, & aliena prouidere. ¶ †An aūt præſentatus
ab alio epō alteri epō ſit examinandus. dicit Inn. qđ
non de quo in c. epm̄. ix. q. ij. fatetur tn̄ qđ illi tali nō
tenetur prouidere epiſcopus præſentans. facit ꝓ hoc
tex. iſte a ſenſu cōtrario. ibi: nulla præſentante. ¶ Di
cit etiam quod ſi ſciret ſuum præſentatum crimino-
ſum eſſe peccaret talem ordinando. ¶ Item no. quod
in conferendo beneficio dēt attendi qualitas perſo-
næ, & erit hoc arbitrariū. debebit iſi arbitrari, vt plus
& minus conferat ſecundum qualitatē regionis. Vn-
de plus conferat Anglico attenta cōſuetudine regio-
nis, & prouinciæ, quàm Italico. nam in illis regioni-
bus ſplendidius, & venerabilius viuūt, quā in Italia.
¶ Vltimo no. ꝙ procedi poteſt in caſu huius capituli
citato epō etiam ſi ſit contumax in non veniendo. &
per hoc dicit do. Flo. hic eſſe caſum ſingularē in quo
proceditur lit. non conteſta. quod dicit procedere ex
eo, quia nō prætendit epiſcopus intereſſe ex iure ſin
gulari Et ideo poteſt procedi lite non conteſt. per id
quod habetur in auth. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hæredi-
tate abſtineant. & ſ. de offi. iudi. c. ij. tamen hodie vi-
detur hoc expeditum. quia in cauſa beneficiali non
eſt neceſſaria lit. conte. vt in cle. ij. de iudi. iuncta cle.
ſæpe. de verb. ſig. ¶ Sed aduerte, quia quod dicit do.
Flo. de intereſſe ſingulari, vt illud non prætēdat̃ hoc
forte dicit ex eo: quia eps non tenet̃ pręcisè ꝓuidere
in ſua eccleſia, ſed poteſt ēt in alijs ſibi ſubiectis ꝓui
dere. ſed inquantū non agit̃ de prouiſione beneficij
facienda. ſed de præbendis, ſeu præſtādis neceſſarijs
ipſi ordinato per ipſum epm̄ non poteſt negari quin
prætendatur intereſſe ſingulare ipſius epiſcopi. & ſic
videtur ꝙ ratio ſua non ſit generalis, quò ad omnia,
quæ hic tanguntur in tex. nec videtur etiam eſſe ſuffi
ciens ratio, ſi dicatur, qđ hic agitur de alimētis in q-

a Ordinato Idem ſummat Abb.

b Argumētū a ſimili. Ad hoc facit c. ſi quādo. de reſcr. tex. in c. dudū. de præbē. in vj. in ſit. man. item tenet. d. Fel. in c. 2. de ſpō. in 3. co. ver. quarto. notabi num. 9. fol. cxxij. ſecundū præſſionem Lugd.

bus ſufficit ſummaris cognitio iuxta ea quæ dicitur,
& notant in l.pe.ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.iuris.
q̃a licèt cã ſit ſummaria,tñ vr̃ in eo requiri litis cõte.
l.tigni.§.ſi q̃s.ff.ad exhibendum.& no.Bar.in extra-
uaganti ad reprimendã.in verbo ſummaria.Papa tñ
forte voluit hoc caſu eſſe ſpeciale,qđ non repetiatur
conteſtatio.vt ſic facilius ſubueniatur ꝓmoto ſine ti-
tulo ad ſacros,& vt non habeat diù mendicare in op
probriũ cleri.¶In gl.irritas.in fi.facit,qđ notañ in c.
quanto.de conſuetudine.& ꝙ notañ ẽt.ix.q.j.in ſum
6 ma.& ĩ.de ſchiſmati.c.j.¶†In gl.in verbo ſucceſſo-
tes.& ibi ideo ne in opprobrium cleri mẽdicaret. &
ſic vult gl.qđ ſit ſpeciale in caſu iſto,qđ ſucceſſor te-
neatur ex delicto p̃deceſſoris. & hoc illa ratione ne
clericus ordinatus cogatur mendicare in opprobriũ
cleri.põt ẽt dici ſm Io.An.qđ etiam iſtud contingit,
ne videatur ordinans quem ad ſacros fraudulenter il
laqueaſſe.faciat,ꝙ hñ.xxvij.q.j.ſeu ſcđa.de viduis.&
xx.q.ij.cõſtitnit.Item etiam, quia ex generali officio
tenentur epi ſuis clericis prouidere ne egeant. facit,
quod hñ.xj.q.j.c.j.& per totum. & xvj.q.j.poſſeſſio-
nes.& c.fin.litẽ hæc ſolutio prima cõiter tenetur.gl.
tñ.ĩ.in verſi.vel ait.dat ſecundam ſolutionem,quòd
iſtud contingit ex eo: quia nedum ipſe eps ordinans
delinquit,ſed etiam ipſa eccleſia, ſeu capitulũ ipſius
eccleſiæ. & not.ꝙ ſatis dñ delinquere ipſum capitulũ
nedũ ſi expreſsè conſentiat epo taliter ordinanti.ſed
etiam ſi negligit contradicere cum põt.facit,qđ not.
gl.in c.cum dilectus.ĩ.de ordi.cogn.& hñ in l.iube-
mus.C.de ſacroſ.eccle.& s̃.de dolo & contu.in c.ij.
& qđ ibi plenè dictum fuit.& quod no.ẽt in regula,
delictum.de reg.iu.in vj.hæc tñ ſecunda ſolutio nõ
placet Hoſt. quia in caſu iſto non grauatur eccleſia,
vel capitulum.ſed menſa epalis tantummodo. & iõ
verior vñ prima ſolutio Inn.tñ in c. accepimus.s̃.de
æta.& qualit.vñ dicere, ꝙ hic non agitur de delicto,
vel de facto epi ordinãtis ſine titulo, & ideo tenetur
ſucceſſor. ſed certe ſatis põt dici ſaltẽ latè delinque-
re eps ordinans ſine titulo,cum per hoc faciat cõtra
conſtitutionem,& diſpoſitionem canonum, vt paret
in c.neminem.& c.ſanctorũ.lxx.diſt.¶In ea.glo.ibi:
nullo præſentante &c. qualis aũt examinatio erit ſcẽ
da de promouendo ad ordines.dic ſcđm Io.An. qđ
ſummariè fiet,& de plano. & ſic leuis erit ꝓceſſus.
facit,qđ no.per Inn.in c.j.de poſtu.præla. & facit, ꝙ
hñ in c.fin.de p̃ſum.faciat etiam quod hñ in cle.ij.de
7 iud.& in cle.ſępe.de ver.ſig.¶†In ea.gl.ibi.Et in hac
prouiſione.Quid autem comprehendatur in appel-
latione neceſſariorum, de quibus fit mẽtio in litera.
dic,ꝙ comprehenduntur alimẽta, & ſic cibaria veſti
menta,& habitatio.facit, qđ hñ in l.legatis.ff.de ali.
& cib.leg.Et adde prędictis in c.Eps.s̃.eo.Et in hac
prouiſione neceſſariorũ,vt tangit gl.attendi debebit
qualitas promoti.¶Item ẽt facultates eccleſiæ, & ip
ſius epi,vt ĩ.eo.etiam tangit gloſ.facit,quod hñ.ff.de
ali.leg.in l.cum alimẽta.ff.de vſu & habitatione. in
8 l.pe.§.j.& quod no.ĩ.eo.de multa. ¶†In ea.gl.in fi.
adde quia dicit Inn.quod etiam ſi ordinator ſit remo
tus ab eccleſia,ſi hẽt vnde ſoluere,ſeu p̃ſtare neceſſa
ria ipſi ordinato,tunc tenetur, & cõpelletur illa præ-
ſtare potius quã ſucceſſor,ſi præſentatur prius quam
ſucceſſor. vt hic innuitur a ſenſu cõtrario. arctius tñ
debet teneri ipſe ordinator.& etiam vñ ſecundũ Inn.
ꝙ etiam mortuo ordinatore.ſi habet hæredes,ꝙ prius
teneantur hæredes eius præſtare neceſſaria ipſi ordi
nato,quã ipſe ſucceſſor epi. quia ex quaſi contractu
vñ deſcendere hæc obligatio, & ſic trãſit in hæredem
inſtituti.de obli.quæ ex quaſi contractu.in princ.Idẽ
dicit,ſi dicatur oriri ex maleficio, vel quaſi per ea,q̃
hñr in c.fi.de ſepul.vbi ſecundum canones hæres te
netur etiã ex delicto defuncti quò ad intereſſe pecu-
9 niarium.¶†Quid aũt ſi ordinatus negligat petere ab
epiſcopo ordinãte. & poſtea ordinator depauperetñ,
& labatur in facultatibus. an poterit petere a ſucceſ-
ſore in epiſcopatu.Inn.hic notabiliter dicit,ꝙ ſic per
hunc tex.qui ſimpliciter loquiñ. & ſine hac exceptio
ne ſibi hoc ius concedit,& ſic indiſtinctè debet intel
ligi.arg.ĩ.de priuile.quia circa.& in l.de pretio.ff.de
pub.¶In gl.pe.ibi:iterũ probatur. No.ex gl.ſecundũ
10 do.Flor. qđ † ſemel approbatus ex cã poteſt iterum
examinari,& poteſt etiã reprobari per id,qđ hñ.s̃.de
offi.dele.inſinuante.& in c.paſtoralis.de excep.& in
l.gradatim.alle.in gl.& pro hoc etiam allegat, quod
videmus ſeruari,quòd approbati in examine priua-
to iterum examinãtur in examine publico, & põt in
illo ex noua cauſa ſuperueniente reprobari.¶In ea.
gl.ibi:pro ordinato.facit,quod hñ in c.fi.de præſum.
& quod hñ in c.vno.s̃.de ſcrutinio. ¶In ea.gl.in fin.
potes cõcludere,quod exceptio quæ oritur ex noua
cauſa poteſt objici,vt etiã colligitur ex.c.accepimus.
de æta.& quali. & ſimiliter etiam ſi oriatur ex cauſa
antiqua,& non fuit cognita per ordinantem.ſed no-
uiter peruenit ad eius notitiam, dummodo non fuit
in culpa inquirendi de illa diligenter tpe ordinatio-
nis.nam alias eſſet ſibi imputandum, & ſic nõ admit
teretur ad objiciendum niſi oriretur obiectio ex an-
tiqua cauſa. & hæc procedunt reſpectu ipſius ordi-
nantis,ſed reſpectu ſucceſſoris, videretur ꝙ quodam
iure poſſet objicere etiam ex antiqua cã. tñ cõtrariũ
vñ innui in d.c.accepimus. q̃a factum præceſſoris in
hoc vñ nocere ſucceſſori, vt ſic non admittatur de iu
re,ſed de æquitate,ſi Papa mãdet prouideri ordina-
to,& vt dixit gl.ſuperius etiam admittendus erit or-
dinans ſi hoc in literis contineatur. aliàs de iure nõ
vñ admittẽdus niſi objiceretur ex noua cauſa,vel ex
antiqua probabiliter ignorata. quia ex quò reputa-
uit ipſum habilem ad ordinem,reputauit etiã ipſum
habilem ad beneficium in ꝯñtiam,vt etiam tangitur
in tex.dicti.c.accepimus. Et ideo non vñ poſſe oppo
nere ex cã antiqua niſi vt s̃.dixi.vel ſecundũ do.Ant.
põt dici, ꝙ etiam ex antiqua poteſt objicere quò ad
beneficia,quia prius fuit approbat⁹ quò ad ordines,
non quò ad beneficium.& licèt ſit dignus beneficio
per approbationẽ ordinũ,vt in d.c.accepimus.poſſi-
bile tñ eſt,quòd non ſit dignus ad quodlibet benefi-
cium.ideo deſtituit, ſed certe ſi ordinatus non petit
certum beneficium,ſed petit ſibi ꝓuideri de neceſſa
rijs, donec prouiſum fuerit ſibi de beneficio,non vi-
deo quõ tunc ex antiqua cauſa debeat audiri ipſe or
dinans niſi fuiſſet probabiliter ignorata, vel niſi hoc
ſibi permitteretur per Papam per ea quæ hñr in d.c.
accepimus. Sed vbi certũ beneficiũ peteretur poſſet
ꝓcedere ꝙ dixit d.Ant.nec ob.p̃dictis qđ ſnĩa ꝓba-
tionis vñ trãſiuiſſe in rẽ iudicatã.q̃a approbatio q̃ fit
in ordinatione eſt actus extraiudicialis.& ꝯñr nõ trã
ſit in rem iudi.ſicut nec alij actus extraiudiciales per
ea quæ notauit Inn.ĩ.de his quæ fiunt a ma.par.ca.j.
¶Vel ſm d.Ant.poſſet dici,ꝙ dato,ꝙ talis approba-
tio tranſiret in rem iudi.tamen nõ obſtabit exceptio
rei iudicatæ.quia mutari vñ res de qua agitur,q̃a pri⁹
de ordine tantum fuit quæſitum. mõ quæritur de be
neficio.hæc tñ ſolutio.d.Ant.non vñ procedere, qñ
ſimpliciter peteret ſibi de neceſſarijs ꝓuideri, donec
fuerit ſibi prouiſum de aliquo beneficio. quia appro
batio facta ad ordines in ꝯſequẽtiã, & acceſſoriè in-
ducit approbationẽ ad vnũ ĩ generè, licèt nõ ſpecifi-
cè ad

cē ad iſtud,vel ad aliud,vt patet in d.c.accepim⁹.&
facit,qđ no.ſ.co.in c.quia intãrum.per gl.& de ma
11 teria in præal.c.accepimus.¶†In gl.fi.in fi.& ſic in
effectu vult gl. quod ſi Eṗs fraudulenter contulit be
neficium alterius alteri hoc ignoranti, ſed illud po-
ſtea vincitur,tenebitur ſibi prouideri in æquiualenti
beneficio.Si aũt non fraudulenter hoc fecit, vt quia
ignorabat quod eſſet alterius,& tunc non tenebitur
prouidere ſi vincatur,ſed ſpeciali obligatione,& ſic
non tenebitur prouidere in æquiualenti,ſed bene te
nebitur prouidere ex generali obligatione, qua tene
tur prouidere clericis pauperibus.& per quam tenet̃
etiam duas eccleſias ordinare.de cõſe.diſt.j.omnes.
& ſic ſatis erit,quod de aliquo beneficio ſufficiẽti ꝓ-
uideat,licèt non ſit æquiualens beneficio euicto.&
de materia ēt tangitur.ĩ.c.proxi.in gl.fi.& ibi etiã tã
12 getur.¶†Vltimo tangit hic d.Pe.quid ſi Eṗs,qui or-
dinauit aliquē ſine titulo moleſtatur ab ordinato, vt
ſibi ꝓuideat,& dicat,ꝙ ſit paratus p̃ſtare ipſi ordina-
to alimēta,ſi velit ſecum morari,& ſibi operari.& ex
aduerſo ordinatus velit illa alibi p̃ſtari, nec velit ſibi
operari, quid fiendum erit in caſu illo.ipſe nõ deter
minat,ſed dicit cogitãdum. de hoc dicam.ĩ.co.tuis.
13 tangit ēt,an vbicũq; aliquis † tenet̃ alteri p̃ſtare ope
tas,an teneat̃ illas præſtare ſuo ſumptu, & ſuis expẽ
ſis.an verò debeat habere expẽſas ab illo cui pręſtat.
& vr̃ concludere,quod dēt illas præſtare ſuo ſumptu
per ea quæ hñr in l.ſuo victu.ff.de ope.lib.Sed tu po
tes larius dicere,vt tangit Bar.in l.ſi non ſortem.§.li
bertus.in pen.col.ff.de condi.inde.vbi diſtinguit,an
operę debeant præſtari pro certa mercede promiſſa,
an verò ex cauſa remunerationis p̃ſtant̃. an verò ex
mera liberalitate,de qua dicendum, vt ibi per eũ,&
tangam in d.c.tuis.& ad præcedentem quæſtionē ēt
facit,quod notauit Bart.in l.Caio.§.fi.de ali.& cib.
leg.& quod habetur in l.ſicut ſunt.de ope.lib.

S V M M A R I V M.

1 Beneficium cui renuntiatur animo permutandi non debet alteri confer ri, quàm permutare volenti. & nu.8.

2 Beneficio per fraudem collato euicto poteſt beneficiatus ipſe cui facta eſt euictio agere contra conferentem, vt ſibi de alio prouideat.

3 Expectantes autoritatem Papæ, an dicantur habere ius in re ante factam collationem.

4 Donator, an teneatur de euictione.

5 Collator beneficij, an teneatur de euictione.

6 Papa ſi mandat capitulo, vt recipiat aliquem in canonicum, & ei conferat præbendam: ſi capitulum non confert ei, ſed alteri, an tenebit collatio.

7 Et ſi mandat alicui, vt recipiat Titium in canonicum, & præbendam ei conferat cum vacabit, an poterit ei conferre præbẽdam vacaturã.

a INter cætera, Is qui [a] ignoran
ti ſcienter cõtu-
lit p̃bendã,quã conferre non potuit il
la euicta tenet̃ illi cõferre illã quã po
terit, & potuit.h.d.¶In prima narrat
factũ.In ſecunda mandat, ſeu dat mã
datũ,ac diſcernit,& cãm exprimit. ſcđa ibi:ſub p̃di-
cta.¶Not.in text.ibi.& ĩ.decidit̃ qđ vtroq; reſtituto
magiſter Petr.remanſit ſine p̃ben.& ideo petijt corã
Inn.ſubrogato cęleſtino ſibi ꝓuideri. ipſe aũt Inno.
ꝓuidet,vt ſequit̃ ſm Ioan.An. & ēt iſtud vr̃ ſequi gl.
¶Sed d.Ant.vr̃ intelligere,ꝙ p̃bẽda collata magiſtro
Petro fuit reſtituta ipſi Hugolino cui erat de iure de
bita ex cã ꝑmutationis. ſed vt dixit gl.& Io.An.in-
telligunt,ꝙ Guil.& Hug.fuerunt reſtituti, videlicet,
1 q̄libet ad ſuã p̃bendã cui renuntiauerant.¶†Not.ex
tex.primo, ꝙ ſi renuntiatur beneficio aĩo ꝑmutandi
non eſt conferendũ alteri,q̃ ꝑmutare volẽti,& ſi cõ-
ferat̃ vr̃ collatio non valere.poſſet tñ ſumi argũ con
trarium inquãtũ innuit̃,ꝙ ſi per cęleſtinũ nõ fuiſſent
oĩa retractata,qđ collatio tenuiſſet.Sed de hoc ſum⁹.
hodie expediti in cle.vna.de rer.permu.vbi eſt exp̃ſ-
ſum,ꝙ collatio alteri facta nõ valet,nec dēt ēt bene-
ficiũ renuntiatũ ex cã permutationis peti per apoſto-
licũ expectantē. quia tale beneficium non ſibi debet̃:
vt ēt hodie eſt expreſſum in c.vno. de rer.permu.in
2 vj.in gl.ij.in prin.¶†Itē no.ꝙ euicto beneficio frau-
dulēter collato põt beneficiatus ipſe cui facta eſt eui
ctio ꝑꝑ id etiam agere de euictione ꝯ conferentē, vt
ſibi prouideat de alio,vel aliud beneficium conferat
qđ ſit in eius poteſtate conferre.¶Vltimo nota illud
vulgatum,qđ non eſt tolerandũ, vt quis aliũ fraudu
lenter decipiat.¶In gl.ij.in prin.pro recitatione hu-
ius gl.põt opponi, qđ ēt circunſcripta retractatione
cęleſtini nõ tenuerit collatio facta magiſtro Petro ꝑꝑ
tõnem,q̃ ſequitur in gl.ad quē gl.non vr̃ clare rñde-
re.Ideo põt aliter dici,quã dicat gl.videlicet,ꝙ ideo
iſte Guil.qui renunciauit ſuæ præbendæ perdidit il-
lam,& eius poſſeſſionem,quia ſimpliciter, & ſine ali
qua conditione illi renuntiauit ex eo,quia renuntia
tiones,quæ fiũt in ſpiritualibus ex cã permutationis
debent fieri purè,& ſimpliciter,nec dēt apponi con-
ditio,ſi alter renuntiauit,vel ſi alteri conferret̃,quia
in iſtis ſpiritualibus cenſetur eſſe turpe tales condi-
tiones apponere.ĩ.de rer.permu.q̃ſitũ.& j.q.ij.q̃ pia.
& ideo hic tenuit renuntiatio,vt dicit gl.& ꝑꝑ illam
amiſit poſſeſſionem.ſed Papa ex officio ſuo, vt gl.hic
dicit reſtituit poſtea vtrunq; ad ſuam p̃bendã.Cõtra
ria vero de quibus hic fit mentio per gl. habent locũ
in rebus tꝑalibus,quæ cõditiones poſſunt recipere.
Et ſi dicatur quid mouit Papã ad reſtituendum iſtos
in integrum.gl.hic non declarat, ſed aliquid tãgitur
in gl.ſeq.& ibi dr̃.¶In gl.pe.in fi.& ſic vult glo. ꝙ iõ
hic collatio facta contra mandatũ Papæ non tenuit,
quia in literis directis ad decanũ remanē.erat appo-
ſitum decretũ per Papam,per qđ deſcernebatur irri-
tum,ſi ab aliquo cõtra fieret.& ex hac ſol.habes vnã
cãm,quæ potuit mouere Papã ad retractandũ oĩa, q̃
erant geſta. Sed aduerte,quia licèt hæc ſolutio ſit in
6 tiare ſecũdum terminos,ſeu limites iuris.†inquantũ eligit poteſtatem arbitrariã poteſt decidere contra limites iuris pro bono pacis inter partes inducendæ. ¶Item no.q̧ inquantum pronuntiat ſ'm ius cẽſetur, ſeu præſumitur illud feciſſe ex poteſtate delegata.in quantũ vero pronuntiat ꝯ ius p̃ſumitur illud feciſſe ex poteſtate arbitraria.& ex hoc diligenter nota q̧ in dubio quis iudicatur ſeu iudicari debet,& præſumi quẽ actũ feciſſe ſ'm illã poteſtatẽ ſ'm q̃ potuit illum actum exercere,vt exercuit qđ tene mẽti propter cõpromiſſa q̃ quotidie ſunt, & fiunt,in quibus miſceẽ poteſtas arbitralis,& ptãs arbitramentalis,quia fit ꝯpromiſſum in aliquem tanquam in arbitrũ & arbitratorẽ.facit,quod plene conſueuit dici in capitulo quintauallis.præallegato.s̃.de iureiur.& dicit hic.d. An. qđ ptãs arbitri quo ad cognitionem in cauſa ſe hẽt vt ptãs iudicis ordinarij ſeu delegati ſed differũt qa a ſententia arbi.non appellatur.l.j.C.de arbitris. & ij.q.vj.§.q̧ ab arbitro.nec ſimiliter a ſentẽtia arbitratoris vel amicabilis compoſitoris ſed a ſententia iudicis ordinarij,vel delegati ſic. ¶Item no.q̧ arbitrator inſinuando poteſt in aliquo pro bono pacis excedere limites iuris.& ſic in aliquo ledere partes dũ tamen leſio nõ ſit enormis, ſed potius tollerabilis & compenſabilis cum bono pacis.vnde tunc poſſet peti reductio laudi ad arbitriũ boni viri. quia quilibet bonus vir potius iudicaret melius eſſe pacẽ inter eos quã alterum ex eis non ledi in aliqua modica q̃titate.facit quod habeẽ in l.ſi de meis.§.recepiſſe. ff. de
7 arbi.& s̃. de mai.& obedi.c.his q̃.& c.fi. ¶†Itẽ no. q̧ arbitrator videtur poſſe extẽdere manus ſuas inſinuãdo,& iudicãdo res nõ deductas in cõpromiſſum pro bono pacis. ¶Nam hic principalis qõ erat ſup̱ titulo bñficij.& eius redditio. & ſimilr ꝯpromiſſum erat ſup̱ illo factũ.& hic arbitrator extẽdit ẽt manus ad redditus.c.& ad redditus bñficij. facit quod not. Io.An.ĩ.de religi.domi.ſuper gl.qđ dicit domi.Antecẽ intelligendũ cũ tẽperie,& limitatione poſitis p̱ Bar. in l.cũ aquiliana.ff.de trãſ.de quo ẽt remittit ad no. p̱ ſe in p̃allegato.c.quintauallis. ¶Sed aduerte qa licèt ſic trãſeat.& dicat hũc tex. eſſe.valde no ad.p̃dicta, tñ vr̃ neceſſario ĩtelligẽdũ qđ capl'm forte fauẽs alteri ipſorũ electorũ ꝯpromiſit vnà cũ illo, al's nõ video qũo potuiſſet in aliquo ꝯdemnare capl'm niſi dicas,q̧ forte de ſenſu capl'i hic fuit ſcm̃,& poſtea ẽt ratificatũ.& ſ'm hoc faceret tex.iſte q̧ arbitrator poſſet ẽt tertiũ nõ noĩatũ ꝯpromiſſo ꝯdẽnare ipſo ꝯſentiẽte.qđ tene mẽti,qa de facili alibi non reperies.& ſ'm hoc videreẽ, qđ cenſeaẽ quodammõ ex iuris fictõe ab ipſo principio ipſum tertiũ ꝯpromiſiſſe quo ad p̃ iudiciũ eius in quo poſtea ipſo ꝯſentiẽte fuerit ꝯdẽ-
8 natus. ¶†Itẽ no.q̧ prioratus vr̃ eſſe dignitas,q̧ eſt verũ ſi eſt ꝯuentualis.ſecus ſi eſt clauſtralis. vt in cle.ſi
9 principalis de reſcri. ¶†Itẽ no. q̧ emologatio vr̃ hr̃e locum ẽt in arbitramẽtis licèt improprie ſ'm do.An. ¶Sed de hoc dicẽdũ vt no.Bar.in l.ſi ſocietatẽ.§.arbitrorũ. p̱ ſo.& cõſueuit dici in p̃allegato.c.quintauallis. ¶Et potes tñ dicere q̧ hic loquiẽ de emologatione expreſſa, an aũt đ tacita p̱ lapſum.x.dierũ ſ'm. l.penu.C.de arbi.hẽat locum recurendũ eſt ad no.in
10 d.§.arbitrorũ.& in d.c.quintauallis. ¶†Itẽ no.q̧ compoſitio ſuper bñficijs,vt valeat,& excuſetur a ſymonia dẽt capere principiũ ab auctoritate ſuperioris, ñ ab auctoritate ptiũ vt hic innuiẽ in lr̃a.& iõ illi q̧ faciunt ꝯpoſitiones inter ſe & poſtea vadunt ad iudicẽ vt interponant auctoritatẽ non videntur excuſari ſ'm bonã ꝯſcientiã quo minus incidãt in ſymoniam. Et iõ non debent facere inter ſe, ſed ponere totũ negociũ in manib.ſuperioris.facit,qđ hic tãgiẽ in gl.iij.&
11 qđ no.ĩ.de rerũ permu.q̃ſitũ. ¶†Vltimo no.q̧ ſicut beneficiũ non eſt diuiſibile quantũ ad ſubſtantiã ipſius bñficij.Itẽ nec q̃tum ad redditus vel prouentus qñ diuiſio eſſet realis, vel p̱petua.ſecus qñ eẽt t̃palis,& ſic dẽt intelligi,qđ no.Inn.s̃.co.maiorib. ¶Itẽ

[a] Si duo. hic eodem modo ſum mat.d.abb. nihil addẽ do nihilq; detrahẽdo.

in gl.j.in fi.& potes addere,ꝙ dixi in j.no. ¶In gl.ij.
ibi.de præſumptionibus literas. & facit,ꝙ not.de pꝯ-
ſcrip.cum ex officij,& ꝙ etiam tetigi in notabilibus.
& qđ habetur etiã iij.q.vij.§.tria ſi qs. & ſ.de arbit.
cũ tpe.¶In ea.gl.ibi.eſt indebita. & ſic vr̃,ꝙ arbitriũ
hic ꝯtinet manifeſtã iniquitatẽ inĝtũ cõtinet datio-
nẽ annuæ penſionis. nã aut iſtiq; eam recepit debea-
tur prioratus,aut nõ, ſi nõ debeatur non vr̃ potuiſſe
ſalua ꝯſcientia pcipere penſionẽ. Si vero debeatur
tunc dimittẽdo ipſam per pecuniã vr̃ ſymoniam ꝯ-
miſiſſe.& ſic vterq; vr̃ male feciſſe.nec poteſt dici,ꝙ
ambo iſti haberẽt ius in prioratu.q̃a duæ electiones
ad idem bñficium non ſolũ de diuerſis, ſed de vno
nõ valent, de elec.vt qs duas.lib.vj.& facit quod hr̃
in l.Pomp.§.hijs.ff.de ꝓcu.& ſic patet,ꝙ cum vni tñ
ius competere poſſet in prioratu,vr̃ ꝙ id ꝙ alter per-
cepit indebite pcipiat.¶ In ea.gl.ibi, ſed arbitrato-
res,& ꝯpoſitores.dicit hic dñs Flor. ꝙ vtrunq; voca-
bulum iſtorũ duorũ,videlicet arbitratores,& cõpoſi
tores in idẽ ſonat. Nam ꝯſueuit fieri diuiſio ſolũ in
duo genera arbitrorum, vt patet ex his,quę hñr in l.
ſi ſocietatẽ.§.arbitrorum.ff.ꝓ ſoc.Nam arbitrorũ alij
habent procedere ſm̃ ius, & ipſorum ſententiæ ſta-
tur metu pœnæ,& iſti proprie dicuntur arbitri.l.j.C.
de arbitris. Alij vero non tenentur ſeruare ordinem
iuris,& poſſunt ẽt de iure vnius partis dare alteri. &
iſti dicuntur arbitratores, vel amicabiles compoſito
res. facit,quod hr̃.in l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de ar-
bi.de quo etiam plene habeť. in d.§.arbitrorum per
Bar.& ẽt per canoniſtas.in c.quintauallis.de iureiur.
vnde licẽt g.o.clare non ſoluit contrarium. tamen in
effectu voluit ſoluere,vt hic tangit dom.Flo. Nã ſen
ſus glo.fuit in effectu. ꝙ iſti de q̃bus in litera ex ptã-
te delegata aſſignauerunt alteri in prioratum hoc eſt
pronunciauerunt eum ſoluere ius in prioratum.alte-
ri autem aſſignauerũt certam portionem. & hoc vlti-
mum fecerunt tanquam arbitratores. Non poteſt ar
bitrator de iure vnius dare alteri duntamen non im
moderate d.l.ſi ſocietate.§.arbitrorum.ff.ꝓ ſocio.&
ꝙ notatur.in d.§.recepiſſe.& in d.c.quintauallis. &
ſ.de arbi.ex patre. Item in effectu tenet hic do. Ant.
dicens,ꝙ licet per laudum larum videatur prima fa-
cie receſſum a tramite iuris.tamen fuit tolleratum ꝓ
rationẽ poſitã in litera. nec põt dici interueniſſe læ-
ſio,q̃a ſi qđ damnum patitur habẽs prioratũ,& capi
tulũ,illud compenſať,& exequatur pro bono pacis.
Nam ſic arbitrareť q̃libet bonus vir, qđ potius ali-
quod damnũ altera pars patiatur, q̃ ſit diſcordia in-
ter eos,& iõ laudum hic tanq̃ ęquum non fuit ad a-
lium modũ reductũ,ſed potius fuit tolleratũ. Et ſm̃
prædicta vr̃ intelligendũ,qđ redditus prioratus erãt
adeo pingues. & ſimiliter redditus capituli,qđ cen-
ſebatur eſſe modica diminutio penſio q̃ dabatur alte
ri caſſato a prioratu.& forte etiam libera erat de mo
neta parua,q̃ non oſtendebat ad magnam quantita-
tem groſſæ monetæ.¶ In eadem gl.ibi alteri adiudi-
care, ſupple cui de iure non deberetur. ¶In eadem
glo.in fi.cum gl.tranſeunt doc.per rationem gl. nec
ob.c.de cętero allegatum in glo.quia ibi non loqui-
tur de arbitro,præterea ibi non adiudicatur titulus,
ſed perſonalis cenſus. & ad materiam glo.facit,ꝙ ha
betur in regula.i.de regulis iuris in vj. & eſt glo.no-
14 tabilis ſecundum do.An. † ꝙ ex compoſitione qs nõ
vr̃ conſequi titulum,vel ius in re,q̃ iniuſte tenet q̃n
quo ad conſciẽtiam non dicatur illicite tenere. Sed
potes dicere hoc verum in ſpiritualibus per ea, quæ
habentur in dicta regula.i.de reg.iuris.in vj.¶Sed in
rebus prophanis recurrẽdum eſt ad ea, quæ haben-
tur.in l.ſiue apud acta.C.de tranſac.& in l.penul.C.
de vſuca.pro emptore.& in l.in ſumma.ff.de cond.
inde. Et facit etiam,quod not.Inno.de immunitate
15 eccleſiarum,quia pleriq;. Quid † autem ſi per lega-
tum fertur ſñia pro illo,qui non habebat ius in bene
ficio,an iſte tenebit quo ad conſcĩam. & deciſio hu-
ius q̃ſtionis videtur pendere ab alio dubio,videlicet,
an ſententia lata in beneficialibus tranſeat in rẽ iu-
dicatam de quo ꝯſueuit dici.ſ. de reſcri.ad audien-
tiã.el.ij.& c.ad aures.Io.An.hic poſt Hoſt.in q̃ſtione
ꝓpoſita concludit,ꝙ aut ille qui nõ hẽt ius,& ꝓ quo
ferť ſñia hoc ſcit,aut ignorat. Si hoc ſciat,tũc ſñia la
ta ꝓ eo etiam ex poteſtate delegata nõ excludat ma-
lã fidem ipſius præcipuè in iſtis ſpũalib. Et ideo ſibi
non habet ꝓdeſſe ꝓ id, ꝙ hr̃.ſ.de præſcrip.c.fi.ꝙ vr̃
dicere.do.An.procedere quoad forum conſcientiæ,
ſecus quo ad forum contentioſum, & in rebus pro-
phanis,per ea quæ hñr.ſ.de re iudi.c.ꝙ ad conſulta
tionẽ.& l.generaliter. ff.de noxalib. & in l.iulianus.
ff.de condi.inde. ¶ Sed certe in rebus ꝓphanis quo
ad forum conſcientiæ non vr̃ proferre ſententiã ha-
benti malam fidẽ per ea q̃ notauit Inn. in d.c.q̃a ple
rique.de immunitate eccleſiarũ.¶Si vero ille ꝓ quo
ferť ſñia habet bonam fidem, & ignorat defectum ti
tuli, tũc ꝑ ꝓ ſñiam latam ex poteſtate delegata iuſte
diceť poſſidere,ex quo iudicis autoritate poſſidet do
nec aliud appareat,per id,ꝙ hr̃.in l.iuſte.ff.de acqui.
poſ.& ſic debet intelligi,qđ notatur.j.de conceſ.prę
ben.c.licet.Hoſt.ibi aliter videať loqui de quo ibi di
cetur.& facit ad p̃dicta,q̃ habentur.ſ.de reſcrip.pa-
ſtoralis.¶In glo.iij.ibi autoritas iudicis non ſuſtine-
bat.Hoſti.& Ioan.And.poſt eum tenent contrarium
per iſtum tex.vbi Papa excuſat compoſitionem pro-
pter honeſtatem iudicum,& litigantium,quia etiam
iſta compoſitio fuit iuſta, & non continebat aliquid
inhoneſtum,nec ꝯ ius,vt patet ex his, q̃ dicta ſunt ſu
per gl.præcedenti. & pro hoc ẽt q̃a,vt hic tangit do.
Flo.in dubio debemus intelligere,vt litera procedat
de iure cõi.& ſic ponit ius.facit,qđ no.Io.And.ſ. de
teſtib.ex parte.& hoc ẽt tenet Arch.in c. ea quæ.j.q.
iij.& concludit, ꝙ ſm̃ formam huius capituli multæ
lites beneficiales ſæpe cedantur.& iſtud ẽt ſeq̃tur d.
Ant.pro quo etiam allegat tex. poſt Io.And.quia hic
Papa non dicit confirmamus.ſed tolleramus.per qđ
verbum non vr̃ cauſari ꝯfirmatio.ſ.eo.cum iam du-
dum.in fi.Et hoc procedit,q̃n compoſitio fit iudicis
auctoritate nulla pactione p̃cedente inter partes,vbi
aũt prius inter ſe facerẽt ꝯpoſitionem, & poſtea irẽt
ad ſuperiorem,& dicerẽt nos ſumus ꝯtenti qđ ſic fa-
ciatis.tunc dicit,ꝙ talis compoſitio ẽt auctoritate iu-
dicis interueniẽte nõ valet. & ſic p̃t ĩtelligi dicm̃ gl.
niſi Papa illã approbaret.facit quod hr̃.in c.quæſitũ.
j.de rerũ permu.¶In ea.glo.in fine. Aduerte ſi aſſu-
mant cãm male faciendi fingendo litẽ,vt aliquid ex-
torqueant, hoc nõ deberet eis ꝓdeſſe,ꝑ id,qđ hr̃ in
l.in ſumma in prin.ff.de condi.inde.& ff.de tranſac.
l.j.§.ſi cum his.¶Sed vbi quis habet iuſtam cãm liti
gandi in dubio authoritas iudicis excuſabit, intelli-
gendo vt ſuperius eſt dictum. & ſic intelligatur iſte
tex.¶In glo.pen.in fi.do.Flor.hic dicit ꝯſiderandum
eſſe formam confirmationis Apoſtolicæ, per ea quę
habentur.j.de priuil.porrò.& c.accepimus. Do. An.
hic dicebat poſſe dici ꝙ c.veniens.loquiť in compo-
ſitione facta auctoritate ordinarij quo caſu cenſe-
tur eſſe realis,niſi aliud apparet. ſecus in compoſi-
tione facta auctoritate delegata, ſeu delegati, quia
tunc cenſetur eſſe perſonalis.& ſic intelligatur hic.
facit quod le.& not.ſupra. de tranſactio. c.de cæte-
ro.

io.¶ Extra glo.poteſt opponi,ꝙ compenſatio hic fa-
cta non debuerit valere,inquantum fuit diſpoſitum,
vt certi redditus darētur iſti caſſato a prioratu. qa ſi
erat prioratus, vr̄ qđ iſta erit regularis.facit,qđ habe
tur in cle.j.de elec.& ſic vr̄, quod non poterat ꝓpriũ
habere.ĩ.de ſtatu mona.cũ ad monaſteriũ circa finē.
& xij.q.j.non dicatis.ſoluit Inn.primo,quod dici po
teſt,quod iſte erat prioratus,qui erat quædam digni
tas in eccleſia ſecularis, quæ ſic noīabatur . facit, ꝙ
no.in fi.in l.pe. C.de pact. non autem erat in eccle-
ſia regulari.& iō tenuit aſſignatio p̄dicta.& ꝓ iſto in-
tellectu facit, qa litera hic appellat congregationem
eccleſiæ capitulum, vt patet ex tex.ibi de redditibus
17 capituli.& ēt ibi prior.& capitulum,&c.¶ †Dñia ēm
eſt inter capitulũ,& cõuentũ. qa capl̄m ꝓpriè eſt ſe-
culariũ clericorũ.Cõuētus religioſorũ,licet qñq; vnũ
pro alio ponatur.vt patet.ſ̄.de tranſact.contingit, &
de elc.innotuit.& ꝯſueuit dici in decretali.capitulũ,
de reſcri.¶ Secũdo etiã poteſt dici,ꝙ licèt eſſet prio-
ratus regularis . & ſic in eccleſia regulari tñ non ha-
bet obſtare cõtrarium, qa q̄uis religioſus non poſſet
habere dñium redditum,tñ põt hr̄e adminiſtratio-
nē ad nutũ , ſeu volũtatē . & ſic ꝯniuentibus oculis
ſuperioris,facit, qđ hr̄ in ſimili. in l.iiij.ff.de manu-
miſ.a qua adminiſtratione , & a quibus redditibus
hēbit ſuperior ptātem pro libito remouendi . & etiã
diminuendi ſaluo,niſi eſſet ꝯfirmata autoritate apo
ſtolica . qa tunc remoueri non poſſet per inferiorē a
Papa,ſed per ipm̄ Papã cuius tunc cenſetur eſſe obe
dientarius pſe religioſus,cui Papa ꝯfirmauit admini
ſtrationē,vel redditus. prima tñ ſolutio magis placet
Hoſt.& pro ſcđa facit,qđ tetigi.ſ̄.eo.dilectus,& no.
ex ſcđa ſolutione,qđ vbi alicui regulari ꝯfirmata eſt
adminiſtratio ꝑ ſedē apſtcam,nõ poterit remoueri ꝑ
inferiorē a Papa licèt prioratus infirmatus de ſe ſit
manualis. facit,ꝙ hr̄ ſ̄.de confirma.vti.vel inuti.in c.
porrectum.& ſ̄.de electi.cũ inter.& qđ not.ꝑ archi.
de offi.ordi.c.pñti lib.vj.facit ad materiã,qđ nota.ꝑ
Inn.& Io.An.in c.inſinuante.ĩ.qui cleri. vel vouen-
tes.& intellige p̄dicta, qñ cõfirmatio eſt facta ex cer
ta ſcientia . Nã cõfirmatio facta in forma cõi non vr̄
hoc opari ꝑ ea,q̄ hñtur,& notant de confirmatione
vti.vel inuti.c.j.& ij.& ĩ.de cõceſ.p̄bē.cum noſtris,
ſeu in c.qa diuerſitatē. Scđa tãgit Inn.quare nõ fuit
ꝑpetua iſta ꝓuiſio, quæ debebat dari de redditibus
prioratus.rñdet,qđ multiplex fuit ratio.vna fuit,quę
tangitur in litera, videlicet ne aliàs inducatur ſciſſu-
ra bñficij ꝯ ea,q̄ habe. ſ̄.tuæ.& c.maiores. & facit
ꝙ no. hic in gl.fi.& ſi dicatur quare toleratur penſio
data de redditibus capituli tanq̄ realis.& dici poteſt,
ꝙ prioratus tanq̄ bñficiũ habebat certos redditus.&
ideo non debebāt diuidi ſaltem realiter ne induce
retur diuiſio , vt lra dicit, ſed capitulum licèt habe-
ret redditus non dr̄ hr̄e beneficium,qa eſt quædam
ꝑſona facta,& repreſentata a iure.l.mortuo.ff.de fi-
deiuſ.& de ſen.excõ.c.Romana.§.vniuerſitatis. Sed
ſinguli de capitulo dicuntur beneficiati.ideo nõ fuit
ſibi incõueniens magis durare ꝑſtationem fiendam
de redditibus capituli.& præcipuè,qa capitulũ cēſe
tur eſſe idē,licèt aliq de capitulo mutent.l.ꝓ pone-
bat.ff.de iudicijs,ſed nõ dr̄ idē prior dominari ſem ꝑ
imo alius eſt qui poſtea ſuperuenit . & ideo nimirũ
ſi ex parte capituli pñtatio fuit magis duratura. dicit
tñ Inn.notabiliter, ꝙ ſi capitulũ fuiſſet læſum, intel
lige enormiter, qa ꝓ modica læſione nõ dat̄ reſtitu-
tio.l.Scio.ff.de reſti.in integ.ꝙ poſſit reſtitui,facit, ꝙ
hr̄ in c.j.de reſt.in integ.& hoc dictũ diligēter no.hic
do.Pet.qa vr̄ velle Inn.ꝙ capitulũ, & ꝯñr collegiũ ſi
læda̅t poſſit petere reſtitutionē,qđ eſt notãdũ.Nã ali
bi fuit q̄ſtio de vniuerſitate caſtri,vel ville, & ēt ciui-
tatis alterius q̄ Romę,an poſſit reſtitui.de quo ꝑ Inn.
& Io.An.in d.c.j.de reſti.in inte.& ꝑ Legiſtas in l.re
ſpublica.ff.qui.ex cau.maio. & facit , ꝙ hr̄ in l.nihil.
ff.ad mace.cũ ibi no. ¶ Scđa rõ fuit quare fuit pſona
lis ꝑſtatio fiēda de redditibꝰ prioris,qa tpe cõpoſitio
nis dignitas vacabat.& ſic nullus erat prior,q poſſet
ꝯſentire:iō nõ potuit ius realę ꝯſtitui.ſed pſonæ liti-
gãtes benè potuertũ ſe obligare.Et aduerte,qa ſen-
tit hic Inn.ꝙ capitulũ fauebat illi pro quo fuit adiudi
catus prioratus. & ſentit,ꝙ compromiſit capitulum
vnà cũ illo ex vna parte , & aliter,qui fuit caſſatus ex
alia.& ſic facit ad ea,quæ tetigi in notabilibus. Ter- Differentia inter capitulum, & conuentum.
tia rõ fuit , quia diſputabatur de iure perſonali.ſcili-
cet ad quem ſpectaret titulus , non de iure reali be-
neficij . & ſic talis conceſſio redditum non poterat
concedere realem vtilitatem eccleſiæ . Ideo non de-
buit eſſe realis arg.notarorũ de tranſact.ſtatuimus.&
facit,ꝙ habetur in c.ij.de pręcarijs.& in l.contra ius.
§.fin.ff.de pactis.¶ Tertio tangit,quid ſi iſte prior ad
cuius vitã redditus ſunt aſſignati nõ ſit mortuus,ſed
renunciauit,vel ceſſit ipſi prioratui.dic, quod idē di-
cendum ac ſi finita eſſet dignitas per mortem , quĩa
perſona fuit obligata,non dignitas.Et iſtud cõiter te
net̄,tamen do.Pe.hic dicit,ꝙ litera hic benè vult ſuc
ceſſorem,in prioratum non teneri,ſed non negat qn
ſi aliũdę iſte habuiſſet bona, & haberet ſucceſſorem
in eis,qđ ille non teneatur, quia obligatio perſona-
lis ſequitur ſucceſſorem vniuerſalē bonorũ.l.ꝓ hęre
ditarijs. C.de hęreditarijs actionibus . & quia etiam
ſic dicit̄ in obligatiōe perſonali qua tenetur ordinãs
ſine titulo.vt dictum fuit.ſ̄.e.cũ ſcđm. Sed certè iſte
intellectus non poteſt ꝓcedere,ſi prioratus regularis
erat,qa tunc non poſſet habere bona.vt in c.cum ad
monaſterium.ad fi.de ſtatu mona. Item no.ēt ſi fuiſ-
ſet ſecularis non vr̄ ꝓcedere, qa hic nõ obligauit ꝑ-
ſonã ſimpliciter ad libras quadraginta : ſed ad libras
quadraginta de ꝓuentibus prioratus.¶ Quarto tan-
git Io.And.quid ſi iſte fuerit remotus a prioratu. ſed
poſtea incontinenti reſtitutus, an tunc tenebitur . &
cõcludit,quod ſic:in fraude vera,vel p̄ſumptiua hoc
ſic factũ forte nulla cauſa ſubſiſtente ar.l.ſicut.§.ſu-
peruacuũ.ff.qui.modis pig.vel hypo.ſoluitur . & qa
non videtur renunciaſſe qui ſtatim eſt reaſſumptus.
arg.l.ſi pro parte.§.verſum.ff.de in rē verſo. fatet̄ tñ
quod ſi bonafide renunciaſſet, vt quia cũ malã con-
ſcientiam habebat,& hoc cõſtaret, ꝙ tũc ceſſaret ob
ligatio,aliàs ſecus,arg.eorũ,quę habētur.j.de diuor.
quanto.¶ Quid autem ſi renunciauit,& fecit cõferri
nepoti.An tenebitur nepos.concludit,ꝙ non ſaluo,
niſi probetur factum in fraudem , quia tenetur.arg.
l.ij.C.de repudian.bonorũ . poſſeſſ.& C.ad leg.Iul.
de vi.l.ij.& benè facit, quod habet̄ in c.ij.de renun.
in vj.¶ Et iſtud videtur tenēdum. & ſequitur domi.
Anto.licet do.Pet.videatur dicere oppoſitum.ſed nõ
bene , niſi ex circunſtantijs appareret de fraude ſuꝑ
quo recurrēdũ ad ea , q̄ hñr in d.c.ij. Et ad prædicta
bene facit,qđ dixi in c.j.ſ̄.de cle. non reſi.Io.de Im.

SVMMARIVM.

1 *Executor datus ſub tali forma facias beneficium aſſignari videtur executor datus ad prouidendum negligentia collatore ordinario.*
2 *Per inueſtituram non videtur transferri poſſeſſio quando ordinatur ad transferendum ius. & nu. 16.*
3 *Capitulum,an poſsit excommunicari.*
4 *Numerus canonicorum rumpitur ſi capitulum propria autoritate aliquem vltra numerum recipiat in canonicum.*
5 *Priuilegium tollitur per vnicum actum factum contra priuilegiũ.*

6 *Iurare ſi non poteſt quis ex eo, quod impugnauit.*
7 *Impetratio ſuper prabenda vacante, vel vacatura in eccleſia numerata quantum ad numerum prabendarum valet, ſi non eſt numerata quò ad numerum canonicorum.*
8 *Excõicatus pp manifeſtã offenſam nõ dẽt abſolui anteq̃ ſatisfaciat.*
9 *Si mandatur prouideri alicui de prabenda videtur mandatum, quod prouideatur ſibi de canonicatu.*
10 *Si mandatur prouideri alicui in aliqua eccleſiarum prouincia includuntur etiam beneficia eccleſiarum cathedraliũ, licèt ſecus ſi mandetur prouideri in aliqua eccleſiarum ciuitatis.*
11 *Si mandatur ordinario, vt ꝓuideat in aliqua eccleſiarum ſuarũ, comprehenduntur eccleſia in qbus hẽt ius cõferendi, & etiam eccleſiae in quibus habet iuriſditionem ordinariam.*
12 *Sñia excõicationis ſi fertur in contradictores: qui comprehenduntur.*
13 *Teſtamentum patris impugnans dicendo ipſum nõ iure factũ non ꝑdit relictum in teſtamento.*
14 *Sententia excommunicationis, an poſſit generaliter ferri in omnes, q contradicunt tali.*
15 *Executor, an poſſit ſe intromittere poſt actum totaliter executum.*
17 *Legatus de latere non poteſt rumpere ſtatutum de numero canonicorum confirmatum per ſedem apoſtolicam.*
18 *Excõicati, an poſſint aliquem recipere in canonicum. nu. 31.*
19 *Excõicati quando conueniuntur poſſunt iurare de calumnia.*
20 *Verba propter abſurditatem vitandam quandoq; impropriantur.*
22 *Diſtributiones quotidianæ debent dari recepto vltra numerum.*
23 *Numerus canonicorum rumpitur per receptionem vltra numerum, & non prabendarum, & quare.*
24 *Papa ſi mandet alicui in tali eccleſia prouideri de prabenda ſi vacat cum clauſula non obſtante numero: an tūc debeat prouideri impetrãti in tali eccleſia.*

a Canonici. Idẽ ſummat hoc. c. do. Abb. & ſup hoc ſolet qri quas vires, ſeu quem effectum hẽat iſta clauſula, contradictores p cẽſuram eccleſiaſticã cõpeſcẽdo, in gratijs, ſeu literis beneficialibus apoſtolicis, appoſitam, diſtingue, vt hic p d. Henri. ßo, in prin.

2 PRo illorum. Canonici a priuilegiati a Papa ſuꝑ certo numero ſi ſpõte aliquẽ receperũt vltra numerũ ꝯ impetrãtes a Papa exceptiõe numeri vti nõ poſſunt. h.d. Et duę ſunt ꝑtes principales. ¶ Nam in prima ponit̃ facti narratio. In ſcd̃a cauſæ cognitio. Scd̃a ibi: quia vero. Prima cõtinet plura: videlicet executorũ mandatũ, & exceptionẽ, inueſtiturã, & excõicationẽ, vt in
3 lr̃a patet. ¶ † No. primo ex lr̃a, ꝙ executor dat' ꝑ iſtã formã, facias bñficiũ aſſignari, vr̃ executor dat' ad ꝓuidendũ negligente ordinario collatore: non autem tñmõ datus ad ꝯpellendũ. ¶ Nã hic Archieṗs negligentibus canonicis inueſtiuit magiſtrũ Petrũ, & vr̃ talis inueſtitura aſſumi ꝓuiſione, ſeu collatione: qa Papa nõ mandauit poſtea collationẽ fieri. vt patet ex lr̃a. facit, qđ hr̃ in l. cũ qdã. ff. de leg. ij. ¶ An tñ hoc ſit verũ. tãget̃ cũ gl. in verbo inueſtiuit. ¶ Itẽ no. ꝙ vbi mãdat̃ Archieṗo, vt ꝓuideat in aliqua ſuarũ eccl̃iarũ, cõprehẽdunt̃ ẽt bñficia exiſtẽtia in eccleſijs cathedralibus ſuę ꝓuincię, de quo tangit̃ in glo. j. & ẽt ho-
2 die recurrendũ eſt ad. c. quãuis. ǰ. eo. in vj. ¶ † Itẽ no. ꝙ ꝑ inueſtiturã non vr̃ trãſferri poſſeſſio, quando ordinatur ad trãſferẽdũ ius, de quo per gl. ǰ. de inſt. autoritate. & per Compoſtellam. & Io. And. s̃. de elect. tranſmiſſa. & facit etiam, ꝙ no. s̃. de cõſue. c. ij. & qđ no. per Dy. de reg. iur. c. j. in vj. & no. ꝙ notabile ꝓcedit intelligendo, ꝙ per inueſtiturã Archieṗi trãſlatũ fuerit ius in bñficio, de quo tãget̃ cũ gl. ꝓallegata in
3 verbo inueſtiuit. ¶ † Itẽ not. ar. ꝙ capitulũ ſcd̃m hæc tꝑa poterat excõicari. hodie tene, ꝙ hr̃ in c. Romana. §. vniuerſitatẽ. de ſen. excõ. li. vj. vbi dr̃, ꝙ illi đ caplo. ſunt excõicãdi: non aũt ipſa vniuerſitas, ſeu ipſum capitulũ. ſi tamẽ hodie feratur ꝯ caplm̃, an valebit. fuerũt opin. de quibus in d. §. vniuerſitatem. gl. tñ ibi videt̃ cõcludere, qđ licèt iudex malè faciat excõicãdo caplm̃, ſi tñ ipſum excõicet tenebit excõicatio. & illi de capitulo erũt excõicati. ꝓ quo bñ facit, qđ hr̃ in c. ſi ſententia. §. fina. de ſen. excõi. c. li. ¶ Itẽ not. illud vulgatũ, ꝙ non debet eludi mandatũ Papæ. facit, qđ habet̃ in l. ſi prætor. ff. de iudi. ¶ Itẽ no. ꝙ ꝓuide factũ
4 ꝑ inferiorẽ eſt cõfirmãdũ per ſuperiorẽ. ¶ † Itẽ no. ꝙ ꝑ receptionẽ in canonicũ vltra numerũ factã ꝓpria autoritate capituli rumpitur ipſo iure numerus canonicorũ, ẽt ſi ſit cõfirmatus numerus autoritate ſedis apoſtolicæ, ꝙ eſt intelligẽdũ. vt habet̃ in c. dilecto. ǰ. eo. Et no. ꝙ ꝑ talẽ receptionẽ nõ rumpit̃ numerus ꝓbendarũ. de quo ẽt hic in glo. fi. facit etiã, quod not. ǰ. eo. dilecto. & s̃. eo. dilectus. & c. maioribus. ¶ Itẽ a ꝯtrario ſenſu potes notare, qđ ſecus eſt ſi receptio in canonicũ non ſit facta ꝓpria autoritate capl̃i. ſed de mandato alterius, ſiue eos neceſſitante. de quo tãgitur hic in glo. in verbo recepiſſet. facit, ꝙ not. s̃. de cõſtitu. cum M. vbi etiam Io. An. ſuper glo. dic, qđ receptis autoritate apl̃ica nõ debent̃ diſtributiões quotidianę, ſed receptis autoritate capituli. qa primi vñr recepti ex quadam neceſſitate, & ſic ſubueniendum ſit caplo. q̃ rõ ceſſat in ſecũdis. facit. ꝙ le. & no. de offic. deleg. ab arbitris. lib. vj. de quo etiam inferius tã-
5 get̃. ¶ † Item no. quod per vnicũ actum factum cõtra priuilegiũ vr̃ tolli priuilegium, de quo dicendũ, vt plenè not. s̃. de conſti. cum acceſſiſſent. & per Cyn.
6 in l. voluntarię. C. de excu. tut. ¶ † Itẽ not. ꝙ quis non põt ſe iuuare ex eo, quod impugnauit, vel nixus eſt impugnare. facit, ꝙ habetur de reg. iur. ex eo. li. vj. & in l. Papi. §. meminiſſe. ff. de inoffi. te. & j. de cenſi. cũ olim. per Inn. & s̃. de excep. cũ venerabilis. & ꝑ Bar. in l. poſt legatũ. ff. de his qbus, vt indig. & in Spe. de-
7 poſitionibus. §. verũ. ¶ † Itẽ no. ꝙ valet impetratio ſuper præbenda vacante, vel vacatura in eccleſia numerata, quantum ad numerum ꝓbendarum ſi nõ eſt numerata, quò ad numerum canonicorũ, vel cenſeat̃ non eſſe numerata. licèt non fiat mentio de numero. quod eſt intelligendũ, vt dicet̃ cũ glo. fi. & ſuper ea, qa licèt recipi debeat in canonicum. tamen ſi nõ vacat præbenda repelletur, ex quò non eſt factus numerus præbendarum. facit ad materiam, ꝙ hr̃. s̃. de
8 reſcrip. conſtitutus. & in d. c. cũ M. de conſt. ¶ † Item not. argm̃, ꝙ excõicatus ꝑꝑ manifeſtam offenſam nõ debeat abſolui anteq̃ ſatisfaciat ẽt ſatisfactio ꝯſiſtat in implemẽto iuris ſpũalis, vt hic videt̃ colligi intelligendo, qđ inueſtitura Archieṗi non tenuerit. & ſic receptio capl̃i habeat recepto ius conferre. ſed iſte intellectus nõ videtur in ſe verus, quia excõmunicatus nõ videt̃ poſſe ius cõferre. s̃. de ꝯſue. cũ dilectus. cũ ibi notatis. & tangetur ſuper gloſſ. pe. Ideo potes notare ſcd̃m aliũ intellectũ, quòd excõicati pñt quẽ recipere in canonicũ illa receptione, quæ ſonat in factum, licèt non poſſint recipere illa receptione. q̃ ſonat in ius. facit, ꝙ notatur. s̃. de reſcri. eam te. ꝑ Ioan. An. & eod. tit. in decretali capitulum. ¶ Item no. aliqua iura, quæ ſpectant ad canonicatum, & vltra illa ẽt ſpectat ius intereſſendi in electionibus, & cõmunibus tractatibus. s̃. de elec. qa ꝓpter. & etiam habenti
9 præbendã. s̃. eo. relatum. ¶ † Vltimo potes notare ſm̃ do. Pe. quod vbi mandatur alicui ꝓuideri de beneficio, & ſic de prębenda, videtur etiam mandatum, qđ ꝓuideatur ſibi de canonicatu cum ſint connexe. j. q. iij. ſi quis obiecerit. & etiam ꝑ Io. An. in c. cum M. de cõſt. ¶ Aduerte tñ, quia in caſu iſto potuiſſet etiã de hoc aliquo ſimplici bñficio prouideri. facit, qđ hr̃. ǰ.
10 eo. c. fi. ¶ † Et ex prædictis no. primo, qđ vbi mãdatur prouideri alicui in aliqua eccleſiarum prouincię, includuntur etiam beneficia eccleſiarum cathedraliũ, licèt ſecus ſit quando prouideri mãdat̃ in aliqua eccleſiarũ ciuitatis, vel diœceſis, vt ꝓbat̃. ǰ. c. quãuis. §. j. in vj. & idẽ, qñ mandat̃ Archieṗo, vt ꝓuideat in aliqua

qua eccleſiarum ſuarũ,vel in aliqua eccleſia ſuę pro-
11 uinciæ,vt hic ꝓbatur.¶ †Item no.ꝙ vbi mandatur or
dinario,vt prouideat in aliqua eccleſiarũ ſuarum,nõ
ſolum ꝯprehenduntᷣ eccleſiæ in quibus hẽt ius con-
ferendi, ſed etiã in quibus habet iuriſditionem ordi-
nariam.ſecus ſi neutrum prędictorũ haberet: vt quia
eſſent eccleſiæ exemptę, quia tunc non poſſet in illis
prouidere, qñ mandatᷣ prouideri in aliqua eccleſiarũ
ſuarum.ſecus, qñ mandatur prouideri in aliqua ec-
cleſia ꝓuincię,vel diœceſis,q̃a tunc licèt mandetᷣ or
dinario tñ, poterit ꝓuideri ẽt in eccleſijs exemptis q̃
ſint in prouincia,vel diœceſi.¶ In glo.j.ibi ẽt Epales.
ſupple, vt de bñficijs illarũ poſſit prouideri.facit, qđ
habetᷣ.ĩ.eo.q̃uis lib.vj.¶ In ea.gl.ibi non reprobat fa
ctum Archiepi. ¶ Aduerte,quia glo.vr̃ quodãmodo
reprobare diſtinctionem ſuperius poſitam,inquantũ
fecit differentiam,an mandetur Archiepõ,vt proui-
deat in aliqua eccleſiarũ ſuarum:an vero mandetᷣ,vt
prouideat in aliqua eccleſia ſuæ prouincię. Nã gl.vr̃
velle, vt ꝓuideat in aliqua eccleſia ſuæ ꝓuinciæ.Nã
gl.vr̃ velle,quod vtrobiq; ſit idem. ¶ Sed certè veri-
tas eſt,ꝙ ſecunda forma generalior eſt,vt tetigit glo.
¶ Vnde aduerte, quia eo caſu quo mandauit proui-
deri in aliqua eccleſiarũ ſuarum , ſi in aliqua eccleſia
in qua habet ius cõferendi vult prouidere hoc clarũ
quod poterit prouidere,ſed ubi nõ haberet in illa ius
cõferendi haberet tñ iuriſdictionem Archiepiſcopa-
lem prout hẽt in omnibus ſuis eccleſijs ſue ꝓuincię,
niſi eſſent exemptę.ſ.de offi.ordi. paſtoralis. tũc eſt
dubium,an in tali eccleſia poterit prouidere, ex quò
non habet ius conferendi , ſed ſolum iuriſditionem
Archiepalẽ.¶ Nam videretur,ꝙ non, ex quò dictum
fuit in aliqua eccleſiarũ ſuarum . quia verbum ſuarũ
videtur denotare dñium.facit, qđ habetur in c.fi. de
ver.ſig.in vj.& l.quintus.§.argento.ff.de auro. & ar-
gen.le.& ſic vr̃, qđ cum non habet dñium iuris ꝯfe-
rendi in illa eccleſia,vbi vult prouidere , ꝙ tunc non
poſſit,ꝯ̃rium tñ cõiter tenetur per iſtum tex.q̃a licèt
ſtricto ſumpto vocabulo verbum ſuarũ , notat dñiũ,
tamen lato ſumpto vocabulo cõprehendit ẽt eccle-
ſiam , quæ ſua eſt rõne iuriſditionis quã hẽt in illa ꝑ
id,ꝙ notauit gl.in c.j.ſ.de poſtu.ꝓlato.Et facit etiam
ad prædicta,qđ notatᷣ per Inn.in c.quo iure. viij.diſt.
& hoc præcipue procedit ſm̃ Inn.qñ eſt adiecta clau
ſula ꝯ̃dictores.q̃a tunc vr̃ comprehẽdere caſus , etiã
qñ non habet ius conferendi nõ vr̃ dicta clauſula ſic
adaptari cum idem ſibijpſi imperare non poſſit.l.pe.
ff.de arbi.Refert tñ Inn.aliquos dicere,ꝙ ſi nõ eſt ap-
poſita dicta clauſula, tunc nõ comp̃hendantᷣ dictę ec
cleſiæ in quibus non habet ius conferendi : ſed ſolũ
iuriſdictionem Epalẽ.& præcipue,qñ Papa ſcribit ꝓ
paupere clerico. q̃a tunc vr̃ ſcđm eos officiũ ordina-
rij excitare potius,quã nouã ptãtem dare.ar.ſ.de of-
fic.or.in c.licèt.Et facit,qđ no.Io.An.poſt Compo-
ſtel.in decretali.capĩm.ſ.de reſcrip.circa mediũ ma-
gnę.gl.¶ Sed Inno.hic, & ſimiliter Compoſt.in loco
præallega.& ẽt archi.ĩ.eo.ſi pro clericis.lib. vj.dicũt,
ꝙ etiã vbi clauſula: ꝯtradictores nõ eſt appoſita,po-
terit prouidere ẽt in eccleſia in qua ſolum hẽat iuriſ
ditionem.q̃a ſatis videtur latè talis eccleſia eſſe ſua.
facit,quod notatᷣ in gl.in d.c.de poſtu.præla. & ideo
potuit prouidere,& multofortius ſcđm eos,qñ ſcri-
bit pro paupere clerico,vt tales literæ vidẽtur eſſe fa-
uorabiliores q̃ allę.argu.eorum, quæ habentur.ĩ.de
dona.cum dilecti.& cum iſta opi.tranſit hic do.Ant.
¶ Sed do.Pet.de Anch.hic dicit , ꝙ quando ſcribitur
pro paupere clerico ſubdito ipſius Archiepiſcopi ad
eius querelam, ꝙ tunc ipſe Archiepiſcopus teneatur
ex debito ſui officij prouidere,quod tunc vr̃ excitare
potius officium ordinarij , quàm dare nouam ptãtẽ .
ar.eorum,quæ habentur in d.c. licèt. ſicut videmus
in ſimili,ꝙ vbi ordinario mandat,vt aliquid faciat in
cã aliqua ſpectante ad ſuam iuriſditionem . Nam vr̃
excitare ordinariã ptãtem,niſi appareat, ꝙ in aliquo
illã alterauit,per ea,quæ hñr.in d.c.licèt.de offi.or.&
quæ habentur ẽt per Legiſtas in l.ius autem ciuile.ff.
de iuſti.& iur.& in l.ſæpe.ff.de offic.præſi.& hęc opi
nio ſatis videtur poſſe ſuſtentari,vel ſuſtineri,qñ ſcri
bitur pro paupere clerico ſubdito ipſi Archiepo .&
ad eius querelam ,ſeu inſtantiã , & idem ſi ſcriberetᷣ
Epiſcopo pro clerico paupere ſubdito ſibi ad eius in
ſtantiam. ſecus fortè ſi motu proprio,quia illa cenſe-
tur gratia fauorabilior.ĩ.eo.ſi motu proprio.li.vj. vbi
autẽ non ſcribitᷣ ꝓ paupere,videtur procedere dictũ
Inn.& Cõpoſtellani,& ẽt archidia.do.tñ Flo. in hoc
tenet ꝯtrarium dicens, qđ quia in mandato de ꝓui-
dendo non adiecto verbo autoritate noſtra,vel ſimi-
li,ꝙ tunc videtur excitare officium ordinarij, ex quò
ordinarius eſt cui ſcribit.& ſic nõ veniet eccleſia , li-
cèt in illa habeat iuriſditionem , niſi habeat ius cõfe-
rendi.facit,ꝙ habetᷣ in d.c.licèt.de offi.or.& c.graue.
& plus dicit, qđ etiam hoc procedit ſi fuerit appoſita
clauſula ꝯtradictores . q̃a illa nihil operatᷣ,inquantũ
ad ꝯtradictores iuris,ſed ſolum quò ad ꝯtradicentes
de facto:vt tangitur in gl.ſeq.Sed certè, vt dixi cõiter
tenet ꝯtrarium, & videtᷣ ꝯtra ipm eſſe caſus hic,iun-
cta hac gl.j.ideo ſua opinio non vr̃ bona. vbi autẽ eſ-
ſet adiectum verbum autoritate noſtra , bene fatetur
tunc,quod procedit dictum Inn.& Compoſtel. quia
tunc vr̃ dari noua ptãs, vt etiam patet de reſcript. cũ
aliquibus.li.vj.Sed aduerte,q̃a vt tetigit hic do.Pet.
in primo notabili,qñ mandatᷣ ordinario, vt alicui ꝓ-
uideat, vr̃ ꝙ intelligatur tacitè autoritate apoſtolica.
q̃a licèt de beneficio vacante teneatᷣ alteri ꝓuidere .
ĩ.ut eccleſiaſtica benefi. c.j. non tñ tenetur ꝑciſè iſti
uel illi prouidere, ſed habet electionẽ,an prouideat.
facit,qđ dictum fuit.ſ.e. relatum. & ideo cũ præciſè
cogatur prouidere illi pro quo Papa ſcribit ur̃ altera
ta eius ptãs ordinaria.& iõ non dẽt dici, ꝙ tantũ eius
officium ordinariũ excitatũ intelligatᷣ, & per ꝯñs ur̃ ,
ꝙ tunc autoritate apoſtolica ꝓuideat . & ꝓ hoc etiã
eſt glo.ordi.in d.c.cũ aliquibus.de reſcrip.in vj.& ſic
per hanc rõnem vr̃ ẽt reprobari opinio do.Flo.& iſta
ꝓcedunt , qñ mandatũ eſt prouideri in aliqua eccle-
ſiarũ ſuarũ.& multofortius locum habent,ſi mãdatũ
eſt prouideri in aliqua eccleſia ſuæ prouinciæ,cũ iſta
vltima forma ſit generalior.Nam in ipſa cõprehẽdũ-
tur eccleſiæ q̃ ſunt intra prouinciam, etiã ſi ſunt exẽ-
ptę,q̃a eccleſia licèt ſit exẽpta dr̃ eſſe in ꝓuincia, vel
in diœceſi,licèt non ſit de iuriſditione prouincię,vel
diœceſis,ſcđm ea,quę no.in cle.j.de reſcrip.& in cle
men.ne Romani.de electio.& in c.ſi ꝓpter tua debi-
ta.de reſcriptis.in vj. ꝑ Io.An. vnde hoc caſu vltimo
poterit prouideri ẽt in eccleſijs exemptis ipſius pro-
uinciæ.ſecus in ꝑcedenti , qñ mandatᷣ ꝓuideri in ali-
qua eccleſiarũ ſuarũ. q̃a tunc non includuntur eccle
ſiæ exemptę. hæc eſt vera differentia inter dictos ca-
ſus.¶ Et per prædicta habes declarata,quæ tangũtur
in gl.Et aduerte inquantũ dixi, ꝙ vbi Papa ſcribit or
dinario ꝓ clerico non paupere,quod videatᷣ ſcribere,
ut autoritate apłica prouideat.Nam illud ꝓcedit,qñ
ſcribit ꝑ lr̃as prætorias. ſi aũt ſcribit ꝑ literas faculta
tis.& ſic dãdo facultatem vt prouideat, tũc recurren
dũ eſt ad tex.in d.c.cũ aliquibus. de reſcript. in vj.&
facit ẽt,ꝙ ibi no.per gl.¶ Item aduerte , q̃a per ea,q̃
ſuperius dicta ſunt ur̃ poſſe dici, qđ qñ Papa ſcribit
ordinario

ordinario etiam pro paupere,& ad eius inſtantiam ſi
ſcribit per lr̃as pceptorias , ꝙ tũc etiã uideatur uelle,
ꝙ ꝓuideaſ autoritate apoſtolica per ea, q̃ notauit gl.
In d.c. cũ aliquibus . & q̃a uſ in aliqua alterari ordi-
naria poteſtas . nam neceſſitabitur prouidere per di-
ctas literas præciſè illi pro quo ſcribitur. ubi aliàs ſi
cõcurrerẽt duo pauperes clerici electio eſſet ſua, ſeu
eorum qui prouiderent uacante aliquo bñficio.facit
qđ hř.ſ.eod.relatum.& per hoc videſ poſſe defendi
opinio cõis quã ſequiſ Inn.& Compoſt.in d.decre-
tali,capitulum.& ẽt Io.An.hic,& Arch.in c.ſi ꝓ cle-
ricis.j.co.in vj.& do.Ant.hic,licèt.d.Pe.aliter dixit,
vt ſuperius.& ſic ẽt vř,ꝙ dicto caſu ẽt poterit ꝓuide
ri in eccleſia in qua habet iuriſditionem,licèt nõ ha-
bet ius cõferendi.¶ Et ex prædictis not.primo,ꝙ vbi
mandatur prouidere alicui in aliqua eccleſiarum ꝓ-
uinciȩ,includuntur ẽt bñficia eccleſiarũ cathedraliũ
licèt ſecus ſit , qñ mandaſ prouideri in aliqua eccle-
ſiarũ ciuitatis,vel diœceſis,vt probaſ.j.c.q̃uis. in vj.
idem qñ mandatur Archi.vt prouideat in aliqua ec-
cleſiarũ ſuarũ , vel in aliqua eccleſia ſuæ prouinciæ ,
vt hic ꝓbat.¶Itẽ no.ꝙ vbi mandaſ ordinario, vt pro
uideat in aliqua eccleſiarũ ſuarum non ſolũ ɔprehẽ
dunſ eccleſiæ in q̃bus hẽt ius ɔferendi. Sed ẽt in qui
bus habet iuriſditionem ordinariã. ſecus ſi neutrum
prædictorum hẽret,vt quia eſſent eccleſiæ exemptæ,
quia tunc non poſſent in illis prouidere , qñ mẽdaſ
prouideri in aliqua eccleſia ꝓuinciæ , vel diœceſis,
q̃a tunc, licèt mandetur ordinario tñ põt ẽt prouide
re in eccleſijs exemptis quæ ſunt in ꝓuincia, vel diȩ
a cesi.¶In gl.contradictores [a] in fi.Hæc gloſ. notabilis
eſt,& fuit additio Inn.tamen hic variauit . Nam pri-
mo dixit cõtineri partes,& heredes,aut ſucceſſores ,
ad quos transfiret inſtantia iudicij ſm ea , quæ hñr in
l.ſi eum.ff.de fideiuſ.& facit,quod conſueuit dici de
iudic.quia vt tamen ſm eum non ɔprehendẽtur ex-
tranei turbantes partes. ſecus ſi turbarent iuriſditio-
nẽ.ſ.de offi.dele.c.j.finaliter poſtea ɔcludit , ꝙ nedũ
ɔprehenduntſ partes,& hr̃des,ſeu ſucceſſores, ſed ẽt
alij extranei, ſi de facto econtradicant ſiue turbando
iuriſditionem ſiue turbando partes ſuper eo de quo
agitur.ſecus dico ſi de iure ɔ̃dicerent, quia tunc non
comprehenduntur ex̃nei,niſi expreſſe,vel tacitè cõ-
prehenderentur in reſcripto,puto per clauſulam gña
lem facta expreſſione poſtea ſcđm formam.c.paſtora
12 lis.§.j.ſ.de reſcript. potes cõcludere † ꝙ ſi fertur ſnĩa
excõicationis gñaliter in contradictores, tunc ɔpre-
henduntur partes, & etiã extranei dũmodo de facto
ɔ̃dicatur, & non de iure ɔtradicunt hoc eſt eis licitũ,
& non liganſ dicta ſnĩa.facit,ꝙ notauit Ioã. An.ĩ.de
cleri.excõi.miniſ.c.ꝓpoſuit.in verbo ſautorem.& ꝙ
ipſe ẽt notauit in gl.dicit Hoſt.de ɔcel.pben.in vj.fa-
cit,qđ habetur.ſ.de reſcrip.cũ ɔtingat.¶ Et pro p̃di
ctis,videlicet, qđ cla prædicta intelligatur de ɔ̃dicen
tibus de facto,& non de iure,bñ facit,ꝙ habetur in l.
13 pe.ff.de his quibus,vt indi.vbi † ſi filius impugnat te
ſtamentum patris dicens ipſum non iure factum,nõ
perdit relictum in teſtamento. quia non vř tunc im-
pugnare voluntatem defuncti. Et prædicta procedũt
qđ non cõtineanſ ɔtradicentes de iure , qñ gñaliter
excõicanſ ɔtradicentes . Si aũt nominatim excõica-
ret aliquem,vel aliquos,tũc dicit.d.Flo. ꝙ licèt iuri-
dice cõtradicereſ, tñ teneret ſnĩa,q̃a tenet ſnĩa ɔtra
ius litigatoris lata,licèt ſit iniuſta.j.de re iudi. cũ in-
ter.Et iõ tunc teneret q̃uis eſſet iniuſta.ſed do. Ant.
videtur dicere hoc verum,qñ pars noĩatim excõica-
retur.vel alius qui ɔprehenderetur in reſcripto ſm for-
mam dicti.c.paſtoralis.§.j.Sed vbi eẽt extraneus qui
C. . . . .

a In gl.cõ tradictores. Vide hic.d. Abb. in ij. colũ. in fi. ver.gl.ij.in verbo contradictores.

non ɔprehenderetur aliquo modo in reſcripto, tunc
videtur velle,qđ non teneat ſnĩa ipſo iure,ſi talis de
iure ɔtradicat, quia in talẽ non hẽt iuriſditionem,&
per ɔſequẽs ſnĩa tũc lata ex defectu iuriſditionis nõ
valet.arg.eorum,quæ hñr.ſ.de offi.deleg.c. ſignificã
tibus.& de offi.vica.ſuæ.& in l.ſi.C.ſi a non compe-
14 tenti iudice.Et iſta opin.vř verior.¶ †Et ex p̃dictis ẽt
no.quod põt gñaliter ferri ſnĩa excõicationis in om-
nes qui cõtradicunt tali.vř tñ, quod regulariter fieri
non deberet per ea,q̃ hñr de ſententia excõi.Roma-
na.§.caueant.li.vj.Sed contra prædicta facit,quod vi
detur,ꝙ talis ſnĩa fieri non dẽat cũ reſpiciat tractum
futuri temporis q̃ non pertinet ad iudicem. l.j.ff. de
vſur.Sed ſolue,vt no.in c.præallegato.de homi.li.vj.
& ĩ.de ſepul.in noſtra.& ſ.de procu.audi.Nã ɔtrariũ
habet locum in vſuris q̃ ſunt odioſæ.ſed in alijs quã-
doq; bñ põt ſe intromittere iudex de tractu futuri tẽ
poris.vt no.in iuribus p̃allegatis.& facit ẽt,quod no.
per legiſtas.in l.j.C.de ſen. quæ ſine certa quantita-
te.& in l.j.C.de fideicommiſ.¶ Secundo ẽt videtur,
ꝙ alia rõne non tenet talis ſnĩa. quia ſic dicendo ex-
cõico omnes qui contradicent videtur qudammodo
facere conſtitutionem ſicut cum omnes excõicãtur,
qui furtum fecerunt.de conſti.c.ij. in vj. Sed delega-
tus non poteſt facere conſtitutionem,ergo,nec pote
rit talem ſnĩam ferre.ſoluit Inn. ꝙ iſta non p̃t dici cõ
ſtitutio cum eſt perſona proferẽtis, q̃a eſt delegatus,
tum etiam,quia non eſt perpetua, nec durat vltra q̃
durat iuriſd.delegati.facit,ꝙ not. per gl.ĩ. de ſenten.
excõ.a nobis.el.j. circa finem magnæ gl. nec habere
videtur etiam illa quæ requiruntur ad eſſe conſtitu-
tionis.de quibus.iij. diſt. in c.erit. & ideo potius dẽt
dici ſententia,q̃ conſtitutio,quia fertur cauſa cogni-
ta contra reſiſtentem.& ſi ferretur cauſa non cogni-
ta,tunc licèt de mero iure teneret,tñ eſt irritanda.xj.
q.iij.c.j.ĩ.de ſen.excõ.c.ſacro.Et hoc, qñ fertur ſnĩa
excõi.ſed ſi ſine cauſæ cognitione imponeretur alia
pœna,tunc vř,ꝙ non valeret per ea,quȩ habentur.ſ.
de cõſtitu.eccleſia.& q̃ no.ſ.de reſti.in integ.c.j. per
Inno.facit,ꝙ hř in l.j.C.cõminationes,vel Epiſtolas,
& qđ ẽt plenè dixi in rubrica.ff.de publi. iudi.¶ Et
aduerte, q̃a vt tangit Inn. licèt melius eſſet expecta-
ret turbationem anteq̃ hmõi ſententia generalis fe-
ratur.tñ ꝓpter periculum poterit etiam ferri ante. fa
cit,ꝙ hř in d.c.Romana.§.caueant.dicit tñ, quòd li-
cèt tutũ ſit expectare turbantẽ non ſubſiſtente peri-
culo:tñ ſi feratur ſnĩa prædicta generalis in contradi
centes,ſeu in illos qui ɔtradicent,vel turbabunt, te-
nebit ipſa ſnĩa per id,qđ hř.ij.q.vj.c.biduum.& in l.
ij.§.biduum.ff.qñ appellatum ſit. Sed iuxta prædicta
põt eſſe dubium,q̃a dixi.ſ.quod iſta ſnĩa durabit do-
nec durat iuriſdictio. quanto tpe iuriſdictio durabit
executoris data cum clauſula contradictores. Inno.
hic refert opiniones.Nam vna fuit,quòd durat perpe
tuo ꝓpter dictã clauſulam,vt aliquid operetur.arg.de-
cretalis ſi Papa.§.j.de priuile.in vj.& l.ſi qñ.ff.de le-
ga.j.finaliter concludit , ꝙ in his in quibus expectaſ
ſnĩa diffinitiua ante illam poterit perpetuo iuriſditio
nem exercere.ſed poſt ſnĩam poterit vſq; ad annum
per.c.quærenti.ſ.de offi.deleg.In alijs autem caſibus
in quibus non ſpectatur diffinitiua,concludit,ꝙ ſi ne
gotium ſuper quo eſt datus executor in totũ habue-
rit defectum, quia tunc functus eſt officio ſuo per ta
lem executionem totalem.facit.ſ.de offi.dele. in lite
ris.non poterit tunc amplius intromittere . Secus ſi
negotium non eſt expeditum,quia tunc ſemper po-
terit ſe intromittere,donec negotium ſit expeditum,
nec attendetur tps anni hoc caſu per c.quærẽti. p̃al-
legatum.

legatum.quia illud non habet locũ in actibus in quibus non ſperatur ſnĩa.& idẽ vr̃ dicere Inn.de clauſula inducas in poſſeſſionem,& defendas inductũ,ꝙ dictum eſt.s̃.de clauſula ꝯdictores.¶ Hoſtien. vero dicit prædicta procedere, qñ ex vi nouę contradictionis executor poſt annum vellet defendere. Sed ſi tpe executionis actus tuliſſet ſnĩam generalem in ꝯdictores,& turbatores,ſi aliquos fore ꝯtingat excõicando eos,tunc ligaret talis ſnĩa,& poſt annũ a tpe ſententiæ,& etiam poſt actũ executũ,ſi ſnĩa non expectatur.fatetur tñ,qđ iſte delegatus non poſſet tunc adiri pro abſolutione,qñ poſt annum,vel poſt actũ executum fieret turbatio. Sed tunc Papa eẽt adeundus ſi cõtradictor vellet deſiſtere,& petere abſolutionẽ per ea,quæ hñr.s̃.de offi.ord.c. paſtoralis.§.j. & de offic.
15 deleg.prudentiã.§.ſexta.c.quærenti.¶† Item aduerte:quia licèt Inn.hic teneat,ꝙ poſt actũ totaliter executum non poſſit executor ſe intromittere,tñ ꝯtratiũ ipſe voluit in c.ex parte.s̃.de teſti. & etiã Tancre. & Goff.ibi.Vinc.tñ dicebat,qđ illud verum vſq; ad annũ:ſed poſtea non per ea,q̃ hñr in d.c.quærenti. vbi autem actus non eſſet totaliter executus,clarum eſt, ꝙ poterit ſe intromittere.vt hic patet.Nam hic inueſtiuerat de beneficio,q̃a tamen non erat ſortita talis inueſtitura effectum totalem.ideo potuit excõicare. Io.An.hic dicit,ꝙ audiuit curiam tenere,ꝙ ſi adiecta eſt clauſula mittas in poſſeſſionẽ, & defendas inductum,ꝙ talis executor habebit ptãtem perpetuo defendendi ẽt reſpectu eius,qui ẽt habuit poſſeſſionem pacificam aliqñ.& ſic etiam poſt negotium totaliter executũ.& ẽt ex interuallo poterit iuriſdictionẽ exercere.& ſic vr̃ quodammõ datus tanquã cõſeruator, cuius officium durat continuo quò ad iam cępta. de offi.delega.c.j.& c.ſi.li.vj.facit, qđ habet.j̃.de ſimo. q̃relã.& pro hoc etiã,q̃a aliàs dicta clauſula nihil vr̃ operari,ꝙ eſſe non dẽt per ea,q̃ hñr in d.ca. ſi Papa. §.j.de priuile.in vj.& in d.l. ſi qñ.de lega.j. Et prædicta maximè procedunt,qñ ex antiqua cauſa, & ante poſſeſſionẽ examinata fuerit turbatio. Nam tunc ſm Damaſum ẽt ſine clauſula tueri poſſit. Archi.tractat de materia.in c.ſi cui.de ꝑben.in vj.& recitat opiniones ꝓdictas.¶ Vltimate tñ refert opi. qđ etiã ſi dicta clauſula ſit adiecta,immittas in poſſeſſionem,& defendas inductũ,non poſſit exequi vltra annũ,vel poſt negotiũ totaliter executũ. Et hoc iõ, q̃a aliàs multũ derogaret ordinariæ poteſtati cõtra ea, q̃ hñr.xj.q.j. peruenit.& s̃.de offi.or.licèt,&c.facit etiã,ꝙ habet.s̃. de reſcrip.in c.ad hæc.& in hac opi.vbi etiam reſidet cũ qua etiam reſidet hic do.Pe.do.Ant.hic dicit, qđ in practica non recurritur ad ordinariũ,ſed ad ipſum delegatũ.& aliter non declarat quæ opi. ſit verior.d. Flo.hic dicit,ꝙ Io.Cal.in cõmento.c.cũ noſtris.j̃. de cõceſ.præbẽ.in xiiij.q.tenet in effectu opin. qđ talis ptãs executoris non duret vltra annũ per c. quęrenti. de offi.deleg.qđ indiſtinctè loquitur in quolibet delegato apoſtolico.executor aũt eſt delegatus Apoſtolicus.de offi.deleg.ſi ſuper gratia.lib.vj. Et notat̃ per gl.etiã eo.ti.& libr.c.j.ergo etiã in caſu prædicto, qñ poſita eſt clauſula ꝓdicta, mittas in poſſeſſionẽ,& defendas inductum. Idem erit dicendum ſicut etiam fuit.s̃.de clauſula contradictores.nec ob.c. querelã. de ſimo. q̃a ibi loquitur de miſſione q̃ fuit cauſa cuſtodię.& ſic ibi nondum lata erat diffinitiua. Ideo nimirum ſi durabit iuriſditio. Et eodẽ modo rñde ad c.ex parte.s̃.de teſti.q̃a etiã ibi non erat lata diffinitiua:vt ibi notatur in gl.antepe. Nec obſt.etiã, qđ dicitur videlicet, ꝙ ſit interpoſita clauſula prædicta vr̃ eſſe ſuperflua.¶ Nam reſpondet,ꝙ nõ cenſebit̃ ſuperflua:q̃a operabit̃ q̃dam maiorem expreſſionem,& vt magis timeatur tunc poteſtas delegati.facit.j̃. de hęreti.ſi aduerſus.& qđ habet̃.xxiij. diſt. quãq̃. nõ aũt operabit̃ poteſtatẽ executionis contra iura attẽto potiſſimè,qđ nimium derogaret iuriſdictioni ordinariæ contra ea,q̃ habentur in c.ad hoc.s̃.de reſcr. & ideo tunc pro moleſtatione quæ fieret poſt annum dẽret haberi recurſus ad ordinarium.& cũ hac opinione videtur etiã in effectu reſidere.Inn. ſi attendantur eius verba.¶ Potes cõcludere,ꝙ ſi apparet de ſtyllo curiæ ille eſſet ſeruandus.j̃.de crimine falſi.c.quam graui. Vbi aũt non apparet,tunc ſi eſt negotium in quo ſperetur diffinitiua qñcunq; ante ſnĩam, poterit ſe intromittere.d.c.q̃relam.cũ ibi notatis,& in d.c.ex parte. Si autem ſnĩa ſit lata,& tunc ſi non habuerit executionem pacificam poteſt ſe intromittere vſque ad annum.d.c.quærenti.poſt annũ vero videtur de iure ꝙ non poſſet ſe intromittere per dictum.c.quærenti. qđ indiſtinctè loquitur,& voluit Io.An.& Io. Cal.in loco præallega.& Inn.hic,& vr̃ etiam in hoc reſidere Arch.in d.c.ſi cui.¶ Si aũt ſnĩa fuerit totaliter executa,tunc videretur ꝙ non poſſet ſe intromittere etiam intra annum.ar.c.in literis. Tu potes dicere,ꝙ ſi paruo tempore ſtetit in pacifica poſſeſſione,tunc poterit ſe intromittere vſq; ad annum, ex quò incontinenti quodammõ fit tranſactio.arg.eorũ quæ habent̃.s̃.de elec.officij.ſecus,qñ ex interuallo fieret tranſactio.ꝑ id,qđ tangit hic Inn.& per id,qđ notauit gl.in ſimili in c.cõmiſſa.de elec.in vj. Si aũt negotiũ ſit in quo feratur ſnĩa:tunc poteſt ſe intromittere donec plenariè ſit facta executio. vt hic voluit Inn. Si aũt executio plenariè ſit facta,tunc Inno. videtur variaſſe.quia hic ſimpliciter dicit,ꝙ non poteſt vlterius ſe intromittere.ſed contrariũ tenuit in c.ex parte.de teſti.¶ Potes dupliciter concordare primo,vt illud: qđ hic dicit habeat locũ poſt annũ.& illud,ꝙ dicit in c.ex parte.locum habeat intra annũ,vt voluit Vin. vt hic tangit Io.An.¶ Vel ſecundo,& melius potes dicere, ꝙ ſi turbatio, vel moleſtia fieret ex interuallo: tunc non poſſet ſe intromittere etiã intra annum. ſecus ſi fiat incontinenti. & ſic intelligatur,quod ipſe no.in d.c. ex parte.per id,quod notauit gloſ.in d.c.cõmiſſa.vbi bona.gl. Et ꝓdicta,vt dixi ꝓcedunt de iure, niſi aliud appareret: prout videtur eſſe de ſtilo curię. prout vr̃ ſenſiſſe Io.An.& do.Ant.& de materia dixi ẽt in c.ex parte.¶ In gl.prouide.in fi. hæc gl. fuit additio ſcđm do.Flo.& videt̃ velle, ꝙ licèt reuera Archiepiſcopus Vulgalen.non bñ,nec prouide ꝓceſſerit,tñ Papa voluit excuſare eum acſi prouide feceri t ex ipſius mera voluntate.& hoc innuere videtur litera dũ dicit, firmitatẽ volumus obtinere. qđ aũt placuit Principi legis habet vigorẽ.inſtitu.de iure naturali.§.ſed,ꝙ Principi. Sed certè iſta ſolutio non videtur bona:quia ſi reuera Archieṕs non bñ proceſſit,Papa vr̃ mendacium dicere aſſerendo ipſum prouide feciſſe:quia hoc non debuit aſſerere,ex quò in rei veritate ſic nõ erat,licèt potuiſſet approbare factum per Archieṕm ex plenitudine poteſtatis.perinde eſt acſi fuiſſet factum:aliàs prouide.ideo alius fuit intellectus Vinc. vt etiam ſenſit gl.ſequens,videlicet,quod hic Archiepiſcopus ꝓuide facit quatenus excõicauit ꝯtradictores,ſed non quatenus proceſſit inueſtiendo.vt tangitur in gl. ſeq. quia non vr̃, ꝙ potuerit inueſtire cum non habuerit mãdatum de prouidendo,vel inueſtiendo,ſed de cõpellendo.facit,quod legitur,& notatur.s̃.de reſcrip. Abbatẽ.& j̃.de conceſ.pben.cum noſtris.¶ Sed ꝯtra iſtum intellectum facit,quia ſi de iure non potuit inueſtire ipſe Archiepiſcopus,vr̃ ꝙ de iure potuerit cõ-

tradici

tradici tali inueſtituere:& per ꝯñs vr̃, qđ non potuit
excommunicare contradictores. per ea, quæ dicta
fuerunt in glo.ij.& ſuper ea vide Innoc. in procemio
huius libri, qui poſuit alium intellectum quem dicit
colligi ex antiqua compilatione,ſeu ex regiſtro.& iõ
colligit ſm̃ iſtam ꝑ ea,quæ hñr in regiſtro hoc mõ,
dum dicit ꝑiudicium magiſtrũ Petrum de prebenda,
& canonia Sanxonen.eccleſiæ addendo cum cõſen-
ſu,& voluntate tua pater Epiſcopę inueſtiuit, & di-
cit, ꝙ in antiqua ſcribebaẽ Epõ Sanxon. & ſic ꝑ hoc
dicit,qđ prouide proceſſit.Sed certè, vt dicit Hoſti.
iſte intellectus non vr̃ bonus multiplici de cã.Primo
q̃a cõiter non habetur in ſuperſcriptione,qđ ſcribaẽ
Epõ Sanxon.Scđo,q̃a litera hic vr̃ velle, ꝙ non ſpe-
ctabat ad Epm̃ Sanxonen.inueſtitura,ſeu collatio ca
nonicatus,& præbendæ in ipſa eccleſia Sanxon. ſed
ad decanũ,& capl̃m.& ſic videtur, ꝙ Epĩ conſenſus
nihil habuerit operari,niſi diceres, ꝙ in negligentiã
canonicorum deuoluta fuiſſet poteſtas ad Epm̃: ſed
iſtud eſt diuinare.& contrariũ vr̃ innui in litera circa
fi.ibi:donec prædictum magiſtrũ, & c.præterea tunc
non debuiſſet inueſtire de ꝯſenſu Epĩ.Sed potius ip
ſe Epĩs debuiſſet inueſtire.Ideo quatenus intellectus
tangiẽ hic per Inn.Nam ſm̃ eum poteſt dici, ꝙ aliud
eſt,qñ mandatur alicui,vt faciat Titio ꝓuideri de be
neficio,aliud qñ mandatur alicui,vt faciat Titio bñ-
ficiũ aſſignari. Quia primo caſu non põt executor ꝑ
ſe ꝓuidere,& cõferre ius:q̃a ad hoc non hẽt manda-
tũ,ſed ad cõpellendũ.facit,qđ no.ſ̃.de reſcrip.Abba
te.& ĩ.de conceſ.ꝑben.cum noſtris.Secus in ſecun-
do,q̃a vr̃ data ſibi poteſtas ꝓuidendi.& ſic ius cõfe-
rendi, & datũ mandatũ ad cõpellendum reſpectu fa-
cti.& ſic erat ſenſus,ſi mandatur alicui hoc modo,fa
cias Titio beneficium aſſignari.i.ꝓuideas.& ius con
te.& tunc attendimus tempus vacationis. ¶ Nam il-
lud eſt tp̃s ſecũdũ, qđ actus debet applicari ad per-
ſonã. Ideo ſcd̃m illud tempus debet inſpici capaci-
tas ꝑſonæ.eo.ti.c.ei cui.li.vj. ¶ Interdũ agit̃ de vi cõ-
prehenſiua reſcripti reſpectu rei ſuper qua ſcribit̃,&
tunc attẽditur tp̃s datę, vt probatur in clem.literas.
de reſcrip. ¶ Interdũ vero agitur de validitate vel in-
ualiditate reſcripti contra vitium ſurreptionis.& tũc
attenditur tempus datę.quia ſcd̃m illud fit ſurreptio
ſi illo tp̃e non exprimat̃.ſ.de reſcrip. conſtitutus. &
eod.titu.ſi eo tempore.lib.vj.Et ex ꝓdictis potes col
ligere veram ſolutionẽ cõtrarietatis de d.c.ei cui nõ
ſcribebatur de certa ꝓbenda.& ideo non peccabat re
ſcriptũ in ſurreptione. ſed bene impediebatur impe
trans habere ꝓbendã ꝓpter defectũ ordinis requiſiti
ad ipſam ꝓbendã. & ſic quodãmodo propter incapa
citatẽ ꝑſonæ.& ideo ſi tp̃e vacationis reperiet̃ habe-
re ordinẽ inquiſitũ.& ſic eſſe capax,tunc dẽt habere
bñficiũ,qa ſufficere dẽt, qđ ſit capax tp̃e quo actus
dẽt applicari ad perſonã.ſed in c.ſi eo tp̃e. impetra-
tio fuit facta de certa ꝓbenda. & peccatũ fuit in ſur-
reptione non exprimendo inhabilitatẽ impetrantis.
jõ tũc nõ valet reſcriptũ,& inſpicit̃ tp̃s datę. ¶ Inter-
dũ vero agitur de viribus reſcripti reſpectu prælatio
nis,vt ſic videat̃ quis debeat præferri. & tũc attendit̃
tp̃s datę.de reſcrip.tibi qui.li.vj. ¶ Interdũ vero agit̃
de obligatione ſurgente ex perfidia, vel negligentia
collatoris non conferentis ad mandatũ Papæ. & tũc
inſpicimus tempus receptionis. Nam ante cõmuni-
ter non datur, ſeu dicitur ſcientia cum poſſit proba-

bilitet

biliter ignotari mandatū. & ꝯñr ante non daẽ inobe
dientia. quod tñ eſt intelligendū niſi probareẽ,quod
etiā ante receptionē literarū habuiſſet notitiā man-
dati,vt dixi in notabilib.¶Interdum aūt agiẽ de ꝑpe
tuatione gratiæ ex parte concedentis reſcriptum. &
ſic ꝯ caſum mortis.& tunc ſi gratia erat perfecta at-
tenditur tp̄s datæ.ĩ.co.ſi cui. lib.6. ¶Si verò nō erat
facta attendiẽ tp̄s incępti negotij per executorem.de
offi.deleg.ſi ſuper gratia.lib.6. Et hæc de primo caſu
principali.¶Secundo caſu qñ queritur de reſcrip.cō
tentioſis.conclude quòd ſi quæriẽ de vi comprehen-
ſiua reſcripti reſpectu illorum quibus ſcribitur attē-
ditur tp̄s datæ,vt etiā dixi in præcedenti caſu ꝑ De-
cretalem eam te.de reſcrip.Nam eadē eſt ratio vtro-
biq;.& ſic idē ius eſſe debet.de cōſti.tranſlato. ¶In-
terdum verò agiẽ de viribus reſcripti.& de vi cōpre-
henſiua ipſius reſcripti reſpectu rei ſuper qua fit in-
terpretatio.& tunc attenditur tp̄s datę,vnde reſcri-
ptum habet vires quo ad actiones ortas tp̄e datę nō
quo ad aliàs poſtea ortas.ſ.de reſcrip. c.fi.fallit in v-
ſurario ꝑꝑ odium vſurarum ꝑ ea quæ hñr.ĩ.de vſur.
aliàs de reſcrip.quia fruſta. ¶Interdum verò agiẽ de
validitate reſcripti ex parte cōcedentis illud, & tunc
attendimus tp̄s datæ.quia oportet quod concedens
ſm tēpus datę habuerit poteſtatem.ſ.de offi. lega.in
c.fin.¶Interdum agitur de perpetuanda iuriſdictio-
ne iudicis.& tunc attenditur tempus citationis.ſ.de
offic.deleg.c.gratum.& c.relatum.& c.licet.¶Inter-
dū agitur de validitate,vel inualiditate reſcripti quo
ad vitium ſurreptionis, & tunc attenditur tp̄s datæ
ſicut in beneficialibus.ſ.de reſcrip.ſuꝑ literis.¶Ad-
uerte tñ, quia in beneficialibus ſurreptio vitiat ipſo
iure.Secus in contentioſis,vt plenè no. in c.ad audiē
tiam.il 2.ſ.de reſcrip.¶Interdum verò agitur de vali
ditate reſcripti reſpectu capacitatis, vel incapacita-
tis impetrantis, & tunc attendimus tp̄s datę ſal.ē qñ
incapacitas reddit ipſo iure nullum reſcriptū, vt in
c.1.de reſcrip.in 6.¶Interdum verò agitur de virib⁹
reſcripti quo ad conuincendā negligentiā iudicis,&
quo ad curſum temporis præfixi iuriſdictioni, & tūc
inſpicimus tempus præſentationis ad appella. in c.j.
& ſ.eo.il 2.¶Interdum verò agitur de conuincenda
negligentia impetrantis, & tunc attenditur tēpus fa-
cultatis agendi.ſ.de reſcrip.ſi autem. & c.plerūque.
& per hoc habes expeditum iſtum ſm caſum,de ma-
8 teria plenius dic,vt dixi ĩ d.c.literas.de reſcri.¶†Mo
a do reſtat [a] deſcendere ad glo. in verſi. Item argu.vbi
glo.tangit, an ſi iudex impetratus tempore impetra-
tionis ſit excommunicatus, ſed tempo.e receptionis
ſit abſolutus valeant literæ.nam videtur quòd ſic:qa
videtur inſpiciendum tempus receptionis literatum
per iſtum tex.& ideo cum illo tempore ſit abſolutus
videtur quòd teneat reſcriptum. In cōtrarium facit,
quia hic agi videtur de vitio ſurreptionis,quia ſi Pa-
pæ fuiſſet hoc expreſſum, qđ fuiſſet excōicatus non
dediſſet illud.facit.ſ.de re iud.ad probandū.& ſic vi
detur quòd inſpiciatur tempus datę,per id quod hẽ.
ſ.de reſcrip.conſtitutus.& quod etiā tetigit hic glo.
circa fi.& quod etiam dixi ſuperius. & iſtam partem
quod literæ non valeant.tenuit hic glo.dicens etiam
quòd ex quo ſunt nullæ à principio non reconuale-
ſcunt. licet poſtea reperiaẽ abſolutus tp̄e receptiōis
literarum.facit de reg.iur.non confirmaẽ.lib.6. Ioā.
And.& do.Ant.poſt cū dñt glo. procedere ſi erat pu
blicę excōicatus: quia tunc nulla imprimitur iuriſdi
ctio à prin.ꝑꝑ incapacitatē ꝑſonæ,& pro tanto ſunt
nullæ.ſ.de re iud.ad probandū.ideo ex poſtfacto nō
cōualeſcunt ꝑ dictā regulā nō firmaẽ.li.6. in occul-
to aūt excōicato non procedit gl.ſm eos: qa ex quo
eſt occultus,& ſic toleratus recipit habitum iuriſdi-
ctionis,licèt poſſet per exceptionē elidi. & ideo cū
habeat iuriſdictionē ſi contingat eū abſolui ante præ
ſentationē reſcripti poterit exercere iuriſdictionem,
nec poterit tūc exceptio excōicationis obijci ex quo
eſt abſolutus.& plus facit qđ hẽ ĩ l.ſi cognati.de reb.
dub.vbi ſufficit quē eſſe cognatū tp̄e mortis. licèt nō
fuerit tp̄e teſtamenti,ad idē etiā facit quod hẽ in l.in-
teruenit.ff.de lega.præſtan.& in l.interdicit. ſ.de cō
dit.& demonſt. & quod hẽ in l.non intelligitur.§.qñ
aūt.ſ.de iure fiſci.& plus dicit hic Io.And.quòd ſi ēt
non fuerit abſolutus tp̄e pręſentationis literarum,&
proceſſerit in cauſa:quia non fuit oppoſita exceptio
excōicationis tenebit proceſſus ex quo erat tolera-
tus:faciat quod hẽ in l.Barbarius.ff.de offic.prætoris.
& in l.2.C.de ſent.& interlocu.omn.iudi.& 3.q.7.§.
tria.& quod hẽ in d.c.ad probandum à contrario ſen
ſu.Et prædicta dicit Io.And.ꝓcedere poſt Io.de mō-
te merlo.qñ impetrans ignorauit illū excōicatum. ſe
cus ſi ſciuiſſet ipſum excōicatum tempore impetra-
tionis:quia tunc vẽ quòd non valeat reſcriptum. per
ea quæ hñr.ſ.de reſcrip.ſuper literis. & ſic non pote
rit procedere etiā eo poſtea abſoluto.per ea quę hñt
de reg.iur.non firmatur.lib.6. & ff.de reg.iur.in l.q
ab initio.Et ex hoc no.diligēter quòd tolerantia non
operatur effectum quò ad commodū ſcientis.facit ēt
quod no.Io.Cal.in d.c.ad probandum.& ſ. de reſer.
ſciſcitatus. & iſta procedunt qñ impetratur in iudi-
cem ille qui eſt excōicatus.vbi aūt ipſe impetrās eſ-
ſet excōicatus,tunc cōiter tenetur quòd ſiue ſit publi
cè excōicatus,ſiue occultè non valet reſcriptum. per
ea quæ hñr in c.1.de reſcrip.in 6. de quo dicendum,
9 vt ibi plenè not.per Io.And. & Lap.Ab. ¶†Itē ad-
uerte,qa tāgit hic Io.An.poſt Philip.qđ ſi aliquis im
petrauit à Papa ſibi prouideri de prębenda ſi qua va-
cat,an ſufficiat quòd vacet tempore pręſentationis li
terarum.& concludit quod non, quia impetrans vẽ
ſe retuliſſe ad tempus datę.& conſequenter Papa. ar
gu.l.j.C.de diuer.reſcrip.ſecus dicit Philippus ſi Pa
pa proprio motu mandaret prouideri de præbenda
ſi qua vacat: quia tunc vẽ ſufficere, quòd vacet tem-
pore pręſentationis per iſtum text.Sed certè vẽ diui-
nare quòd hic motu proprio fuerat facta conceſſio.
¶Item videtur quòd cum de natura cōditionis quæ 6
ſonat in tempus pręſens ſit quod ſi illud ſecundum
non poteſt habere locum non habeat locum diſpoſi-
tio.l.cum ad pręſens.ff.ſi cer.pet. vẽ quod nō debeat
habere locum cum non habeat locum reſcriptū con
ceſſum per Papam ſi prębenda non vacat tēpore da-
tę,& iſtud tenet hic do.Pet.licèt Io.And. tranſeat cū
dicto Philippi.& ad iſtum tex.reſpōdit do.Pet.quòd
hic loquitur qñ nedum mandauit conferri præben-
dam ſi qua tunc vacabat, ſed etiam mādabat ipſum
recipi in canonicum,& in fratrem. quo caſu cū non
debeat vanum nomen canonici habere.ſ.eo. relatū,
videtur fuiſſe mens Papę,quòd de prębēda prouidea
tur quamprimū facultas ſe obtulerit. facit quod ha-
betur.ſ.eo.dilectus. & ſic ſecus videtur ſecūdū eum
qñ ſimpliciter mandatur ſibi conferri prębēda ſi qua
vacat. per id quod dixi ſuperius,cōiter tñ conſueuit
Papa mādare, qđ prouideaẽ de ꝑbenda ſi qua vacat
aliàs prouideaẽ de ꝓxima vacatura.¶In gl.3.ibi.con
ſimilē dationē.Sed certè imò nō fuit cōſimilis: quia
hic nullus fuit datus executor.Sed ĩ caſu d. c.propo-
ſuit.fuit datus executor ad ꝓuidendū ſaltē negligēte
ordinario collatore.Ideo ꝑ pñtationē lrārū affectę,&
ligatę fuerūt manus ordinarij collatoris.facit qđ ha-

a ¶Modo reſtat. Sup hac pte gl. vide d. Hē. Boych. hic in 2. colū. ver. ſuper eo.c.

betur In Decretali ſi capitulo.de cõceſ. præben.in 6.
Ideo nimirũ ſi ibi nõ tennit collatio alteri facta. ¶ In
ea.gl. ibi.prohibuit alij dare.ſupple.& ſic vr̃ qđ non
teneat collatio alteri facta velut facta ꝯ prohibitionẽ
Papæ.facit quod no.de elect.proinde.lib.6. & quod
dixi. ſ̃.eo.dilecto.circa fin. ¶ Sed potes dicere quòd
contrarium procedit in expreſſa prohibitione Papæ.
Secus in tacita qđ velit per quandã ꝯñam,vt hic ꝓ-
batur.& bene facit quod notant Legiſtæ in ſimili. &
maximè Bar.in l.ſeruũ filij.§.fin.ff.de leg.1.vbi potẽ-
tius operaẽ legatũ ſeruitutis expreſſẽ factũ per teſta-
torem quã ſi veniat tacitè in cõſequentiã alterius le-
gati.¶ In ea.gl.ibi.contra legẽ animatã . potes dicere
quod hoc verũ eſt tacitè.& per quandam ꝯñam, ſed
non expreſſe ideo non inualidatur electio. ¶ In ead.
gl.ibi.de rei vend.ſi fundũ. Si certè ibi non inualidaẽ
actus,ſed inducitur mala fides ſi quis demũ poſt ci-
tationẽ ſibi factã vendidit alteri rem. & ſic potius cõ
cordat cum eo quod hic dr̃. & eodẽ modo põt rñde-
ri ad l.dolo.& l.quædã.§.ſi quis aũt.quæ inferius alle
ganẽ:qa pp denunciationẽ nõ infringitur actus, ſed
inducitur mala fides.¶ Ad capi.aũt ſm.j.de ope.no.
nunc.quod alle.hic glo.põt dici quòd ibi eſt ſpecia-
le qñ aliquis ædificat nouum opus poſt demum ci-
tationem ſibi factam ne ædificet. & hoc pp contem
ptam maieſtatẽ prætoris qui illud ædictum inducit,
vt hr̃ in l.j.ff.de no.oper.nunc.¶ In ea.gl.ibi.ipſa præ
benda non eſt obligata. & ſic ſolum vr̃ adeſſe obliga
tio perſonalis quæ non afficit rem, nec illam ſequiẽ,
ſeu illius poſſeſſorem.l.j.§.ſi hæres.ff.ad Treb.& l.vl
tima.in fi.ff.de contrahen.empt.¶ In ea.glo. ibi.non
tñ peccat eligendo alium. facit etiam pro hoc quod
hr̃.j.de ſpon.c.ſicut ex literis.vbi patet quòd licèt il-
le qui contraxit ſponſalia de futuro cum aliqua ma
le faciat cum alia contrahendo per verba de præſen-
10 ti,tñ tenet contractus.¶ In ea.glo.in fi. ¶ †Et ſic vult
glo.quod quia per mandatũ Papæ per quod manda-
tur prouideri de canonicatu & prębenda ſolum vide
tur eſſe intentio Papæ , vt perſona cui ſit mandatum
obligetur,non aũt quod ex hoc conſtituaẽ ius in re,
vel afficiaẽ ipſa prębenda ſi non eſt appoſita clauſula
decreti:nec datus executor.Iõ meritũ tũc factũ ꝯ mã
datum Papæ tenet,nec debet dici factũ cõtra legem
animatã:quia intentio Papę fuit ſolã perſonã obliga
11 re non ius in re conſtituere.Obligatio† aũt perſona-
lis non licẽt impedire actũ,nec ſequiẽ poſſeſſorẽ,vt di
ctum eſt ſuperius. ¶ Pręterea dicit do.Ant. qđ nõ eſt
12 ſimplr̃ verũ† quòd factũ cõtra legẽ nõ teneat de quo
per gl.in cle.j.de iurepat.& per Legiſtas in l.non du-
bium.C.de leg.põt etiam dici quod hic non ſit con-
tra prohibitionẽ expreſſam facti licèt poſſet dici qđ
hic ſit contra tacitam prohibitionẽ.& in quandã cõ-
ſequẽtiam reſultantem , quę non vr̃ eſſe tantę poten
tię quanta eſt expreſſa . Et per prędicta etiam poteſt
13 ſolui aliud contrariũ quod poſſet fieri ſi dicatur † qđ
intimatio facta per executorem apoſtolicum ordina
rio ne conferat alteri,videtur ligare manus ordinarij.
de conceſ.pręb.in decretali ſi.ſoli.in 6.de reſcrip.ti-
bi qui.eo.lib.6.& ſic vr̃ quod idem ſit dicendũ ſi Pa-
pa mandat alicui collatori ordinario qđ cõferat im-
petranti beneficiũ.Nam põt rñderi quòd non eſt bo
na parificatio:quia in cõtrario interuenit expreſſa in-
hibitio executoris,ſed hic nõ interuenit expreſſa in-
hibitio Papę.Et per ꝓdicta ẽt patet nõ obſtare quod
habetur.ſ̃.de appel.vt noſtrũ, quia ibi loquiẽ qñ Pa-
pa negotiũ reuocauit à ſe.facit quod hr̃ eo.tit.ſi duo-
bus.& quod no.per Inn.de conſti.cũ M. Sed hic ſe-
cus qđ patet,qa mãdauit ipſi ordinario collatori, vt
cõferat.& pro prędictis ẽt facit, quia vr̃ quòd per mã
datum de prouidendo directum ordinario collatori
non vr̃ quęri ius impetranti in ipſo beneficio, vt inſe
rius tangiẽ poſt gl.ideo nimirum ſi tenet collatio alte
ri facta. & qualiter afficiatur beneficium,ſeu quibus
modis.& per conſequens , qualiter & qñ ligenẽ ma-
nus ordinarij collatoris recurre ad glo.magiſtrã,ple-
niorem de corpore iuris in Decretali ſi ſoli. in ſecun
da parte glo.circa fi.de conceſ.pręben.lib.6. & facit
etiam quod habetur in tex.& eo.tit. & li.in Decreta
14 li, ſi capitulo.¶ †In gl.quarta, In fi.cõiter tenetur qđ
vitiatur impetratio etiam ſi beneficium non ſit ſuffi-
ciens.de qua non eſt facta mẽtio . expreſſum eſt hoc
in c.ſi motu proprio.de pręben.in 6. & ad literã iſtã,
dum dicit,ſi non habet ſufficiens,debet ſuppleri ma-
xime.& idem ſi interuenit aliud impedimentum ca-
nonicum.facit quod no.in c.ſi proponente . hic alle-
gato.& quod habetur.ſ̃.eo.in c.tuis . ¶ In gl.fi.in fi.
dicit etiam hic Aegidius quod debebit prouideri de
quotidianis diſtributionib' ex quo fuit receptus ĩ ca
nonicum.per ea quę hñr.ſ̃.eo.dilectus. ſed Io.And.
dicit quod de illis.ideo non dixit,quia de illis debe-
bit prouideri etiam poſtq̃ fuit ꝓuiſum de beneficio
prębẽdali,de hoc tñ an recepto authoritate apoſtoliẽ
ea debeanẽ diſtributiões quotidianę dixi.ſ̃.eo. pro il
lorũ do.Elo.hic dicebat qđ per iſtũ tex. nõ probatur
qđ receptus authoritate apoſtolica debeat hr̃e diſtri
butiones quotidianas:quia de illis nõ loquiẽ hic, ſed
de redditibus cõibus.& verũ tñ dicit.de hoc dic , vt
15 dictũ fuit ĩ d.c.pro illorũ . ¶ †Extra gl.p̃t opponi qđ
ex ſimplici mãdato Papę quęraẽ ius impetrãti. per id
quod hr̃ de renuncia.c.veniens.cũ ibi not.per glo.&
doct.& ſic vr̃ quòd collatio alteri facta in ꝑiudicium
iuris prędicti nõ debeat tenere . & qđ debeat ꝓferri
impetrans ſi non fuit in negligẽtia.per id qđ hr̃ de re
ſcrip.tibi qui.lib.6.Inno. hic volens contrariũ euita-
re.dicit qđ per iſtũ text. vr̃ quòd per literas monito-
rias, vel ẽt pręceptorias nullũ ius quæraẽ impetrãti :
quia ſi eſſet quæſitũ,videreẽ qđ poſſet reuocari ꝓben
da alteri collata cuius contrariũ hic dr̃ . Et ideo dicit
qđ iſti qui receperunt literas Papę ſolum vñr obliga
ti ipſi Papę ratione inobedientię . & pp hoc tenetur
prouidere de redditibus cõibus donec fuerit benefi
cium prębendale aſſecutus . vnde iſta obligatio non
ſurgit à iure quod haberet impetrans in prębẽda:ſed
à iure obligationis quęſito Papę ratione inobediẽtię.
& ideo cõcludit quòd per literas monitorias nõ q̃ri-
tur ius impetranti.Nec ob.qđ hr̃.ſ̃.de reſcrip.in c.li-
teris.vbi dr̃ quod ſucceſſor exequiẽ literas monito-
rias prędeceſſorias: quia rñdet qđ ibi ſucceſſor exeq
tur factũ ꝓdeceſſoris nõ ex vi iuris quęſiti impetran-
ti:ſed ex quadã honeſtate exequiẽ mandatum princi-
piatũ per prędeceſſorẽ.facit quod hr̃ 63.diſt.c.Adria
nus.Nam tale mandatũ licèt non inducat ius impe
tranti:tñ videtur obligare recipientem mandatũ re-
ſpectu ipſius mandantis . Idem dicit Hoſt. videlicet
quod per ipſas literas monitorias non quęritur impe
tranti ius in re,vel ad rem,facit quod no. Io.And.ĩ c.
1.de conceſ.pręben. in 6.ſuper tex.in glo. dicit Hoſt.
ſed bene per ipſas literas quęritur quoddam ius per-
ſonale agendi & inſiſtendi corã ſuperiore , & implo-
randi eius officium,vt ſua gratia ſortiatur effectũ.fa-
cit quod no.Io.And.& Inno.in d.c.1. & ſ̃.de conſti.
cum M.vnde cum iudicis officium non præſupponit
obligationem.l.cui per concluſionẽ . ff.de act.empt.
non põt propriè dici quod ordinarius cui Papa ſcri-
bit ſit obligatus illi impetrãti. licèt lato ſumpto voca
bulo põt dici obligat'.p ea q̃ hñr ĩ l.actionis.ver. ff.
de act.

de act.& oblig.& l.pecuniæ verbū. §.fi.ff.de verb.ſigni.Et facit ēt quod no.in l.j.ff.de iuriſd.om.ind. Tale tñ ius non afficit rem nec dirigiẽ ad illā, ſed ad pſonā. Et ideo collatio alteri facta tenet,licèt debeat prouideri interim de cōibus redditibus, vt litera dicit.& ſic tranſit Io.And.& do.Anto. Et facit ēt quod no.per Io.And.in d.c.t.de conceſ.præbẽ.in 6.¶ Sed aduerte,quia licèt hic & ibi dicatur quod impetrans non habet ius in re, nec ad rem,verum eſt quatenus dr̃ de iure: quia illud ſolum quæritur per collationẽ factam de præbendis.c.pen.& de conceſ. præb. c.ſi. in 6.¶ Sed quatenus dr̃ de iure ad rem vr̃ intelligendum de iure quod afficit rem:quia re vera tale ius ad rem non quæritur:quia non afficitur ipſa, res ſeu beneficium: nec ligantur manus ordinarij collatoris p ſimplex mandatum apoſtolicum,ſed demū ſi aliquid interueniat de his quæ not.in d.c.ſi ſoli. in glo.magna.in ſecunda parte ſui. Sed non video quid repugnet quominus dicatur quæſitum ius ad rem ex quo competit officium iudicis contra ipſum recipientem mandatum,vt prouideat de ipſo beneficio iuxta formam mandati. Fateor tñ quòd non habeat ius ad rẽ videlicet tale per quod dicaẽ ipſa res eſſe affecta,ſeu ipſa præbenda: vel quòd ſit obligata ipſa præbenda. Sed ſolum cenſetur obligata perſona ad cōferendū. facit quod hr̃ hic in glo.3. & ideo ex quo habet ſolū ius perſonale licèt malefaciat ordinarius collator cōferre alteri,tñ tenet collatio alteri facta.& ſuccedit illud vulgatum quod multa fieri non debent,quæ tñ ſi fiant tenent.ſ.de iureiur.quemadmodū.& l.j.§.dubium.ff.qñ app.ſit.canonizata. 2.q.7. aliàs. 6.§.bidnum.& facit ēt quod hr̃ in l.quoties. C.de rei vendi.iuxta.l.qui duobus. ff.de fal. vbi patet quòd licèt malefaciat ille qui vendidit rẽ vni. Si vendat poſtea alteri & tradat,tñ tenet ſecunda venditio & traditio.

16 ¶ †Secūdo pōt opponi ɔ text. quia vr̃ qđ non teneat collatio alteri facta poſt receptū mandatū Papę.p ea quę hñr.j.eo.ſi poſt.li.6.Solue quod iſte text.dēt intelligi qñ non erat facta collatio canonicatus per Papam,nec erat eius authoritate receptus tpe quo collata fuit prębenda. Secus ſi fuiſſet collatus canonicatus per Papā, vel etiā authoritate Papæ fuiſſet receptus in canonicū anteq̃ collata eſſet præbenda: quia tunc nō teneret collatio præbendæ poſtea alteri facta ex eo:quia ꝑbenda iam tunc fuiſſet affecta. licèt non fuerit q̄ſitum ius in re,ſed ad rẽ p ea quæ hñr in d.c.ſi poſtq̃.& p no.per glo.in d.c.ſi ſoli. ĩ gl.magna in 2.parte.de conceſ.ꝑben.in 6. ¶ Ideo tunc collatio alteri facta non teneret.per ea q̃ hñr in d. c.ſi poſtq̃. & c.ſi clericus.cod.tit.& li.de reſcrip. tibi qui. eo.li. ¶ Sed iuxta hoc occurrit dubiū nūquid hoc caſu qñ poſt collationẽ canonicatus, vel receptionẽ in canonicum factā authoritate Papæ conferri ꝑbenda alteri poſſit talis receptus in canonicū agere ad ꝑbendā cōtra tertiū cui facta eſt collatio.Io.And.poſt Inn.ponit duas opiniones. Prima fuit qđ ſic,ſaluo niſi ille tertius ꝑcedat ipſum volentẽ agere ĩ receptione: qa ſi tertius ille fuiſſet primus,vel prius in canonicū receptus ex quo ſibi eſſet collata ꝑbēda nō poſſet agi ɔ eū.de reſcrip.tibi qui. lib.6. niſi ĩ caſibus de qb⁹ ibi. Sed vbi nō ꝑcedit ipſum volentẽ agere in receptiōe, tunc dñt iſti qđ licèt iſte volens agere nō habeat ius in præbēda niſi ſibi aſſigneẽ.ſ.eo.dilectus.& j.eo. c. pen. in 6.tñ ille ad quẽ ſpectat collatio nō habuit poteſtatẽ cōferendi alteri:qa affecta fuit ꝑbēda & ligatæ erãt manus ipſius ordinarij p receptionẽ ĩ canonicū factā authoritate Papæ.vñ ſm iſtos poterit petere ab ipſo ordinario collatore ꝑbendā ſibi aſſignari,ſeu cōferri ex quò collatio alteri facta nō tenet, & ſucceſſiuè ſcā ſibi aſſignatiōe poterit agere ɔ detētorẽ ꝑbendę.& ſi ille ad quẽ ſpectat hmōi aſſignatio recuſat hoc facere recurret ad ſuperiorẽ,vt cogat illū. per id quod hr̃.j.de iurepa.nullus. & ex prædictis patet ſm iſtā opi.qđ prius dēt fieri aſſignatio præbendæ p habentẽ poteſtatẽ q̃ agi poſſit cōtra ipſum tertiū. ¶ Secunda fuit opinio qđ ēt nulla aſſignatione facta poſſit agi p ipſum receptū in canonicū cōtra detentorẽ præbēdæ.arg.eorū q̃ hñr.ſ.eo. inter cętera. ¶ Nā ex quo quis eſt receptus in canonicū ɔñr habet ius, vt ſibi conferaẽ præbenda. arg.ſ.eo.relatū.potiſſimè cū canonicatus & præbenda videanẽ hr̃e quandā cōnexitatẽ.facit quod dictū fuit.ſ.eo.maioribus. do.Ant. hic dicit poſſe cōcordari opiniones.Nā aliud eſt quærere nunqd talis receptus poſſit agere ad prębēdam tanquā ſuā nulla facta aſſignatione. & tunc dicendū eſt qđ non.& ſic intelligiẽ prima opinio: quia añ aſſignationẽ ſeu collationẽ non dr̃ eſſe ſua. j.eo.c.pen. lib.6.& de conceſ.præb. c.filius.eo.lib.6.& facit qđ no.ſ.de reſcrip.mandatum.circa fin.poſt glo. per Io. And.¶ Aliud eſt quęrere nunquid talis receptus cōtra tertium poſſit agere ad ꝑbendam tanquā ſibi debitam ēt nulla facta ſibi aſſignatione. & tunc dicendum eſt quòd ſic ex quo prębenda erat affecta p receptionem in canonicū.& conſequenter obligata, vt ſuperius tactum eſt pp quod etiam non tenuit collatio. & ideo vr̃ q poſſit illā petere tanquā ſibi debitam.& ſucceſſiuè poſtea illa relaxata facere ſibi conferri ſeu aſſignari.& ſic poſſit intelligi ſecunda opinio. ¶ Et ex prædictis ēt potes inferre quòd ſi dati ſunt executoris pluribus receptis in canonicos executio executores illius qui primo loco eſt receptus erit iuſta. & ideo ſi executores aliorū mādent, vt ꝑbenda cōferatur illis cū illa ſit debita primo recepto nō quęrereẽ ius. facit pręallegatū.c.tibi qui. quia mandato taliū executorū non erit obediendū. & ſi per eos feratur excōmunicatio pp inobedientiā erit iniuſta, vel forte etiā nulla,cū de iure tunc contradicaẽ eorū mandato. ideo tunc non vr̃ valere excōicatio lata cōtra illū qui de iure cōtradicit per ea quę hñr.ſ.eo.pro illorū. in glo.2.& ſuper ea dixi.Et per hoc etiā vr̃ quod ſi emanant contraria mandata à diuerſis executoribus tenentur canonici illud mandatum exequi pp quod ſi ſpernerent poſſent iuſtè excōicari. facit quod hr̃. ſ. de reſcrip.cum contingat. Nam vt dictum eſt ſi alij excommunicent,excommunicatio vr̃ eſſe nulla. per ea quę hñr in d.c.pro illorum.In glo.2.facit quod habetur in pręallegato.c.mandatum.ad fi.per Io.And.

17 poſt glo. ¶ †Tangit vlterius Io.And. hic; an receptus contra conferentẽ alteri habebit aliquam actionem. nam.ſ.viſum eſt an habeat cōtra tertiū aliquā actionem ad prębendā.& concludit quòd non niſi de dolo,vel actione in factum ad expenſas.arg.l.j.ff.de dolo.& l.cum à te.eod.tit.facit quod not.ſ.de renūcia. c.ſanè. & c.veniens. dicit etiam quòd vr̃ quòd poſſit accuſare de crimine ſtellionatus. p ea quę hñr de crimine ſtellionatus.l.j.& l.3.& facit quod no. ſ.de

18 teſti.teſtimonium. ¶ †Sed iuxta prędicta etiā poteſt dubitari,an poſſit collator cōparere, & aſſiſtere liti q̃ mouetur contra tertiū cui facta eſt collatio. dicit Innoc. quod ſic,ſicut venditor poteſt aſſiſtere emptori in lite quę ſibi moueẽ.l.ſi rem.§.fin.ff.de euict.& ſic legatarius aſſiſtere pōt hęredi ne colludaẽ. C.de religioſis.auth.nūc ſi hr̃s.intereſt em̄ collatoris ne euincaẽ ꝑbēda:qa aliàs tenenẽ ei ꝓuidere.ſ.eo. cū ſm.& c.ſeq.cū ibi not.& ideo poterit aſſiſtere. facit qđ hr̃ ſ.đ teſti.veniēs.il 2.& qđ plenè no.đ re in.cū ſup. di

cit tñ Inn. quòd licèt collatori poſſit aſſiſtere, non tñ poterit principaliter aſſumere in ſe iudicium ſup validitate collationis. ſecus dicit in electorib. qui principaliter poſſunt in iudicium deducere. & diſputare de iuribus electi. ſ. de ele. c. dudum. el. ij. & de cauſa poſ. cũ eccleſia. Et ratio diuerſitatis eſt: quia ex collatione acquiritur ius ex quo eſt facta, eſt perfectè ius quæſitũ, cummodo non ſubſiſtat aliquod canonicũ impedimentũ. Electio verò non eſt pfecta donec ſit cõfirmata, licèt ſit perfecta. facit qđ hr. ſ. de reſtit. in integ. c. ij. in magna gl. p Inn. Et iõ põt diſputare de viribus ipſius electionis: q: nõ cenſent̃ functi oĩno ſuo officio, qa ex quo electio facta eſt p eos, non eſt oĩo pfecta: qa nõ eſt cõfirmata. Sed collator ꝯferẽdo functus eſt officio ſuo: qa nil eſt fiendũ. Iõ non põt tũc principaliter diſputare de virib. collationis. ¶ Et p pdicta vr̃, q ſi ſecuta eſſet confirmatio electionis: quia tunc eſſet pfecta ipſa electio non põt tunc electores principaliter diſputare de electione ſicut nec collator d' collatiõe: ſed ſolũ põt aſſiſtere ſicut & collator. Et ex hoc not. equiparari ius qſitum ex electione ſecuta ꝯfirmatione iuri qſi. o ex collatione. facit quod no. in c. j. de elec. in vj. ¶ Vltimo Io. An. tangit hic an hæc decretalis pcedit ẽt in literis monitorijs quo ad ius agendi ꝯ collatorẽ ex hac decretali, vt ei puideat qñ alteri facta eſt collatio taliter quòd teneat. dicunt quidã qđ nõ, qa nõ ſufficit impetrantẽ habuiſſe monitorias. Sed requirit̃ ẽt qđ habuerit præceptorias. ¶ Alij vero dixerunt, q nedũ requirit̃, qđ ẽt habeat pceptorias: ſed requirit̃ ẽt quod habeat executorias ad compellendũ. ¶ Recitat tñ tertio alios dicere qđ ſufficit qđ habuerit monitorias. Et iſtud tenet Hoſt. ex eo quia non requirit̃ qđ quis habeat ius ĩ re quo ad iſtud ius agendi cõtra collatorẽ, imò ſufficit quòd facta fuerit puentio præſentando literas. arg. c. quod autẽ. de iurepatro. & quia pp monitorias hẽt ius ſupplicandi qđ denĩ etiã preceptorię & executorię. ſ. de reſcri. i. literis. & c. ex inſinuatione. ¶ Nec ob. qđ literæ monitoriæ vr̃r habere vim conſilij. & per pñs nõ vr̃r obligare, cũ ex cõſilio qs nõ obliget̃. l. 2. in fi. ff. mandati. & ſ. de arbit. cũ olim. & de reg. iur. nullus ex cõſilio. lib. 6. qa rñdet qđ illud eſt verũ in cõſilio qđ dat̃ in fauorẽ eius cui cõſulitur: ſecus vbi conſilium reſpicit vtilitatẽ tertij, vt eſt in caſu iſto: quia tunc bñ obligat qđ tenẽ menti pro limitatione. d. l. 2. & cum iſto dicto trãſit hic do. Ant. & do. Pet. ſed do. Flo. hic vr̃ tenere oppoſitũ. Nam dicit quòd cũ non reperiamus expreſſum de monitorijs: ſed de pceptorijs tñ de quibus ſolũ loquit̃ iſtud. c. quod vr̃ dicendũ eſſe aliud in ipſis monitorijs: quia ſm eũ nõ dñr canonici hoc caſu ſpernere mãdatũ apoſtolicũ: ſed potius nõ audire preces. ¶ Et iſta ſunt diuerſa ſm eum. dicit tñ quòd hodie curia Romana nõ dat monitorias ſed pceptorias & executorias. de quo in c. ſi ſoli. de cõceſ. præben. in 6. vbi p gl. de materia. Et de efficacia literarum apoſtolicarũ. Et facit ad materiã quod hr̃. ſ. de elec. cũ in veteri. Sed aduerte pro opinione cõi facit illud vulgatũ qđ monitio ſeu rogamen ſuperioris habet vim pcepti. l. j. §. 1. cũ ibi no. ff. quod iuſſu. ¶ Vltimate qđ fuit dictũ in gl. 2. de illo qui erat excõicatus tempore quo fuit impetratus in iudicẽ. & poſtea abſolutus inducebat hic do. Pet. ad q. de illo qui erat vſurarius manifeſtus tempore teſtamẽti & non pſtabat cautionem: ſed poſtea ante mortẽ præſtabat illã an valeat teſtm̃. de quo tangit gl. in c. quanq̃. de vſur. in 6. & ibi Io. And. ſup glo. & p Bar. in l. filio. ad fi. ff. de iniu. teſta. ibi finaliter concludit q ſic. de quo latius dicendum vt ibi per eum.

a ¶ Habẽs. Iſtud. c. ſecũdùm do. Abb. & alios eſt multum famoſum, & eodem modo ſummat̃ p eũdẽ Abb. ſicut hic. Et ſi qras, quæ ſint beneficia, q̃ de iure ſimul teneri poſſũt & quæ nõ. Add. hic d. Hen. Boye. in prin. poſt Inno.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſia vna debet eſſe vnius ſacerdotis*

2 *Pluralitas eccleſiarum parochialium & dignitatum eſt prohibita ſecus in ſimplicibus.*

3 *Beneficium ſecundum curatum ſimile primo recipiens quæ pœna puniatur. & nume. 13.*

4 *Collatio facta indigno non eſt nulla ſecus in electione.*

5 *Beneficium curatum primum vacat per receptionem ſecundi curati.*

6 *Poſſeſſio auferri non debet non citato poſſeſſore.*

7 *Beneficium vacans per acceptationem ſecundi cõferri debet intra ſex menſes aliàs collator punietur.*

8 *Pluralitas perſonatuum & dignitatum eſt prohibita etiam ſi ſint ſine cura.*

9 *Perſonatus & dignitas an ſint idem. & num. 39.*

10 *Diſpenſare poteſt Papa ſuper pluralitate curatorum & dignitatum & perſonatuum.*

11 *Diſpenſare poteſt Papa ſuper pluralitate dignitatum propter ſublimitatem perſonæ & literaturam.*

12 *Scientia nobilitat & an literatura præferatur bonitati.*

13 *Beneficium ſecundum curatum poſt primum recipiens, an euitet pœnã ſi ante litem conteſtatam primum dimittat.*

14 *Et an poterit renunciare primo ſine licentia ſuperioris, & an erit in optione ſuperioris quòd velit vacare.*

15 *Beneficia priora quando vacare dicantur poſt receptionẽ epiſcopatus.*

16 *Confirmatus in Epiſcopum non eſt Epiſcopus niſi ſit conſecratus, ſed ante conſecrationem dicitur electus.*

17 *Electus in Epiſcopum & confirmatus repellitur à conſecratione per exceptionem criminis & per conſequens à dignitate.*

18 *Confirmatus in Archidiaconum, an poſſit exercere officium, & ea quæ ſpectant ad officium Archidiaconi licèt non ſit Diaconus, nec poſſit Euangelium ſolenniter dicere, poſſet tamen alteri committere ſi velit & nume. 19.*

20 *Beneficium primum curatum vacat per effectualem acceptationem ſecundi curati: fallit tamen in pluribus.*

21 *Sed ſi acceptans ſecundum habeat eius poſſeſſionem, ſed non habet pacificam non tamen impeditur percipere fructus, an tunc vacabit primum.*

22 *Beneficiatus, an faciat fructus beneficij ſuos. & nu. 23.*

23 *Pœna ſtatuta promoto ad beneficium curatum, an habeat locũ in promoto ad dignitatem.*

24 *Beneficia maiora debentur illis qui imbuti ſunt maioribus virtutibus & maiori ſcientia.*

25 *Acceptatio perſonarum quando fieri dicatur. & nu. 33.*

26 *Diſpenſare an poſſit inferior à Papa ſuper pluribus curatis ſine dignitatibus.*

17 *Iuramentum quod eſt contra vtilitatem eccleſiæ non eſt ſeruandum.*

28 *Stylus curiæ an faciat ius.*

29 *Diſpenſare non põt Epiſcopus in pluribus præbendis eiuſdẽ eccleſiæ.*

30 *Diſpenſare an poſſit Epiſcopus in pluribus beneficijs alijs, quàm curatis, perſonatibus, & dignitatibus.*

31 *Cauſa legitima diſpenſandi quæ ſint.*

32 *Diſpenſatio eſt contra ius commune.*

34 *Beneficium quando dicatur curatum.*

35 *Beneficium ſecundum requirens reſidentiam acceptans, an videatur renunciare gratiæ pendenti ſuper beneficio etiam requirente reſidentiam.*

36 *Tempus ſex menſium à quo tempore currat collatori.*

37 *Collator ſi differt conferre intra ſex menſes quare puniatur.*

38 *Fructuum perceptorum quantitas qualiter conſtare poſſit.*

DE multa. Habens [a] dignitatẽ, pſonatũ vel beneficiũ curatũ, ſi ſm tale recipiat vacat primũ ipſo iure. & ſi ſm retinere contẽderit ẽt ſecũdo priuabit̃. & ille ad quem ſpectat prioris collatio illud liberè ꝯferre põt. qđ ſi ĩtra ſex mẽſes ñ cõfert duplici pœna punit̃, ĩ litera hic expreſſa. & cũ ſublimibus & literatis pſonis circa taliũ pluralitatẽ Papa diſpẽſat. h. d. Et tres ſunt ptes principales. Nã ĩ prima ponit̃ ꝯſtitutiõis cã. In ſecũda ꝯſtitutio. In tertia qdã ꝓteſtatio. Secũda ibi. pñti. Tertia ibi. circa ſublimes. ¶ Prima pars diuidit̃, qa primo ponit̃ cõſtitutionis cã. Secũdo repetit tenorẽ Cõcilij Lateran. vt ĩ

litera

ſitera patet.Secunda ẽt pòt ſubdiuidi. Nã primo pri
uat habentẽ bñficiũ curatum ipſo bñficio ſi recipiat
ſm tale. Scd̃o pcẽptorũ pęnã aggrauat. Tertio colla-
torẽ primi mouet,vt ipſum ꝯferat. Quarto eũ punit
ſi nõ cõferat. Quinto ad pſonatus ꝯlõnem ꝓrogat.
Sexto addit de plurib.perſonatib.non curatis in vna
eccleſia non habẽdis.ſcd̃a ibi.& ſi forte.tertia,ibi,his
quoq;.quarta ibi,& ſi vltra.quinta ibi,hoc idem.ſex-
1 ta ibi,addentes.¶†No.j.ꝯſtõnem eſſe faciendã, ſeu
edendã cũ multa ꝓuidẽtia.facit.iiij.diſt. erit aũt lex.
põt dici ſm abbatẽ,qđ ꝓuidẽtia fuit in hoc:qa vna
eccleſia vnius dẽat eſſe ſacerdotis.ſ̃.c. cũ nõ ignoras.
Nã ꝑ hoc eccleſię melius deſeruit.¶ Itẽ qđ pauperi
bus clericis melius põt ſubuenire. & ꝑ hoc ẽt magis
periculo aĩarũ obuiat,& tollit auaritiæ vitiũ. facit q̃
2 hr̃.ſ̃.c.auaritiæ.¶†No.pluralitatẽ eccleſiarum paro-
chialiũ,& dignitatũ fore ꝓhibitã. & ꝑ hoc vr̃ a con-
trario ſenſu, qđ non ſit ꝓhibita pluralitas in bñficijs
ſimplicib.de quo fuit dictũ.ſ̃.c.cum iãdudũ.& no.ẽt
3 ꝑ gl.j̃.de reſcr.gratia.lib.vj.¶ † No.pęnã recipientis
ſin bñficiũ curatũ ſi hẽat primũ ſimile.nam ante hoc
capitulũ pęna erat,ꝗ debebat priuari ipſo ſecundo.
Et no.ẽt pęnã quã incurrebat ꝯferens ante hoc.c.qa
dẽbat priuari ptãte ꝯferendi.Ex ꝑdictis ẽt vr̃ qđ col-
4 latio † facta indigno nõ erit nulla.ſecus tñ in electio
ne facta de indigno.ſ̃.de ele.cũ in cunctis.& facit qđ
5 legit̃ & no.j̃.de exceſ.ꝑla.ĩter dilectos.¶†No. quod
hodie ꝑ receptionẽ ſecũdi bñficij curati ipſe iure va-
cat primũ curatũ.& ſic in hoc eſt immutatũ ius anti-
quũ,ꝗ erat ante hoc.c.Et no.ẽt pęnã ꝯtumaciæ ĩ nõ
dimittendo primũ:qa venit illo priuandus.& hodie
ẽt eſt addita pęna ꝑ extrauagãtẽ,execrabilis Io.xxij.
in §.q vero. qa ſi ſtatim ſub teſtimonio publico ver-
bo,& facto nõ dimittit primũ bñficiũ efficit̃ inhabi-
lis ad eccleſiaſticos ordines.& ẽt ad bñficia. & ẽt pri
uat̃ ipſo iure ſcd̃o bñficio,ex quo abſq; moræ diſpen
dio,verbo,& facto in manib.ordinarij ſub publico te
ſtimonio nõ dimittit,ſeu relaxat primũ. vt hr̃ in dicta
extrauaganti,execrabilis in §.q vero.& intellige qđ
ꝑ acceptionẽ ſcd̃i curati ipſo iure vacat primũ cura
tũ,qñ recipit ſm cum effectu. vt qa habet ipſius poſ-
ſeſſionẽ,& percipit fructus. aliàs ſecus per id qđ hr̃ ĩ
c.ſi tibi conceſſo.j̃.eo.in vj.& qđ dicetur in glo.iij.&
ſuper ea.& pro hoc etiam facit,quia recipere & habe
re,dẽt intelligi cum effectu.l.nomen filiarum.§.hẽre.
ff.de ver.ſign.& l.iij.§.hæc verba.ff. quod quiſq; iur.
& de pęnit.diſt.j.§.hęc aũt verba.in verſi.is quoque.
¶No.qđ vbi per ius inducit̃ priuatio bñficij ipſo iu-
re,ſic nõ obſtante poſſeſſione facti põt ordinari' col
lator ꝓcedere ad collationẽ,qđ ꝓcedit ẽt non voca
6 to poſſeſſore.j̃.c.licèt eps.lib.vj.licèt † poſſeſſio non
dẽat auferri nõ citato poſſeſſore, vt ꝓbat̃ in d.c.li-
cèt pñs,an aũt ſi in impetratione bñficij facta a Papa
nõ fiat mentio de poſſeſſione colorata poſſeſſoris. li
cèt re vera nõ hẽat ius inualidet̃ impetratio,dicet̃.j̃.
de ꝯceſ.ꝑb.cũ noſtris.& facit qđ ibi hr̃ in tex.& co.
7 ti.c.literas.¶ Itẽ no.duplicẽ pęnã nõ cõferentis† be-
neficiũ vacãs per acceptationẽ ſcd̃i intra tp̃s ſex mẽ
ſiũ.Nã ꝑ hoc deuoluit̃ ad aliũ collatio.& ẽt cogit̃ ip
ſe negligẽs aſſignare de ſuis ꝓuentib. tñ quantũ fuit
ꝑceptũ tp̃e vacationis cõuertendũ in ipſius vtilitatẽ
eccleſię q̃ vacauit.¶ Itẽ no.in ver.hoc idem.qđ ſicut
pluralitas curatorũ bñficiorũ eſt inhibita,ita ẽt plura
8 litas pſonatuũ.ꝯñr ẽt dignitatũ.¶ † Et no.ꝗ plurali-
tas perſonatuũ,& dignitatũ ẽt ſi ſint ſine cura eſt ꝓhi
bita,maxime in eadẽ eccleſia.facit qđ hr̃.ſ̃.de ele.du
dum.el.ij.& ex ꝑdictis ẽt not.ꝗ fortius vr̃ prohiberi
pluralitas in eadẽ eccleſia,q̃ ĩ diuerſa. & per hoc di

cebat Aegidius , & Io.An.poſt eũ qđ ſi per Papã di-
ſpenſat̃ cũ aliquo,vt poſſit hr̃e plura beneficia nõ ex-
tendit̃ diſpenſatio dicta,vt poſſit hr̃e plura beneficia
in eadẽ eccleſia.ſed in diuerſa.facit quod hr̃.j̃.de cõ
9 ſan.& affi.in c.ſup eo.& c.ꝗ dilectiu.¶†Item no.ſm
do.Ant.qđ perſonatus, & dignitas vñr idem , & ꝯñr
vñr eſſe ſinonyma.¶ Sed certè , vt hic ſentit Io.And.
potius vr̃ intelligi oppoſitum,videlicet qđ perſonat'
& dignitas nõ ſint idẽ. Nam hic ponitur alternatiua
inter illa, quæ hẽt alternare diuerſa.ff.de verb.ſigni.
in l.hæc verba.§.ille aũt . Pro dicto tñ do.Anto.facit
quod hr̃.ſ̃.de conſtit. cum acceſſiſſent.& de reſcri.ad
aures.in quib.idem beneficium vr̃ vocari dignitas,
& perſonatus:ſed qđ ſint diuerſa facit iſte text. & de
elec.c.j.§.hoc aũt,lib.vj.& de reſcr.ſtatutũ. circa pri.
eo,li.de ꝯſue.c.j.e.li.& de eo qui mittitur in poſſ.cũ
q.eo.li.& de præb. qa ſępe eo.lib.& in cle.ij.de iu-
di.& in ꝯſtõnẽ,execrabilis Ioannis.xxij.de qua hic ꝑ
Inn.& Hoſt.& Ioã.An.poſt eos. & ẽt per Hoſt.ĩ ſum
ma huius ti.§.ij.& per Arch.in c.j.de conſue. in vj.&
per Guil.de Monte.Lau. in cle.j.de ꝑbẽ. & per d.de
Rota in concluſione.clxxviij.de quo etiã inferius tã-
10 getur.¶ † Item no.poſſe Papã diſpenſare ſuper plura
litate curatorum,& ſuper pluralitate dignitatum, &
& perſonatuũ.¶ A contrario no.quod inferiores nõ
poſſunt videlicet ſuper talibus diſpenſare.argu.corũ
quæ hñr.ſ̃.de præſumptionibus.nonne.& ff.de iudi.
l.cum prętor.¶ Item ẽt a contrario no. quòd in alijs
beneficijs vr̃ epiſcopus poſſe diſpenſare . de quo tan
gitur in gl.fi.& ſuper ea.¶ Item not.quòd Papa dẽt
diſpenſare qñ cauſa ſubeſt.& ſic facit quòd diſpenſa
tio facta cauſa non ſubſiſtente non iuuet diſpenſatũ
ſaltem in foro conſcientiæ.facit quod no. gl.in c.nõ
eſt.j̃.de voto.& quod no.Inn.ſ̃.de renun.c.cũ inter.
11 ¶†Itẽ no.duas cãs ſufficientes ad diſpenſandum.Pri
ma eſt ſublimitas perſonæ,& literatura.& ſic no.qđ
æquiparantur ſublimes,& literati.¶ Et pro hoc facit
12 quia literatura † ſeu ſcientia ſublimat,nobilitat,& ha
bilitat hominẽ.l.prouidendũ.C.de poſtulando.¶ Vl
timo potes notare,qđ præferri vr̃ literatura bonitati.
quod procedit quo ad diſpenſationem.aliàs aũt , vr̃
ꝗ præferatur bonitas literaturæ.per id quod hr̃ in c.
ſedulo.xxxviij.diſt.cũ ſequentib.ſcd̃m do.Pet.potes
tñ dicere quòd ibi loquitur quo ad hoc , vt nõ dẽant
reprehendi,ſeu derideri facientes malam latinitatẽ,
vel malã locutionem celebrando diuina officia.facit
quod hr̃ in eo.d.c.indignum. vbi Aug.dicit indignũ
eſſe verba ſacræ ſcripturæ ſubijci regulis grammati-
13 ces.¶†In gl.i.ibi ſtatuimus.& pro hoc facit quod hr̃
ſ̃.de fo.cõp.ſi diligenti. in glo.quę incipit, ſed nun-
quid.Et ſic vult gl.qđ euitetur pęna ſi ante litem cõ-
teſt.dimittat primũ bñficiũ.Inno. vero hic ponit opi
niones nihil approbando.Nã recitat vnam quod re-
quiratur conditio iudicialis: aliã quod ſufficeret ex-
traiudicialis.Hoſt. vero dicit qđ ſufficit ſi ipſo moni
to,vt dimittat. & ſtatuto termino ad dimittendũ ipſum
bñficiũ,& ſi ipſum non dimittit intra terium tũc la-
pſo termino hẽbit locũ pęna. facit qđ hr̃.ſ̃. de coha.
cleri.& mulie.in c.ſicut . & hęc opinio vr̃ ſatis ęqua.
ſm Io.An.dicit tñ Io.An. ꝗ iſta diſputatio ceſſat ho
die ꝑ extrauagantẽ,execrabilis Io.xxij.in §.qui vero.
qa oportet , qđ ſpontè abſq; more diſpendio ſe offe-
rat ad dimittendũ.& dimittat ipſum primũ beneficiũ
verbo, & facto in manibus ordinarij ſub teſtimonio
publicarũ perſonarũ.aliàs ipſo iure priuat̃ ẽt ſecũdo.
& fit inhabilis ad ſacra,& quæcunq; beneficia eccle
14 ſiaſtica. ¶†.In ea.gl.in fi.& cõiter doct.tranſeunt cũ
gl.Pe.tamen,& Abbas dicebant,quod iura hic alle-

gata,& gl.poterant dici ẽt hodie eſſe incorrecta in caſu videlicet in quo ſuperior nõ hẽt ratã acceptationem ſecũdi bñficij:qa non potuit renuntiare primo beneficio ſine licentia ſuperioris . & iõ ſi acceptauit ſm ſine licentia ſuperioris primi bñficij non vacabit primũ beneficiũ:ſed erit in optione,ſeu electione ipſius ſuperioris,qđ velit vacare:quia ſi habebit ratã acceptationẽ ſecũdi vacabit primũ.aliàs vacabit ſcđm. & ſic quodãmodo põt dici quod remanet electio in dicto caſu.& ſi dicat vr eſſe abſurdum , ꝙ pro modico beneficio,ꝙ prius habebat repellanẽ ab acceptatione ſecundi,ꝙ fortè erat pinguè.põt dici, ꝙ hoc nõ eſt abſurdũ:qa imputet ſibi qui illud a principio acceptauit.facit ꝙ hr in c.clericus victum.xj.diſt. vrũ ꝙ ſi aliqua eſſet vtilitas in acceptando ſm poſſet haberi recurſus ad ſuperiorem ſuperioris, vt ipſum cõpellat habere ratam acceptationem ſecundi.arg.c.nullus.j.de iurepa.¶ Sed aduerte,quia ſolutio prædicta Pe.& Abbatis non vr bona quantum ad contrarium qa in contrarium datur electio parti quod beneficiũ velit eligere . ſed ſm ſolutionẽ prædictã non daretur electio parti,ſed ſuperiori.¶ No.tñ ex ſolutione pđicta,quòd vbi hñs primum curatum acceptat ſecũdũ curatum ſine licentia ſuperioris primi bñficij nõ ſimpliciter vacat primũ:ſed vr ſolum vacare quo ad præiudicium acceptantis:non aũt ad pꝛiudicium ſuperioris primi beneficij in cuius ptãte erit,an velit habere ratã acceptationẽ ſecundi : & tunc vacabit primum . ¶ An vero nolit hre ratam.& tunc nõ vacaret primũ. facit ꝙ no.s̃.de renun.ammonet.& c.quod in dubijs, & iſtã partẽ,ꝙ ibi acceptatur ſm curatum ſine licentia ſuperioris primi beneficij ẽt curati nõ vacet in pꝛiudiciũ ſuperioris:ſed ſolũ ipſius acceptantis.& ſic limiteẽ text.iſta tenuit gl.in c.ſi quis vero. vij.q.j.& in c.ſi qs iã tranſlatus.xij.q.j. & tenuit ẽt Gof.s̃.de conſue.cum venerabilis.& ẽt Hoſt. hic,qui dixit qđ reputat prælatũ,ſeu ſuperiorẽ fore ſimplicem ſi dedit licentiã ipſi acceptanti ſm anteꝗ de facto, & de iure renuntiet primo .gl.verò in c.ex ore.j̃. de his ꝗ fiunt a maio.par.cap.in gl.pe.vr velle,ꝙ ſimpliciter,& indiſtinctè per acceptionẽ ſecundi curati vacat primũ curatũ.¶ Nec ob.ſi dicat,quòd non poteſt renũtiari primũ beneficiũ ſine licentia ſuperioris.s̃. de renun. ammonet.& c.ꝙ in dubijs.quia reſpondet ibi gl. qđ illud procedit in renuntiatione expreſſa.ſecus in tacita,ꝗ ſurgit ex diſpõne iuris ex aliquo facto, vt eſt ĩ caſu propoſito:qa tũc nõ requirit ꝯſenſus pꝛlati ĩ tali renuntiatione:nec ꝯr in priuatione,ꝗ inducitur a iure ex ipſo facto,vt erat hic. Et ꝓ iſta opinione facit qa videmus in ſimili, qđ licèt clericus nõ poſſit expreſsè renuntiare priuilegio clericali.s̃. de fo.comp. ſi diligenti.tñ facto ſuo puta ĩmiſcẽdo ſe enormitatibus poterit renũtiare priuilegio clericali.j̃.de ſen.excõ.ꝑpẽdimus . & ſir ẽt facto ſuo ꝑdit ſi ter monitus nõ incidat in habitu,& tonſura.j̃.de ſen.exc.in audiẽtia.& c.cõtingit. & facit qđ hr.s̃.de vi.& ho.cle.in c. fi.¶ Itẽ ꝓ pꝛdicta opinione ẽt facit,qa clericus nõ pt ſine ꝯſenſu ſui pꝛlati expꝛſſe ꝓrogare iuriſdictionẽ ẽt ĩn aliũ iudicẽ eccleſiaſticũ.s̃.de for.cõpe. ſignificaſti. & tñ tacitè delinquendo,& ꝯhẽdo ſic ẽt ſine licentia s̃.de fo.cõpe.cũ ꝯtingat.& c.poſtulaſti. & c.fin.& ſic eo.mõ vr dicẽdũ in ꝓpoſito,qa licèt expreſſe renuntiatio nõ poſſit fieri ſine licẽtiã pꝛlati,tñ tacita renuntiatio ſurgẽs a facto acceptationis ſcđi bñficij vr,ꝙ teneat ẽt ſine licẽtia ſuperioris d.Ant.hic dicit, qđ ꝑ pꝛdicta olim in trãſcurſu lectionis cõſueuerat cõcordare opiniones hoc mõ:qa opinio reqrens ꝯſenſum prelati,ſeu ſuperioris habeat locũ qñ acceptat ſecũdum beneficiũ extra diœceſim pꝛimi beneficij. & ſic ĩ illa diœceſi. Secũda aũt opinio hẽat locũ qñ acceptat ſm beneficiũ in eadẽ diœceſi.Et ratio diuerſitatis poterat eſſe ſm eũ:qa ſine literis cõmendatijs nõ vr poſſe acceptari bñficium extra diœceſim.facit.s̃. de cler. nõ reſi.c.fraternitati.& ratio ẽt rationis eſſe põt. qa epſ tunc perdit clericũ ſuum.ideo cũ de eius pꝛiudicio agatur vr requiri ipſius conſenſus.ꝗ rõnes videntur ceſſare,qñ acceptat ſm in eadẽ diœceſi. finaliter dicit qđ Hoſt.in vtroq; caſu tenet , qđ reqrat licẽtia ſuperioris primi bñficij,ſiue acceptatio fiat de ſecundo curato in eadẽ diœceſi,ſiue in alia, vt in c.expoſuiſti.j.eo.ꝯcludens qđ non vacabit primũ ad pꝛiudiciũ ſuperioris niſi cõſentiat,& ratũ hẽat:qa factũ,vel delictũ ipſius clerici non dẽt nocere ſuo ſuperiori.alle. qđ hr.vij.q.j.non oportet.& c.ſi quis epiſcopus.& c. ſi q vero.& c.ſi qs pꝛsbyter.Et iõ finaliter ſeqnũ opinionẽ Hoſt.ꝗ originaliter fuit gl.in d.c.ſi qui vero.& in c.ſi qs iam tranſlatus . ſuperius allegatis dicens ꝙ opinio illa ſeruaret in practica. idem ſequitur hic d. Flo.dicens qđ gl.in d.c.ex ore.non procedit de iure, nec probatur etiam per illum tex.vt ibi dicetur. Fatetur tamen quòd pauci obſeruant,qđ petant licentiã.
15 ¶ †In gl.iij.ibi poſt tpſ conſecrationis ſupple,& habitæ poſſeſſionis.Nam non ſufficit quod hẽat poſſeſſionem niſi ſit conſecratus, vel tranſactũ tpſ cõſecrationis.de quo in c.cũ in cunctis.hic allegato,nec ſufficeret etiam ipſum eſſe conſecratum ſi non haberet nec poſſet hre poſſeſſionem corporalem ipſius epiſcopatus.¶ In ea.gl.ibi.cum in cunctis. & ſic vr velle gl.quod ſi priuilegium epꝛorum,qđ non vacent priora beneficia etiam poſt habitam corporalem poſſeſſionem epatus niſi ſit conſecratus, vel tranſactũ tempus de conſecrandis . & ſic vr quòd ab alijs hoc non ſit vſurpandũ.Et ex hoc inferri poteſt quòd cõfirmatus in archidiaconum,qui diaconus non eſt,ſeu non hẽt ordinẽ diaconalẽ,& promotus ad parochialẽ eccleſiẽ licèt nõ ſit tunc pꝛsbyter,vel promotus ad abbatiã licèt non ſit adhuc benedictus,nõ hẽbunt hoc priuilegium,ſed ſufficiet qđ hẽant poſſeſſionẽ beneficij vel per eos ſtet quominus hẽant licèt cõfirmatus in archidiaconũ debeat promoueri poſtea ad diaconatum intra tpa de quibus in d.c.cum in cunctis.in §. inferiora.& ſir promotus ad parochialẽ eccleſiã debeat promoueri ad pꝛsbyteratũ,ſm ea quæ hñr in d. §.inferiora.& de elec.licet canon.libr.vj.Et ſimiliter promotus ad Abbatiã dẽt bñfici.s̃.de ẽta. & qualit.
16 c.j.& ratio diuerſitatis eſt ſm Inn.† quòd cõfirmatus in epm non eſt epſ niſi ſit conſecratus : ſed ante cõſecrationẽ dr electus.s̃.de tranſl.c.j.& ij.ver. ſed neq;. Sed confirmatus in archidiaconũ bene eſt archidiaconus.& appellat archidiaconus ẽt anteꝗ ꝓmoueat ad ordinẽ diaconalẽ.d.§.inferiora . & oĩa põt facere ꝗ põt archidiaconus, & quę ſpectent ad eius officiũ, nec ꝯ eum põt excipi,qđ non ſit archidiaconus.facit quod hr.s̃.de app.conſtitutus.el.ij. licèt cõtra nõ cõfirmatũ poſſet excipi.vt ibi hr,Hoſt.vero dicit,quòd ſibi placet dictũ gl.& Inn. ſed ratio Inn. ſibi diſplicet dum dicit quod ſubtiliter intuendo ſiue in nomine, ſiue in dignitate,ſiue in officio fiat cõſideratio idem iuris vr in vtroque,videlicet in archidiacono, & epiſcopo.de nomine patet ſecundum eũ : quia vr quod propriè non poſſit nominari archidiaconus: quia diaconus non eſt de officio,patet:quia ſicut quò ad epiſcopatum dicimus eccleſiam eſſe viduã,quæ non habet epm conſecratũ,licèt confirmatũ.s̃.de trãſl.c.ij. ver.ſed neq;.ſic de cõfirmato in archidiaconũ.¶ Tertio poteſt dici ex quo diaconus non eſt quo ad ea, ꝗ ſpectant

ſpectant ad ordinem diaconalem.facit quod hr̄.j.de
ſcrutinio.c.j.& j̄. de clerico non ordi. miniſtrante p
totū.& ſi dicat̄ his nō obſtantib.archidiaconus, licet
non ſit diaconus ſi eſt confirmatus hēt adminiſtratio
nē iuriſdictionis.s̄.de off.archi.& c.j.& c.ad hęc.pōt
dici quod id contingit in promoto ad ep̄atum, qa ēt
confirmatus tantum licèt conſecratus nō ſit exercet
iuriſdictionem.s̄.de ele.tranſmiſſam. de dignitate ēt
17 patet ſm eum: † quia electus in ep̄m confirmatus re
pellitur a conſecratione per exceptionē criminis. &
per ꝯñs a dignitate ſic ēt, & electus in archidiaconū
ꝑ exceptionē criminis repellet̄ ab ordine diaconali.
& per ꝯñs a dignitate archidiaconali per decreta-
lem ſuper his.s̄.de accu.quæ loquitur tam de ordinā
do,q̄ de conſecrando,vt ibi patet.& ſic ideo ſi ꝓpter
crimen non pōt ordinari repellitur a dignitate.s̄. de
æta.& qua.c.j.ideo dicebat Hoſt.quòd ratio diuerſi-
tatis eſſe pōt:quia electi in epiſcopos pro maiori par
te non tranſeunt ꝓpria temeritate,ſed autoritate Pa
pæ.& ſi qui faciunt ꝯrium incurrunt pęnā.c.ij. & pe.
s̄.de tranſla.nec pro ſe promouendi preces porrigūt:
ſed inferiores per literas apoſtolicas . & ſępę per ne-
phas ſine ſcientia ordinariorū beneficia obtinent ad
inſtantiā porrigētiū preces . & ēt poteſt eſſe ratio ſm
eum.qa qui promouet̄ ad ep̄atum,vel proprio motu
Papę,vel ſaltē autoritate Papæ.s̄.de tranſla. ptęla. ꝑ
totum.& non ſemper Papa bene eſt informatus . &
multi caſus pñt contingere,ꝙ nō hr̄et ſm eū. & ideo
jus voluit ꝓuidere:ſed ī inferiorib. beneficijs cū fiat
ꝓuiſio per inferioris,qui ſunt melius informati,& fa
cilius pñt audiri.ideo in eis erit ſecus.& ſic reſidet d.
Ant.dicit tñ quod rationes Hoſt.vñr eſſe ſuaſiuę , &
non neceſſariæ inferentes.& dicit veritatē,& potiſſi-
mè oēs dignitates ēt inferiores ab ep̄atibus reſeruanē
per Papā.& per ipſum ꝯferunē, vt docet experiētia .
& ſic rationes Hoſt. non vñr bonæ . vnde Io.Cal.hic
tenet rōnem Inn.quia ſm eum verum eſt dicere,ꝙ li
cèt ꝯfirmatus in ep̄m non dicat̄ ep̄s ante cōſecratio-
nē:ſed dicat̄ electus,tñ ꝯfirmatus in archidiaconū dr̄
archidiaconus.vt patet in d.§.īferiora.& ſimiliter cō
firmatus in abbatē dr̄ abbas.licèt nō ſit bñdictus. de
æta.& qual.c.j.& ſilr̄ promotus ad eccleſiā parochia
lē dr̄ rector licèt nondū acceperit ordinē presbytera
18 lē.d.c.licèt canō.& d.§.inferiora.¶† Dicit ēt qd̄ ꝯfir
matus in archidiaconū.pōt exercere officiū,& oīa q̄
ſpectāt ad officiū archidiaconi de quib. in c.j.& c.ad
hęc.s̄.de offi.archi.dicit ēt,ꝙ licèt crimen repellat ab
ordine aſſumendo:non per hoc ſequitur,ꝙ non dicat̄
hr̄e dignitatem:qa ēt ſi haberet ordinē, ſi vellet adi-
piſci poſſeſſionē,& obijceret̄ crimen cū infamia , &
probaret̄ dēret repelli.j̄.de accu.accedens.¶Et ideo
finaliter tenet rōnem Inn.quā ēt ſequitur hic d.Flo.
& ſatis vr̄ probari per ea,q̄ hñr in d.§.inferiora.¶Et
pro p̄dictis ēt facit,quia vt ēt dicit hic do.Flo.ſufficit
ſic ſcriptum, & ſtatutū eſſe in promoto ad ep̄atū, &
non in promoto ad alia inferiora beneficia etiā ſi ra-
tio diuerſitatis reddi non poſſet.per ea quę habentur
in l.proſpexit.ff.qui & a quibus. & vj.q.iij.c. ſcriptū
eſt in lege . tñ vt dixi ſatis vr̄ eſſe ratio diuerſitatis :
quia non appellatur ep̄s niſi conſecratus, ſed appel-
19 latur electus,vt s̄.dixi.ſed † promotus in archidiaco
nū bene appellat̄ archidiaconus,licèt nondū ſit ade-
ptus ordinē diaconalē.d.§.inferiora.& licèt tunc nō
poſſet dicere euāgeliū ſolēniter ex quo nō eſt diaco
nus,q̄q̄ ad eius officiū ſpectet,vt poſſit dicere euāge
liū ſi ſit archidiaconus.s̄.de offi.archi.c.ij.licèt ſi ve-
lit poſſit alteri cōmittere.vt dicat,vt hr̄ in d.c.ij.facit
ēt qd̄ hr̄.s̄.de elec.ſuffraganeis.per qd̄.c.patet. qd̄ ēt

4 *Cauſa legitima abſentiæ a beneficio fingit aliquem haberi pro reſiden-
te:ſed non pro intereſſente diuinis.*
5 *Beneficia Principum ſunt latè interpretanda.*

LIcèt nobis. Abñs in ſtudio theo-
logię,licèt fructus ꝓ-
bẽdæ ꝑcipiat tñ diſtributiones quotitia-
nas non ꝑcipiat.h.d.& non recipit com
1 modã diuiſionẽ. ¶†No. primo ſm vnum
intellectum,ꝙ de iure iſto ratione ſtudij in ſacra pagi
na quis non poterat percipere redditus beneficij,ni-
ſi ſuper hoc a ſede Apoſtolica impetraſſet reſcriptum.
hodie vero abſque aliqua impetratione ſtudens in
theologia a iure habet priuilegiũ, vt poſſit percipere
fructus beneficij in abſentia.vt patet j.de magiſtris.
ſuper ſpecula.de alijs autem ſtudentibus in alijs fa-
cultatibus,an de iure poſſint percipere fructus in ab-
2 ſentia dixi.ſ. de cleri.non reſidẽ.in c.tuæ.¶† Itẽ not.
ꝙ abſenti cã ſtudij etiã theologiæ non debentur quo
tidianę diſtributiones : & dantur ſolum intereſſenti-
bus in diuinis.facit,quod habetur in c.vno. de cleri.
3 non reſi.in vj.cum ibi notatis per gl.¶† Item nota,ꝙ
appellatione redditaum beneficij nõ comprehendũ
tur quotidianę diſtributiones, quando illud verbum
profertur in priuilegijs de percipiendis redditibus in
abſentia.¶ Et nota etiam ex iſto tex.ar.qd non dicat
beneficiatus qui ſolũ poteſt percipere quotidianas
4 diſtributiones.¶†Item no.quòd legitima cauſa ab-
ſentiæ,licèt fingat interdum quem haberi pro reſidẽ
te.vt hic colligitur.& ſ.titu.j.de cætero. & c.cum di
lectus.tamen non fingit eum haberi pro intereſſenti
bus in diuinis ad quod dicetur,etiam bene facit,qd
notatur per gl.in dicto c.vno.de cleri.non reſiden.in
vj.¶In gl. prima ibi.interpretatur illam conſtitutio-
nem.

nem.& ſic videtur velle gl.quod hic reſcriptum emanatum proceſſerit ſecūdm illam conſtitutionem ſuper ſpecula.l.j̄. de magiſtris. & ſecūdm hoc reſcriptum nō fuerat neceſſarium, quia de iure competebat ſibi illud,quod fuit ſibi per reſcriptum conceſſum.& ſic ſuperuacua impetrauerat. quia non neceſſe fuit præcibus impetrari,quod iure communi conceditur.l.j.C. de theſauris.li.x. An cum dicunt, ꝙ tempo.e huius decretalis nondum emanauerat illa cōſtitutio ſuper ſpecula.licèt iſta, & illa ſint eiuſdem autoris cum iſta prius emanauerit. vt colligi poteſt arguendo ex ordine,per ea,quæ habentur in prima cōſtitutione huius voluminis. & ſic per reſcriptum fuiſſet tunc conceſſum priuilegium, tamen non debet habere diſtributiones quotidianas ſiue quis vtatur priuilegio,ſiue iure illius c.ſuper ſpecula.Sed contra prędicta facit,quia
5 † beneficia Principum ſunt latè interpretanda.l.fin. ff.de conſti.Principum.& j̄.de verb. ſigni.olim. ergo ex quò dicitur,ꝙ integre percipiat redditus, videtur ꝙ non dēat fieri reſtrictio.ſed potius ampliatio cuius contrarium hic videtur dici.ſolue, quod ꝯtrium procedit,quando agitur de præiudicio concedentis. facit,quod notatur.j̄.de dona. cum dilectus.ſecus ſi ꝑiudicio tertij.& eadem ratione eccleſiæ,& diuini cultus.facit,quod habetur.s̄.de offi.dele.ſuper eo.& de vſu palij.ex tuarum.& de reſcriptis.cauſam quæ.per Inno. Nam ſi contra præiudicium tertij beneficium non impetratur,multominus contra fauorem dimittet interpretari:cum ille ſit ampliandus.s̄. de conſtit. c.penulti. ¶ In eadem glo.ibi.multofortius in abſētia. & ſic vult gl.in effectu,ꝙ diſpenſatio de qua hic facit iſtum cenſeri reſidentem,ſed non intereſſentē in diuinis.quotidianę autem diſtributiones ſic, ſed Papa hoc noluit.& pro hoc litera ibi nolimus,&c. & quia indulgentia debet interpretari latè d.c.olim.de verb. ſigni.& dicta.l.fi.de conſtitu.princip.ſed hęc opinio non eſt bona. quia ſecūdm hoc iſta decretalis nō poneret ius commune, ꝙ in dubio non eſt faciendū ꝑ id, ꝙ hr̄.s̄.in prohemio huius voluminis.& pro hoc etiā quia quotidianę diſtributiones non vīr immediatè cenſende prouentus beneficij. ſed quodāmodo ſtipēdium intereſſentiæ diuinorum. ideo nimirum ſi non comprehenduntur,licèt indulgentia dicat,ꝙ integre percipiat prouentus beneficiorum,vt tangit do. Flo. ¶ In eadem gl.in fine.cum gl.concordat Hoſti.Inno. autem.s̄.titu.j.de cætero.dicit,ꝙ in caſu glo.habebit portionem eum contingentem detracto eo,ꝙ debeī menſę cōi.Io.And.etiam non declarat aliter dictum Inn.ſed fortè voluit.Inn.ꝙ ſi aliquæ portiones dabātur præſentibus de ipſis communibus redditibus, & certa portio etiā detrahebatur pro menſa cōi.fortè, vt ex illa poſſit ſatisfieri oneribus occurrentibus detracta illa dabitur portio ſua vnicuiq; reſidenti. Do. autem An.hic dicebat,ꝙ ſi in eccleſia vltra præbēdas eſſent etiam certę portiones quæ darentur ex redditibus cōibus qui dabantur cōi menſę.ex illis percipiebat quilibet partem,ꝙ etiā habens priuilegiū.de quo hic nedum habebit fructus ꝑbēdæ, ſed etiam portionē ſibi contingentē, & ex quo illa non danī rōne intereſſentiæ in diuinis.& ad hoc alleg.not.glo.in d.c. vno.de cle.non reſi.lib.vj. Quid aūt voluit dicere gl. dum dicit habita ratione victus quotidiani.Io. And. non declarat.nec do.Ant.d.Flor.dicit,ꝙ vult dicere ꝙ detraheī id,qđ debeī communi menſę,allegat,qđ ſe.& not.s̄.tit.j. de cętero.Sed certe iſta non vī fuiſſe mens gl.quæ vī loqui de eo,qđ daī,non de eo,quod detrahiī,& etiā,ꝙ dictū detrahendū id,qđ debeī menſę cōi vī intelligendum ſecūdm id,qđ dixi.s̄ poſt Inn.

a Propter. paupertatē idē ſūmat hic d.Abb. ſolet quæri ex his dicaī habere curā alarū,an prælatus, ſeu pſona, qđ idē eſt quo ad hoc, vel vicarius ad hoc, vt ſibi & non alij ꝑmitiæ decimæ oblationes ratione curæ danī de iure cūs cōpetant, & eos caueat vēdicare. vid. hic per do. Hēr. Boy. in prin.

Vnde melius vī dicendum, qđ mens gl.fuit,qđ fortè in eccleſia conſuetudo erat,vel ſtatutum, ꝙ cuilibet reſidenti daretur certa portio pro victu quotidiano.nam tunc talem portionē habebit priuilegiatus de qua in litera.Item idem tñ vī dicendū ſimplr certa portio dabaī cuilibet reſidenti.quia illam habebit iſte priuilegiatus,per ea,quæ ſuperius ſunt dicta.

SVMMARIVM.

1 *Annexio eccleſiæ fieri non debet ſine cauſa legitima.*
2 *Annectere,ſiue vnire, an poſſit Epiſcopus autoritate propria cā ſubſiſtente eccleſias præbendæ.*
3 *Vnire,an poſſit Epiſcopus eccleſiam menſæ ſuæ, vel menſæ capituli.*
4 *Canonici quorum præbendis annectuntur eccleſiæ,ſeu capellæ an ſint prælati illarum*

a EXpoſuiſti. Propter paupertatē ꝑbendarū poſſunt capellę annecti ꝑbendis reſeruata ꝑsbyteris ipſarū congrua portione.h.d.& in prima poniī ſupplicatio.in ſecūda ꝓuiſio. ſecunda ibi.ſt euidens.
1 ¶ † No.primo,ꝙ annexio eccleſiæ ꝑbendę,& eadē rōne dignitati, vel alteri eccleſiæ non eſt faciēda ſine cā.Et no. ꝙ legitima cā dī ſubeſſe,qñ hoc ſuadet neceſſitas,vel vtilitas eccleſię.Item not. ꝙ qñ eccleſia vniī alteri dēt ꝯgrua portio reſeruari ꝑsbytero habenti deſeruire eccleſiæ annexę.facit.ꝙ hr̄.s̄.eo.c.de mona.& c.extirp andæ.¶ In gl.fieri.ibi.non erant annexæ ꝑbēdis.ſupple,ſed fortè erāt collatæ in titulū canonicis, & ex diſpenſatione tenebāt capellam,& ipſam ꝑbendā.facit,ꝙ dictū fuit.s̄. e.nō iādudū.vñ ſi moriebaī canonicus cui fuerat cōceſſa ꝑbēda ſucceſſor in ꝑbenda nō hēbit capellam, ex quò ñ fuerat annexa ꝑbendę, niſi de nouo fuiſſet ſibi collata.& fortè dubitabaī, an poſt ꝯcilium gñale de quo in c.extirpandæ.poſſent taliter cōcedi. cū lr̄a in §.quia vero. videaī velle, ꝙ debeat capella q̄ non eſt annexa habere rectorē q illi deſeruiat.¶ Itē ēt dubitaī, an poſſet annectere capellas ꝑbendis. & videbaī, ꝙ quatenus in d.§.qa vero. ꝑmittiī ꝑ vicarium deſeruiri in capellis annexis illud haberet ſolū locū in annexis in præterito.& ſic videbaī,qđ poſt ꝯciliū non poſſent annecti:ſed cōtrariū hic determinaī,qa etiā poſt ꝯciliū debent poſſe annecti ſuadente neceſſitate ex cā diſpenſandi,vt poſſit diſpenſari,ꝙ canonicus ꝑbēdatus habeat ēt capellā cui tūc habebit facere deſeruiri ꝑ vicariū ꝑ id,qđ hr̄ in d.§.qa vero. & j̄.
2 e.non pōt.li.vj.¶ † An aūt Epſ poterit ꝓpria autoritate ſubſiſtente cā annectere,ſeu vnire eccleſias ꝑbēdæ,dicūt qdā ꝙ nō.ſed dēt hoc facere autoritate Papę.& ſic dicūt, ꝙ hoc fecit iſte Epſ de quo in ſuꝑſcriptione ꝑ iſtū tex.Cōtrariū tñ cōiter teneī, qa ēt non interueniēte autoritate Papę dūmō interueniat ꝯſenſus capli cā ſubſiſtente poterit vnire.ꝑ id, qđ hr̄.s̄.e. vacante.& j̄.de exceſ.pia.ſicut. ſed ipſe ſolus ſine autoritate Papę hoc nō poſſet.& ſic poſſet intelligi opi.
3 ꝑdictaū.¶ Aduerte tñ, qa † Epſ ēt cū cōſenſu capituli nō poſſet vnire menſę ſuæ,vel menſę capituli,qa non ꝑt qs autorari in facto ꝓprio, vt eſt expſſum in cle.ſi vna.de re.eec.non ali.& facit,ꝙ habeī in l.iiij. & ſufficit.ff.de autori.tuto.& ſic ex ꝑdictis patet,qđ aliud eſt vnire eccleſiā ꝑbendę vnius canonici.aliud vnire menſę capituli.nā primū fieri pōt, qa capitulū tunc nō autoratur in facto ꝓprio, cū aliud ſit capłm & aliud ſinguli de cap.xij.q.ij.qui manumittiī.ſecus in ſecūdo caſu.Quid aūt ſi capella eſt adeo tenuis, ꝙ ñ ꝑt ſufficere rectori,& canonico.dic,ꝙ non eſt fienda annnexio.ſed potius ſunt ſeruādi redditus rectori: & canonico ꝓuideri debebit ſecūdm modū. de quo diceī in c.de rectoribus.j̄. tit.j. Quæ aūt erit practica augmentandi

mentandi ꝑbendas ꝑ annexionē eccleſię. dic, ꝙ poterit eſſe duplex: vna, ꝙ certa portio reſeruat̄ præsbytero habenti deſeruire capellę. reſiduū habeat canonicus habens ꝑbendā cui fit annexio. vel ecōtra poterit fieri, ꝙ canonicus habens dictā ꝑbendam habeat certā portionē de redditibus eccleſię. & reſiduū hēat ꝑsbyter. facit, quod legitur, & notatur. ſ. eo. de monachis. Nec ob. qđ habetur. ſ. eo. extirpandę. §. fi. vbi videtur, ꝙ nō liceat, minuere redditus eccłiæ. & a quo libet alio intelligitur excepta iuſta cauſa, vt propter neceſſitatem, vel vtilitatem eccleſię. facit, quod legit̄ & notatur in §. niſi rigor. j. q. vij. & in l. fi. ff. qui ſatiſda. cog. & per hoc dicebat Hoſti. ꝙ ex magna, & neceſſaria cauſa poterit Epiſcopus contra ꝯſiliū diſpēſare per iſtum tex. ſed certè, vt dixit Io. An. ꝯſiliū nō prohibet aliquid de his, quæ dicuntur in iſto. c. & iō iſtud. c. non probat dictū ſuū: nec ēt. c. vacante. ſ. eo. vt patere poteſt ex ibi notatis. tene mēti. dictū Hoſt. Nam gl. cōiter dicunt, ꝙ Eṗs non poteſt diſpenſare ꝯ concilium, ſeu canonē conciliarem. vt patet ex not. ſ. eo. dilectus. & ſ. de elec. cum dilecti. nam Hoſti. vr̄ iſtud limitare, niſi ex magna cauſa velit diſpenſare. tñ vt dixi dictum ſuū nō bene iure ꝓbatur. ¶ In gl. iij. ibi. congrua portione presbytero. hic iunge ver. & ita ex cauſa. vſq; ad ver. & dic excluſiuè: & demū teneas ad id, qoud ſequit̄ in gl. in ver. & credo. vbi tangit quæſtionē, an † canonici iſti quorum præbendis annectuntur eccleſiæ, ſeu capellæ erunt ꝑlati illarū. an vero ſacerdos. & ponit vnā opi. vſq: ad verſi. & ita demū, in ver. v. hic ponit aliam opi. & finaliter tenet primā. ſed Hoſt. dicebat, quòd ſi capella detur collegio canonicorū, ſeu mēſæ cōi intellige per Papā, vel eius mandato ꝑ id, ꝙ hr̄ in cle. ſi vna. de rebus eccle. non alie. & quod. ſ. dixi ſuper gl. ij. tunc collegiū erit loco prælati, non autē ſinguli canonici. arg. 12. q. 2. q. manumittitur Si aūt annectitur præbendę, tunc canonicus illius præbendæ erit ꝑlatus. & ipſe, & vicarius habebunt curam. allegat de offi. vica. c. j. & ij. & q̇a ſicut vterq; habet emolumentum & onus, vbi autē certa portio ſolum aſſignaretur canonico, & non fieret annexio, tunc clarum, quòd ſacerdos qui ponitur in eccleſia habebit curam. ſ. e. auaritia. Inn. vero. ſ. eo. extirpandæ. §. j. dicit, ꝙ iſti præbendarij quādoq, habent curam laxam, ſeu largam, vel latam. vt quia ſu ꝑ vicarium in certis caſibus tantum, qñq; laxiorem, vt q̇a generaliter poſſunt excōicare, interdicere, & ſimilia exercere quæ ſunt de cura. Sed do. Ant. hic eo caſu quo capella annectitur ꝑbendę, dicit quòd canonicus habet curam quò ad habitum, ſed ſacerdos quò ad exercitium. idem in effectu do. Flo. nam dicit, qđ talis canonicus cui facta eſt annexio dicitur habere curā in habitu. & propriè ſ̄m eum titulus curę principalis cenſetur extinctus per annexionē. allegat ea, quæ habentur. j. ne ſede va. c. j. ꝑ hanc tamen annexionem non inhabilitatur canonicus ad alia beneficia plusq̄ ſi haberet ſolam præbendā per id, qđ habetur. j. eo. ſuper eo. li. vj. vicarius aūt in effectu. & quò ad exercitiū cenſet̄ prælatus, & in eo habet locum c. de multa. ſ. eo. vt probatur in cle. vnica. de offic. vi. Idem tenuit do. Pet. in d. c. extirpandæ. §. j. hic aūt vr̄ dicere, quòd canonicus nullatenus habeat curam ex eo, quia maior ſeptennio pōt eſſe canonicus, vt legit̄ & notatur de reſcrip. ſi eo tempore. & c. ſtatutum. in prin. lib. vj. & ſic in eo non videtur cadere cura. ¶ Prę terea ſi canonicus haberet curā, & ſacerdos eſſet vicarius, vr̄ quod dependeret cura vicarij a cura canonici. & ſic ſcđm eum mortuo canonico extingueret̄ poteſtas vicarij per id, quod habetur in c. j. de offi. vi. in vj. ꝙ tamen non eſt verum, vt dictum fuit. ſ. eo. in d. c. extirpandę. §. j. & ideo concludit, quòd ſacerdos dēt dici ꝑlatus, vt habere curam. & quod impropriè dicitur vicarius. & ideo in ipſo habet locum. c. de multa. & non in canonico, ut pate ex dicta cle. j. de offic. vi. iuncto. d. c. ſuper eo. j. eo. in vj. Fatetur tamen, quòd canonicus poterit agere, & conueniri pro iuribus eccleſiæ, annexę, cum adminiſtratio ſit ſibi cōceſſa. ſed non poterit impedire exercitium curę ipſius ſacerdotis, ſicut nec poteſt Epiſcopus impedire ipſum rectorem eccleſię in exercitium curę. ſed certè q̇cquid ipſe dicat hic vr̄ ſtandum eſſe ei, quod dixi poſt Innoc. do. Ant. & do. Flo. & ipſummet in dicto. c. extirpandæ. quia caſus eſt ibi, quòd ſacerdos appellatur vicarius. & ſic vr̄, qđ canonicus cenſeat̄ prælatus ſaltem quò ad habitum. & non ob. quod dēat finiri poteſtas vicarij finita poteſtate principalis prælati. q̇a illud ꝓcedat in vicario temporali, & voluntario, ſecus in ꝑpetuo, & neceſſario. quia autoritate ſuperioris, & nō ipſius prælati ꝯſtituit, vt contingit in caſu iſto. vt patet in d. c. extirpandæ. §. j. Et ad id, quod dicitur, qđ canonicus poteſt maior ſeptēnio. licèt ſit minor. 14. vel. 25. annis. & ſic videtur, ꝙ non poſſit habere curā, quia poteſt reſponderi, quòd illud eſſet verum, quādo deberet habere curam quò ad exercitium, ſecus qñ ſolum quò ad habitum in ꝓñtia propter quādam annexionem factam præbendę. quia tūc ius videtur quodammodo diſpenſare, vt taliter habeat, ex quò prę mittit ipſum habere talem præbendam cui annexa eſt eccleſia curata. ar. c. ꝑterea. & c. ex literis. ſ. de offi. deleg. & ff. de iuriſd. om. iud. l. ij. Et tractauit hic Hoſt. & Io. An. poſt eum aliqua quæ ſunt de materia c. de multa. ſ. eo. & quia per ea quę ibi dicta fuerunt illa ſunt expedita ſatis. ideo ea omittit. do. Anto. hic. tene tamen menti vnum, ꝙ dicit ipſe Hoſt. uidelicet, ꝙ ſi aliquis habens beneficiū recipit ſcđm ſine licentia ſuperioris primi beneficij, ꝙ ſi ad mandatū ipſius ſuperioris non reddit ad primum beneficium ꝓpter contumaciā poteſt ipſum priuare primo, & ſecundo beneficio. & quò ad ſcđm tenebit̄ iudex loci ipſius ſecundi ſententiam executioni mandare, ꝑ ea, q̄ hn̄t ſupra de foro. competē. poſtulaſti. quod tene menti.

S V M M A R I U M.

1 *Literæ Apoſtolicæ ſunt multiplices.*
1 *Surreptionis exceptio poteſt opponi contra literas Apoſtolicas.*
3 *Executor ad beneficium poteſt pronuntiare ſe competentem, uel incōpetentem.*
4 *Iuriſdictio non extinguitur penitus, quando ſuper incompetentis pronunciatur ſi appellatum fuerit.*
5 *Appellant, quando remittatur ad iudicem a quo appellauit.*
6 *Præſentatio literarum non ligat manus collatoris ordinarij quominus teneat collatio alteri facta etiam ſi facta fuerit pendente appellatione a ſententia executoris.*
7 *Iuſpatronatus, quando ſpectat ad laicum non includitur in literis apoſtolicis.*
8 *Laicus non habet collationem beneficij, ſed ius præſentandi.*

a Dilectus. Licèt a eccleſia ex donatione laici habeat ptātem bñficiū conferendi, tñ tenebit illius beneficij impetratio ēt de hoc mētione nō habita h. d. ¶ Et in prima ponitur impetrantis q̄rela. In ſcđa ꝓ-
1 uiſio. Secunda ibi. mandamus. ¶ † Not. j. plures ſpecies literarū Apoſtolicarū. nam q̄dā ſunt monitoriæ, ſeu rogatorię. quędā ꝑceptoriæ. quędā executoriæ. & olim cōiter ſeparatim tradebantur. vt patet ex his, q̄ habentur. ſ. de reſcrip. ex inſinuatione. aliquando ſi-
2 mul tradebantur, ut hic, & ſic cōiter hodie fit. † Item nota.

a ¶ Licèt: his. verbis, & codē ſenſu ſummat hoc ca. do. Abb. ſuper hoc ca. tractat d. Hēr. Boy. an priuilegiatus ſuccedens nō priuilegiato vtat iure ſuo. vide eius diſ. hic. Adde Bar. in l. fiſcus. ff. de iur. fiſ. & ꝑ Bar. in l. cū filius. §. in hac de uer. ob. in j. col. uerb. & iſtā gl. add. Cy. Bal. & Ful. in authen. quas actiones. C. de ſac. ſan. ecc.

no. ꝙ contra literas Apoſtolicas p̄t opponi exceptio
ſurreptionis de quo.ſ.de reſcrip. ad audientiam. & in
c.conſtitutus.& c.mandatū.Et not. ꝙ † executor ad
beneficiū vr̄ poſſe aſſumere partes iudicis, & ꝓnun-
ciare ſe competentē,vel incompetētē.de quo plenè.
4 ſ.de præſump.c.fi.& in cle. j.de offi. dele.¶† Itē no.
ꝙ per ꝓnunciationē ſup incompetentia nō vr̄ extin
gui funditus iuriſditio ſi appelletur a ꝓnunciatione
illa,vt hic videt̄ ꝓbari ſm vnū intellectū. & ſic vr̄ li-
mitari poſſe,quod hr̄ in c.ſignificātibus.ſ.de offi.de-
leg.vt inquātum ibi dicit̄ extingui iuriſdictionē per ꝓ-
nunciationē incompetentiæ, intelligatur qn̄ nō fuit
appellatū.ſecus qn̄ fuit appellatū.quia tunc non ex-
tinguit̄ ſaltē quominus ad eū poſſit fieri remiſſio ſm
aliū intellectū.¶No. ꝙ p pronunciationē ſup incō-
petentia non extinguit̄ iuriſdictio ſi illa pronuncia-
tio aperte ſit contra ius.facit,qđ hr̄ in c.j.ſ.de re iud.
Et no.etiā ex p̄dictis,qđ a pronunciatione ſuper in-
cōpetentia,licèt ſit interlocutoria poteſt appellari,ꝙ
ꝓcedit etiam de iure ciuili.vt gl. not.in auth.habita.
C.ne filius pro patre.& per Bart.in l.ij.ff. de ap.reci
5 piendis.¶† Itē not.caſum in quo appellans remittit̄
ad iudicē.de quo appellauit,qn̄ valet grauamen: ali
ter non eſſet reparabile,niſi remittat̄.facit, qđ legit̄,
& no.de excep.ſ.c.ſignificauerunt.¶Itē no. ꝙ in im
petrationibus non eſt neceſſe fieri mentionē de iure
ordinarij collatoris, etiā ſi de materia ſpeciale ad ip
ſum ſpectet poteſtas ꝯferendi, ꝙ intellige dūnō ſpe
ctet rōne eccleſiæ per id,quod dicit̄ cū gl.j. ¶ Itē no.
ꝙ in mandato de ꝓuidendo includit̄ bn̄ficiū de lai-
cis in clericū deuolutum. intellige rōne eccleſiæ per
id,qđ ꝓximè tetigi:& ex hoc no.ꝙ bn̄ficium tranſla
tū in clericū , licet originaliter fuit laici ſapit naturā
bn̄ficij patronati in clerico. & non bn̄ficij patronati
6 in laicū.facit,qđ hr̄ de iure patro.c.j.in vj.¶†Itē not.
ꝙ p p̄ſentationē literarū in quibus eſt datus executor
non vr̄ affici , nec ligari manus ordinarij collatoris
quominus collatio alteri facta teneat,etiā ſi facta ſit.
pendēte appellatione a ſnīa executoris.de quo.ī. di
cetur.& facit,qđ plenè hr̄ in c.ſi ſoli. in glo. magna.
de ꝯceſ.p̄bē.li.vj.nam hoc vr̄ ꝓcedere, qn̄ datus fuit
executor ad compellēdū. & an inhibitionē facta fuit
collatio.ſecus ſi poſt inhibitionē , vel ſi fuiſſet datus
ad ꝓuidendū,per ea,quæ hn̄r in d.c.ſi ſoli.& eo.ti.&
li.ſi capitulo.& vide oīno,qđ no.in dicta gl. magna.
circa fi.in d.c.ſi ſoli.¶In gl.j.ibi.ea quę.& facit , qđ
hr̄ de reg.iur.is qui in ius.li.vj.¶ In ea.gl.ibi. fortiter
nām.&c.& pro hoc facit,qđ hr̄ in l.paulus.§.j. alias
eſt lex per procuratorē.ff.de acq.hære. vbi ex muta-
tione perſonæ mutat̄ natura rei expreſſum eſt , quò
ad caſum noſtrum hodie in c.j.de iurepa.in vj. & ad
uerte,quia hoc ꝓcedit,qn̄ ius patronatus eccl̄iæ ſpe
ctans ad laicū conferī per laicū eccl̄iæ,vel p̄ſonæ ec-
cleſiaſticę . ſecus ſi deuenit ad p̄ſonā eccleſię intuitu
p̄ſonæ fortè ex ſucceſſione aſcendentiū,vel cōſangui
neorū. quia tunc nō cenſet̄ eſſe ius eccleſiaſticū cum
poſſit in laicum iterū deuenire.facit,qđ hr̄.ī.de iure-
pat.c.j.& c.ex inſinuatione.& quod notatur eo.ti.cū
dilectus.Ideo tunc non immutatur natura , licèt tem
poraliter deueniat ad clericū.arg.l.decurio.ff.de de-
cur.hic aūt datū erat eccleſiæ &c.ēt datū erat eccl̄iæ :
& ſic ēt ſi datur p̄ſonæ eccleſiæ in dubio , ſi aliud nō
apparet, nec adſit ad circunſtantiam aliud ſuadens
oppoſitū p̄ſumit̄ contemplatione eccleſiæ datū, per
id,quod hr̄.ī.de teſt.relatū.& c.requiſiſti.circa fin.&
ī.de relig.dom.intra quatuor. & dicebat Inn. hic , ꝙ
ſiue ſit clericus,ſiue laicus, qui habeat iura ſpiritua-
lia teneātur de eis reſpondere Papæ. & pro hoc vide

tur,quod inquantū gl.ſ.dixit,ꝙ ſi confert rōne iuriſ-
patronatus prebendas non poſſit per Papam cōpelli,
non bene dicit,quia licet de gratia eccleſia tolleret ,
quod iuſpatronatus eccleſiæ cadat in laicū cum cen-
ſeatur quid ſpūale.ſ.de iud.quanto.& ideo Papa poſ-
ſet de illo iure ſe intromittere ſi vellet.Nec ob.quod
habet̄ in c.dilectus.ī.de iure patro.quia ibi non loq
tur in Papa,ſed in legato q ēt ſi eēt de latere nō poſ-
ſet cogere laicū ad p̄ſentandū illū quē non vellet p̄-
ſentare.fateor tn̄, ꝙ etiā in literis Papę in dubio non
vr̄ velle derogare iuri laici, niſi expreſſe aliud appa-
reat.& hoc modo poſſet ſaluari gl.quæ melius dixiſ-
ſet dum dicit,non poſſet compelli ſi dixiſſet,non de-
bet compelli,quia ut dixi in dubio non debet,nec vi
7 detur derogare iuri laici. ¶†Et ex prædictis apparet
ꝙ interdum iuſpatronatus ſpectat ad laicum , & tūc
in dubio non includitur in literis etiam apoſtolicis.
interdū ſpectat ad eccleſiam, ſeu ad perſonam eccle
ſiaſticam intuitu eccleſiæ.& tunc bene comprehen-
dit̄.ſ.de offi.leg.dilectus.qđ procedit , & ſi originalr
ſpectauerit ad laicū,qa ſufficit,qđ ſcđm tempus lr̄a-
rum ſpectat ad eccleſiā , ſeu ad eccleſiaſticā perſonā
intuitu eccleſiæ eſſet ſi ex collatione , ſeu donatione
laici deuenerit. vt hic patet. Interdū vero ſpectat ad
eccleſiaſticā perſonā intuitu perſonę, vt qa clericus
ſucceſſit patri,vel conſanguineo in iure patronatus:&
tunc de iſto iure iudicandum ſicut iudicatur , qn̄ eſt
penes laicum per ea quæ hn̄r in d.c.j.& c.ex inſinua
tione.& c.cum dilectus . & quod notatur ēt in d.c.j.
8 de iurepa.in vj.¶†Item aduerte, quia vr̄ ꝙ laicus nō
habeat collationem beneficij. ſed ius præſentandi.ī.
de iurepatrona.c.j.per totum.& ſic videtur,ꝙ nō poſ
ſit in aliū transferre poteſtatē conferendi cū illā non
hēat.ar.corū q̄ hn̄r.ī. de iurepatro. qđ aūt.& j.q.vij.
in c.daybertum.& ff.de acq.re.do.l.traditio. ſed po-
tes dicere, ꝙ dū litera hic dicit de collatione dēt ex-
poni.in preſentatione.vel potes dicere ſcđo,ꝙ ex pri
uilegio Papę fortè Rex habebat poteſtatē cōferendi p̄
bendas.facit,qđ no.in c.bene quidē.xcvj.diſ.& p In.
ſ.de elec.ꝙ ſicut.in quibus patet , qđ Papa poteſt ex
plenitudine poteſtatis laicū habilitare ad ſpiritualia
& ſic poteſtatē conferendi bn̄ficium eccleſiaſticū. fa
cit etiā,qđ no.per gl.xvij.q.vij.in fi.ſummę. & xviij.
diſt.in prin.& in Spec.eo.ti.in fi.& qđ no. in c.p̄te-
rea.ī.de iurepatro.¶In gl.ij.in fi.hoc intellige, vt tā
getur ſuper gl.fi.de materia plenè notatur per gl.ma
giſtrā.in c.ſi ſola.¶In gl.magno,de conceſſio. p̄bē.in
vj.¶In gl.fi.in fi.dic ſcđm Io.ꝙ ſi executor fuit datus
ad cōpellendū tm̄,& nō inhibuit,nec interdixit col-
latori ante collationem:tunc procedit opi.gl.per ea,
quæ hn̄r de conceſ.p̄ben.in c.ſi ſoli.li.vj.ſecus ſi fuiſ-
ſet executor datus ad ꝓuidendū,vel a principio,vel
in negligentiā ordinarij,qa tunc per ſolam p̄ſentatio
nem lr̄arum ligatæ eſſent manus ordinarij . & ideo
non teneret collatio poſtea facta,vt ꝓbatur in decre
tali ſi capl'o.de conceſ.p̄ben.in vj. & hoc modo poſ-
ſet intelligi vltima opinio,de quo plenè in d.c.ſi ſoli.
& facit ēt,ꝙ dictū fuit.ſ.eo.pro illorum. & quod ple
nè no.per gl.in d.c.ſi ſoli.¶Extra glo.poteſt opponi
primo,ꝙ iſte collationes medio tēpore alij facte pen
dente appellatione debeant retractari,per ea que ha
bentur ſ.de appel.interpoſita.& eo.ti. non ſolū.li.vi.
& ff.nil innouari appel.penden.l.j.ſoluit Hoſt. quòd
non debent reuocari ex eo . quia dicatur mandatum
fuiſſe contemptum,ſeu ſpretum,per ea, quæ hn̄r.ſ.
eo.dilectus.el ij.& potiſſimè,quia poterant iſte deca
nus,& canonici ꝓbabiliter credere iſtos executores
eſſe incompetentes præcipue attenta eorū ꝓnuncia-
tione.

tione. nec ſimiliter debet fieri retractatio ex virtute appellationis, qa appellatio non veniebat ad ſuſpendendã ptãtem collatoris: ſed ſolũ ad ſuſpendẽdã poteſtatẽ executoris.& iõ remanebat poteſtas collatoris integra, a qua non fuerat appellatum: ſed de facto executoris.& ideo tenuit collatio interim facta. hoc tñ vr̃ intelligendum ſcd̃m ea, quæ dixi ſup gl.ſi.¶ Secundo poteſt opponi de.c.dilectus.el .j.& c.relatũ.ſ. eo.per quæ vr̃, qđ hic debuerit mandari, qđ interim haberet diſtributiones quotidianas etiã antcq̃ fieret collatio p̃bendæ. Sed poteſt dicere, qđ ideo in caſu iſto illud factũ non fuit, quia collatores vr̃r habuiſſe pbabilẽ cauſam non parendi, & vr̃r fuiſſe excuſati ppter pmotionem executoris. & ſic non vr̃r ↄtempliſſe mandatũ Apoſtolicũ. In cõtrarijs aũt nullã habuerunt cãm non parendi. Aduerte tñ, quia iſtud vr̃ procedere, qñ fuerunt executores ad compellendũ tñ. ſecus ſi fuiſſent ẽt ad prouidendũ, qa tunc ſtatim p actũ p̃ſentationis fuiſſent ligatę manus collatoris. vt ſ.dixi.& ſic, licèt appelletur a facto executoris tñ actus p̃ſentationis qui eſt facti, & a quo non eſt appellatum non fuit ſuſpẽſus. Ideo tunc quicq̃ poſt p̃ſentationem eſſet factũ retractandũ.¶ Vltimo p̃t opponi, quia vr̃, ꝙ Papa non debuerit remittere negotium ad iſtos executores. qa aut non fuit appellatũ: & tunc ſnĩa tranſiuit in rem iudicatam.ſ. de iudi. cũ inter eos. & ſic vr̃ extincta eorũ ptãs p ſuã pmotionem. facit.ſ.de offi.dele.in lr̃is.& per ↄñs vr̃, ꝙ non debuerunt amplius ſe intromittere, aut fuit appellatum.& tunc, aut fuit fruſtratoriè, & perinde vr̃ fuiſſe ac ſi non fuiſſet appellatũ. per id, qđ hr̃ in c.cũ appellationibus.de ap.in vj. aut non fuit friuola.& tũc vr̃, ꝙ non debuit fieri remiſſio ad ipm iudicẽ a quo eſt appellatũ. p id, ꝙ hr̃.ſ.de ap.interpoſita.& c.ti.nõ ſolũ.in vi. p̃ot dicere primo, qđ hic fuit appellatũ, vt dicit̃ patere in integra.& tunc dic, ꝙ remiſſio fuit facta voluntate partiũ.& ita intelligatur. & facit, qđ hr̃.ſ. de app.in c.accepta. ſed inuito appellante non dẽret remiſſio fieri, vt in ↄ̃rio. verũ quia hęc ſolutio vr̃ diuinare. p̃ot dici ſcđo, qa hic fuit facta remiſſio ad iudicẽ a quo ex ea, qa grauamẽ aliter nõ erat reparabile niſi remiſſio fieret. nã hic grauabãt executores ex eo, qa non pcedebant. iõ vt tollatur grauamen oportet qđ cõpellant̃ pcedere. facit, qđ no.Inn.ſ. de excep. ſignificauerunt. alij vero dicebant, qđ appellatio hic fuit caſſata.& ideo potuit fieri remiſſio. facit, qđ hr̃.ſ. de appel.vt debitus.& c.cũ ſpeciali. dicit tñ Ioã.An. qđ hoc caſu non fieret condẽnatio expenſarũ, tñ appellatio non fuit facta ad differendũ, ſed vt grauamẽ reuocaretur.& ſic fruſtratoriè non fuit interpoſita. facit, qđ hr̃.ſ.de appel.vt debita.& ſic reſidet do. Ant. ¶ Sed d.Flo.hic latius inſiſtit ↄ̃riũ.ſ.formatum dicẽs illud fore difficile.& p̃cipue, qđ iſti executores videtur pdidiſſe ptãtem propter ſuã pnunciationẽ, etiã ſi aſs habuiſſent. facit, qđ hr̃.ſ.de offi.dele. ſignificantibus. vñ dicit, ꝙ multiplr̃ ſoluit̃ ↄtrariũ. Nam Pet.& Abb. dicebant, qđ iſti malè pnunciauerũt. Sed p hoc nõ tollit̃ ↄtrariũ, quia ſnĩa tranſit in rẽ iudicatã dummõ non ſit lata ↄtra ius ſcriptum, vel nõ ↄtineat intolerabilẽ errorẽ.d.c.cũ inter.& ſ.de offi. dele.cũ contingat. Goff.vero,& Hoſt.dicũt, ꝙ fuit appellatũ: ſed cauſa remittit̃ de ↄſenſu appellantis.& ſic tollit̃ ↄ̃riũ c.accepta.& c.interpoſita.de appell. & iſta ſol.ſcđm eũ, licèt videat̃ diuinare tñ colligit̃ ex antiqua. Vincentius vero dixit, ꝙ hic caſſata fuit appellatio. & iõ fuit pręceptũ iudicibus, qđ pcederẽt. alleg.c. cũ ſpãli.ſ.de appel.¶ Sed certè, vt ipſe dixi hęc ſolutio non vr̃ eſſe bona. p id, ꝙ dixi circa primã ſol.Pet.& Abb. & qa ſi vitioſa erat appellatio nõ debuit mandari iſti: puideri. ſed potius approbari exceptio capituli, vel ppoſita p caplm. Vnde refert, qđ Pau.de Liaza.in repeti.huius capituli. Pro ſolone diſtinguebat, quia aut iudex pnuntiat ſe eſſe iudicẽ; aut pnunciat ſe nõ eſſe iudicẽ. Primo caſu talis ſnĩa p̃ot reuocari. quia eſt interlocutoria etiã ſi non ſit appellatũ p id, qđ hr̃.ĩ. de appel.cũ ceſſante. & in l.quod iuſſit.ff. de re iudi. & p hoc licèt non alleget, quia talis ſnĩa nõ vr̃ finita officiũ iudicis. imo potius illi aperire viam. Iõ vr̃ poſſe reuocare, per ea quæ no.Bar.in l.qđ iuſſit.¶ Secũdo caſu pronuntiat ſe non eſſe iudicem, & ſi tũc fuit appellatũ adhuc p̃ot reuocare: qa ſuſpendit̃ ſnĩa per appel.ſ.de iureiurã.venientes.& ſic remanet iudex, vt poſſit grauamẽ reuocare. vt in c.ſi a iudice.đ appel. in vj.& qđ a tali ſnĩa poſſet appellari ẽt de iure ciuili: licèt ſit interlocutoria. vt eſt glo.notabilis.in auth. habita.C.ne filius p pa.& no.Bar.in l.ij.ff.de appel. recipiendis.¶ Si aũt non fuit appellatũ, & tunc, aut iuriſdictio nõ eſt acceſſoria ad aliud, & nõ p̃ot reuocare, qa deſinit eſſe iudex in d.c.ſignificantibus.& dicto.c.in literis.& l.iudex.ff.de re iudi. Nec reaſſumit iuriſdõnem, niſi ex noua delegatione. Facit, qđ hr̃ de appella.in c.cum appellationibus.lib.vj. non ob.d.l. qđ iuſſit.& c.cum ceſſante: quia loquunt̃ durante iuriſdictione: aliàs ſecus. arg.xij.qõ.ij. monemus. cũ ibi notatis, ſi aũt iuriſditio eſt acceſſoria ad aliud, ꝙ durat: & tunc non tollit̃ ẽt ſi iudex pronunciat ſe nõ eſſe iudicẽ. p id, qđ hr̃ de offi.deleg.ſi ſuper gratia. vbi iuriſdictio executoris non extinguit̃ mortę Papæ, & re integra ex eo. qa conſeruat̃ ppter gratiam cui accedit: & ita dicit eſſe in caſu propoſito. qa nõ fuit extincta ptãs executoris, licèt pronunciauerint ſecũdã non eſſe executoris p p gratiã cui accedebat ptãs ipſorũ executorũ: & ſic intelligebat iſtum text. Pau. ſed iſtã ſcđam approbat Ioã.Cal.in addi. licèt non faciat mentionem de Paulo. nã dicit, ꝙ c.ſi ſuper gr̃a.& l.ſi cui.de p̃ben.in vj. non hẽnt locũ in caſu iſto, quia loquunt̃ in gr̃a iam facta. vt ibi patet. pro cuius executione dati erant executores. ſed hic gratia nõ erat facta, ſed facienda. vt patet ex litera, & opponebãt lr̃is ꝙ non valebant. executores aũt pronuntiauerunt ſe non eſſe executores: ac ſi gratia non teneret. & inq̃tũ in eis fuit extinxerunt gratiam, quia pnuntiauerunt eſſe extinctã cũ habere non ſit loco tituli ſcđm notata.ſ.de reſcriptis.in noſtra. & ſic mandatũ, & per Io. And.in proęmio.vj. lib.in verbo tranſmittimus.& ſic ſcđm eũ opinio p̃dicta non vr̃ bona inq̃tũ vult, qđ licèt non ſit appellatũ tñ poſſint executores reuocare ſuam interlocutoriã, & pcedere in negotio. do. autẽ Flo. dicit, ꝙ poſſet reſponderi ad gl̃am Io.Cal. qđ pnuntiatio executoris non tollit efficaciam gratiæ. vt notauit gl.in c.ſi ſoli. In gl.magna. circa finẽ. de ↄceſ. p̃ben.in vj. vbi gloſ. notabiliter concludit, ꝙ ſi in caſu huius ca. fuerunt executores ad puidendũ p p̃ſentationẽ literarũ fuerunt affectæ manus ordinarij collatoris, nec pronunciatio executorũ. licèt pnunciẽt ſe non eſſe executores habet tollere dictũ effectũ p iſtũ tex. licèt dicat tutius eſſe appellare a dicta ſnĩa. vñ dicit d.Flo. ſolutionẽ Pauli poſſe aliter impugnari. qa ſcđm eũ. c.ſi ſuper gratia.& c.ſi cui. nõ pbant, quod iuriſdictio executoris acceſſoria gratiæ nõ poſſet extingui ſtante gr̃a: imo ↄ̃riũ vr̃ dicendũ. arg.eo. q̃ hr̃r de electio.in c.ſi cõfirmationẽ.lib.vj.& bñ facit, ꝙ hr̃ in c.ſi clericus.ĩ.eod. in vj. vbi hoc aperte vr̃ probari. ſed ſolum pbant capl̃a, ꝙ mors delegantis ſuperueniens re integra q̃ conſueuit extinguere iuriſdõnem non extinguit illam durãte gr̃a principali accedit iuriſdictio

riſditio ipſorum executorũ.vnde dicebat Ioã.An.de Lig.vt hic refert do.Flo.dici poſſe,ꝙ aliud eſt in reuocatione q̃ tacitè conſueuit fieri per mortẽ contingẽtem in perſona delegantis. de qua propriè loquunť dicta capřa,ſi ſuper gratia.& c.ſi cui.& aliud in expſſa.de qua vř agi in caſu ꝓpoſito, & pro hoc facit,qa licèt non expiret iuriſditio per mortem delegantis re non integra.š.de off.dele.in c. gratum.& c. relatũ. tamen delegans poſſet expreſſe reuocare.ff. de iuriſ. om.iudi.l.iudiciũ ſoluitur.& ſic vř,ꝙ iuriſditio, ſeu poteſtas executoris per expreſſam pronũciationem ꝓnuntiando ſe non eſſe executorẽ vř finiri,& ſeparari a principali,& pro hoc facit, quia alias inhærendo dicto Pauli.vř,ꝙ neceſſe eſſet dici, ꝙ ſnĩa nõ tenuiſſet,ꝙ non probat p̃allega.c.ſi ſuper gratia. nec ẽt eſt verum ſm̃ do.Flo.qa vt prædixi bene vř poſſe extingui iuriſdictio executoris expſsè ſtante gratia. Aduerte tñ, quia licèt ſic dicat do.Flo.non vř verum, ꝙ neceſſe eſſet dici ſnĩam non tenuiſſe dictũ Pauli tenendo,qa poſſet dici,qđ bene tenuit. ſed quia non expirat iuriſdictio, & poteſtas executoris ſcđm eum, ex quò eſt acceſſoria ad gratiam quæ durat.bñ vult,qđ. poſſent executores ꝓnunciationem reuocare. & iſta vř fuiſſe mens ſua.facit,ꝙ inferius dicetur.¶ Et ꝑ p̃dicta concludit do.Flo. ꝙ executores hic proceſſerũt ex vi ſecundi mandati facti per Papã. & non ex vi primi.nam dicit patere ex antiqua,qđ fuit appellatum. & quod delatũ fuit executioni ꝑ executores quo caſu extinguiť iuriſdictio delegati ẽt ſi appellatio fuiſſet fruſtratoria. & in c. cũ appellationibus.de appel. in vj.& ideo,vt cã remittať ad eos opus fuit nouã delegatione.& ſic nouo mãdato.vt ibi patet. nec ob.c. interpoſita.quia loquitur pendente appellatione.ſed hic non conſtabat,an penderet,vel non:& dato, qđ penderet põt fieri remiſſio ad iudicem a quo.ſi appellans non ꝯtradicit,per ea quæ hñr in c.accepta.de appella. & ſic poteſt intelligi hic ſm̃ eũ. ¶ Subdit etiã ſubtilius poſſe dici, ꝙ ſnĩa executoris hic fuit lata ꝯ ius ſcriptum, qa ꝓnunciauerunt ſe non eſſe iudice, ſeu executores ex eo,qa in literis non fiebat mentio qđ decanus ex donatione Regis haberet collationem præbendarũ.quæ ratio de iure reprobať per ea, q̃ leguntur,& notantur.ĩ.de iurepatro.cũ dilectus. & qđ hic tetigit gl.j.& ſic ſnĩa vř fuiſſe nulla.per id,qđ hř. š.de re iudi.c.j.& ideo non extinxit iuriſdictionẽ. & ꝓterea non obſtante hac ſnĩa Papa mãdauit, vt exequantur mandatũ. Et ſcđm iſtũ intellectum non eſt neceſſarium dicere, ꝙ ex vi ſecundi mandati exequãtur, qa poſſunt ex vi primi exequi, ex quò ſnĩa erat nulla.& ſic reſidet do.Flo.¶ Sed aduerte, qa iſtud vltimum dictũ non vř ꝓcedere. qa expirare vř iuriſdictio delegati per ſnĩam quę alias cõſueuit finire eius iuriſdictionem, licèt alias ſit nulla,q̃uis in ordinario ſit ſecus,vt legitur,& not.in l.ſi vt proponis.C.quõ, & qñ iudex.& in c.in literis.de off.dele.& in l.iudex. ff.de re iudic.facit etiã,qđ habeť in l.quia,& ſi errauerit.ff.de arbi.¶ Præterea dictũ ſuũ poſſet procedere,qñ in ꝓnunciatione fuiſſet expreſſa cauſa de qua ipſe dicit. ſed hic non apparet, quod fuerit expreſſa talis cauſa.ſed ſolum, qđ pronunciauerit ſe non eſſe executorẽ. & ideo vř,quòd valuerit,qa ex ſui tenore non apparet,quòd expreſſe ſit contra ius.facit,quod no.Inn.de proba.quoniã contra.falſum. & quod ibi conſueuit dici. ¶ Præterea ẽt poſſet dici, ꝙ licèt expreſſa fuiſſet cauſa p̃dicta.tñ,qa non habebamus ius expreſſum, qđ dicta cauſa eſſet aperte cõtra ius ſm̃ iſta tempora,licèt per argumenta potuiſſet argui, qđ eſſet contra ius. vt patet ex gl.j.vř, ꝙ ibi valuiſſet licèt fuiſſet iniuſta.per id,qđ no.Bart.in l. cum prælatis.ff. de re iudi. hodie aũt bene eſſet aperte ꝯtra ius talis cauſa.per id,quod hř in ca.j.de iure patrona.in vj.¶ Item aduerte,qa vř voluiſſet Pau. & ſĩr do.Flo. & gl.etiam in c.ſi ſoli.in gl.magna.ad fin.de conceſ. præben.in vj.quòd per pronunciationem executoris factã ſuper ſua poteſtate nullo caſu extinguitur gratia.Sed Io.Cal.hic vř voluiſſe cõtrarium, vt inferius tangã.& quę opinio ſit verior.patebit.ex ĩ.dicendis. ¶ Item aduerte,qa vř velle hic do.Flo. ꝙ decretalis iſta inquantũ vult,qđ executores poſſunt exequi, ꝓcedat ex vi ſecundi mandati, qñ non fuiſſet appellatum.vel ſi fuit appellatum executores detulerunt appellationi.& idem ſi non fuit delatum, ſi appellatio fuit friuola.Secus ſi non fuiſſet friuola,quia tunc videtur velle,qđ ex vi primi mandati potuiſſent exeq, ex quò pronunciatio fuiſſet ſuſpenſa per appellationẽ. & idem voluit ſi diceretur ſnĩam fuiſſe nullam ꝓpter id,quod ſupra dixi.Paulus aũt videtur velle, ꝙ etiam ſi non ſit appellatũ poſſint procedere ex vi primi mandati ex eo,quia cum poteſtas executoris hoc caſu ſit acceſſoria ad gratiam. ex quò durat ipſa gr̃a. licèt per pronunciationẽ factam in caſu capituli inficiatur poteſtas executoris.tamen, ex quò non inficiť gratia:& ſic remanet: remanebit etiã poteſtas executoris quæ eſt illi acceſſoria. & ideo per talẽ pronunciationẽ non deſinet iuriſdictio, ſeu poteſtas executoris.Et ideo poterit reuocare interlocutoriam latã, mouetur per dictum.c.ſi ſuper gratia.& c.ſi cui.p̃allega. & ſic ſcđm eũ ex vi primi mandati poſſunt ꝓcedere, licèt non fuit appellatum.& multo fortius ſi fuit appellatũ per id, qđ ſuperius tetigi poſt eũ videlicet,quia per appellationẽ ſuſpendiť ꝓnunciatio.& ſic ex toto non vř extincta iuriſdictio. vnde vř poſſe reuocare grauamẽ.vt in c. ſi ad iudicẽ. de appella.in vj. & ex dictis Pauli potes colligere duas limitationes ad id,qđ dř,ꝙ ſi iudex pronuntiat ſe non eſſe iudicẽ, extincta eſt eius iuriſdictio,& non poteſt vlterius ſe intromittere.š.de offi.dele.ſignificãtibus.Fallit primo,qñ a tali interlocutoria fuiſſet appellatũ ꝑ id,qđ ſuperius dixi.¶ Item fallit ſecundo ſcđm eum qñ poteſtas iuriſdictionalis erit acceſſoria ad aliud, qđ durat.per id,qđ hř in d.c.ſi ſuper gratia.& c.ſicut ſcđm Io.Cal.videtur hic vtrunq; reprobare.Nam dicit,ꝙ ex quò ꝓnunciauerunt ſe non eſſe executores videtur fuiſſe extincta eorũ poteſtas per dictum.c.ſignificantibus.Et ideo dicit, ꝙ in caſu huius capituli executores ꝓceſſerunt ex vi ſecundi mãdati,ſiue nõ fuerit appellatum,ſiue fuerit appellatũ: & ſiue appellatio fuit deſerta,ſiue non.& ad c.ſi ſuper gratia.& c. ſi cui.reſpondet,vt ſuperius dictũ eſt.quia loquuntur in gratia iã facta:ſed hic in faciẽda.¶ Præterea ſcđm eum vtroque caſu vř, qđ ſi obijciatur exceptio contra poteſtatem executorum quæ reſpiciat gratiam ſicut hic fiebat ſi executores ꝓnũciant ſe nõ eſſe executores,ſeu ſe non habere ptãtem, videntur pronunciare gratiam non valere: quia ſnĩa intelligiť eſſe lata ex cauſa quæ apparet ex actis.facit, quod hř de ordi.cogniti.in c.ij.& ꝙ notatur per gl.in l. ſi qs ad exigendam.ff.de exceptio. rei iudica. & in l.enim.ff.de ſuſpec.tutori.& in c.ſi confirmationem. de ele.in vj. per gl.& ſic vř,ꝙ extinguatur gratia ſi non appellať, cum ſententia tranſeat in rem iudicatam.š. de re iudica.cum inter vos.& ſic vř, qđ non durat gratia,& iſtud ſatis procedit in gratia facienda.¶ Idem tamẽ videtur dicendum ſecundum ipſum Ioan.Cal.etiam in gratia iam facta:quia ſi opponitur exceptio contra poteſtatem executoris quæ reſpiciat gratiam, & ve-

niat

niat ad inualiditatẽ ipſius, ſi executor pronunciat ſe non eſſe executorem, vel non habere poteſtatem, dr̃ pronunciare ex cauſa quæ deducta eſt in acti. per ea quæ hñr in d.l.ſi quis ad exhibẽdum. & ſic d.l.cum. & in d.c.ſi confirmationem.& ſic vr̃ etiam pronũciare ſuper inualiditate gratiæ: & ideo ſi nõ appellatur: ſnia tranſit in rem iudi.& ſic vr̃ per talem pronũciationem nedum extingui poteſtas executorum.Sed & præiudicium ſuper ipſa gratia. facit,quod hr̃.ſ̃.de re iudi.cum inter vos.& imputet ſibi impetrans, qa nõ appellauit.& licèt cauſa quæ ex actis põt colligi forte eſſet contra ius.tñ qñ exprimitur in tenore,nõ vr̃ reddere ſnĩam ipſo iure nullam.per ea quæ hñr in l. ij.C.qñ prouocare non eſt neceſ. Secus qñ exprimeretur,per id, quod hr̃ in l.qui teſtamento.ff.de excu. tuto.& in l.j.C.de errore calculi. Si autem exceptio, quæ opponitur cõtra executores ſecum reſpiciat poteſtatem executorum,& non gratiam, tũc pronũciatio executorum pronunciantium ſe non eſſe executores,vel non habere poteſtatem inficeret gratiã: ſed bene inficeret poteſtatem executorũ. quia illam poteſt inficere.licèt duret gratia cui poteſtas executorũ accedit.per id,quod hr̃ in ſimili.c.ſi conformationẽ. de elec.in vj.vbi poteſt infici confirmatio, q̃ acceſſoriè venit ad electionem.licèt electio remaneat. & ꝑ hoc etiam.c.ſi clericus.ſ̃.eo.in vj. vbi ꝑꝑ negligentiã impetrantis perimitur poteſtas executoris. licèt duret gratia. quia fortè canonicatus fuerat collatus per Papam. ¶ Vnde non licèt poſſe executorem ſe intromittere qui fuit datus ad prouidendum de præbẽda proximo vacatura ex eo,quia impetrãs fuit negligẽs in faciendo illam ſibi conferri, tamẽ remanet gratia, ex quò remanet canonicus,& ordinarius collator habebit ei ꝓuidere. & ex prædictis vr̃ ꝗ gl.in d.c.ſi ſoli. in glo.magna.ad fi.dicit, per pronunciationem executoris non extingui gratiam,quod ſequitur & Pau. & do.Flo.vr̃ intelligendum,qñ exceptio oppoſita cõcernebat ſolum poteſtatem executoris. Secus ſi etiã concernebat gratiam ſm Io.Cal.Et iſta opinio vr̃ de iure verior.per ea quæ.ſ̃.dixi.tene tñ menti gl.prædictam quæ indiſtinctè, & ſimpliciter dicit per pronunciationem executoris non extingui gratiã, & vr̃ ſentire quod hoc procedat etiam ſi exceptio oppoſita & concernebat gratiam,quia dicit,ꝗ eſſet in caſu huius capituli pronunciatio executoris nõ extinxit gratiã, & tñ hic opponebatur exceptio reſpiciens etiam gratiam. ¶ Item etiam aduerte, quia vt dixi ſuperius vr̃ velle Io.Cal.quòd licèt appelletur a pronunciatione per quam pronunciatur quis ſe nõ eſſe iudicem, nõ poſſit vlterius ſe intromittere,quia vult quod etiam ſi in caſu huius c. fuiſſet appellatum non potuiſſet procedere vi primi mandati.quia expirauerat iuriſdictio eorum per talem pronunciationem.ſ̃. de offi.deleg. ſignificantibus. Non rñdet tñ ad capitulum ſi a iudice, de app in vj.allegatum per Paulum,ſed poſſet dici tenendo eius dictum, quòd illud capitulum debet intelligi in alia interlocutoria,quæ non haberet finire,quia vr̃ ꝗ tunc poſtea non poſſet ſe intromittere, ſicut dicimus in diffinitiua.Nã licèt ab illa appellet. tñ qa illa finiuit iudi.offm̃.l.j.ff.de re iud.& l.qualẽ. ff.de arb.non poſſet illã reuocare.¶ Nec ob.iſte tex. quia vt dixi.ſ̃. debet intelligi qđ executores non poterunt ſe intromittere ꝑꝑ pronunciationẽ per eos factam.Et ideo fuit neceſſarium ſm mandatum Papæ, & eodem modo põt rñderi dicatur per iſtum text. probari opinio gl.in d.c.ſi ſoli.circa fi n. videretur tñ dicendũ qđ hic fuit appellatum, qa ſi non fuiſſet appellatum ſnia tranſiuiſſet in rem iudi.ſed præiudiciũ ipſius impetrantis. & ſic Papa non debuiſſet mãdare executoribus,vt gratiã exequerentur,niſi voluiſſet in hoc ſibi facere gratiã:non obſtante qđ non appellaſſet.& ſic poteſt intelligi hoc tenẽdo id,qđ dixi.ſ̃.poſt Io.Cal.tene tñ menti dictã gl. cũ qua alij doc.cõiter tranſeunt. ¶ Aduerte tñ,quia opinio gl.quæ eſt cõis poſſit ſaluari ex eo,quia qñ fert̃ ſnĩa ſuper acceſſoria rõne deducti per modum cauſæ qđ contingit principale negotiũ nõ vr̃ obſtare exceptio rei iudi.ſi poſtea principaliter in iudiciũ deducat.& no.Inn.in c.cum eccleſia.de cau.poſ.& proprie.& facit, qđ not.in l.ſi quis.cũ totũ.§.ſi ancillã.ff.de exce.rei iudi.qđ ſaltem procedit,qñ ſummaria facta eſt diſcuſſio, & nõ plenaria, ꝓut cõiter conſueuit fieri qñ aliqd obijcitur contra proceſſum.vt voluit Inn.in c.fi.ſ̃.de ordi.cogn.& ideo cum in caſu ꝓpoſito ad impediendũ proceſſum executorũ obijceret exceptio,qđ non poterant ꝓcedere,quia gratia valebat ex cauſa iuncta in litera. Iõ vr̃ ꝗ licèt executores pronunciauerunt ſuper eorum poteſtate quæ eſt acceſſoria gratiæ rõne deducti per modum cauſæ qđ concernebat gratiã principalẽ,nõ habeat nocere ipſi gratiæ principali, vt voluit gl.p̃al. licèt aliud voluit hic Io.Cal.vt ſ̃.dixi.gñaliter autem in ſnĩa lata ratione deducti per modũ cauſæ hẽat p̃iudicare in alio iudicio ad alium finem tendentẽ. plenè dixi in d.c.cum eccleſia.¶ Vltimo poſſet opponi,qđ licèt ius laici deueniat ad eccleſiam. tñ cenſeatur de illo iure,vt de iure laici,ſicut videmus in feudis quæ per laicos conceduntur eccleſijs.ſ̃.de maio.& obe.c. ſolite.& ſ̃.de for.compe.ex tranſmiſſa. ſed dic ꝗ contrarium loquitur qñ res laici non eſt totaliter incorporata in patrimonio eccleſiæ,ſed ſolũ reſpectu certi iuris.puta vtilis dñij.ſecus qñ eſſet notabiliter incorporata,nec remaneret laico aliquod ius in illa. quia tunc mutat naturã.& cenſeatur eccleſiaſtica.ita loq̃r hic.& ꝗ dictum fuit in gl.j.Et iſta faciũt ſcđm d.Pe. ſi ſtatuto cauetur, ꝗ contra fœneratorem præſcribat̃ ſpatio quinquennij,an ſi fœnerator cedat ius ſuũ alteri qui non ſit fœnerator, an preſcriberetur ſimiliter ſpacio quinquennij.de quo remittit ad quandam diſputationem ſuper hoc factam per Bal.& de materia etiam tangitur in c.j.de iurepatr.in tex. vbi tangitur quod an exceptio quæ habet nocere cedenti habeat etiam nocere ceſſionario.facit,quod not.l.apud celſum.§.de autoris.& §.ſi cũ legitima.ff.de doli excep.

S V M M A R I V M.

1 *Pueri ſunt inhabiles ad conſequenda beneficia eccleſiaſtica.*
2 *Ordinate fieri debent omnia.*
3 *Maiores ſeptennio poſſunt habere beneficium ſimplex.& nu.8.*
4 *Aetas ad monachatum quæ requiratur.*
5 *Aetas qualis requiratur in beneficijs ſecularibus.*
6 *Monachus vnius monaſterij, an poſſit eſſe monachus in alio monaſterio.*
7 *Beneficiatus,an poſſit eligi ad epiſcopatum.*
9 *Reſidentia,an requiratur in præbenda.*

SVper inordinata. Pueri,& alĩs beneficiati nõ ſunt idonei ad eccleſiaſtica beneficia conſequenda.h.d. & in prima ponit cõſultationẽ. In ſcđa rñſionẽ.Scđa ibi:ꝯſultationi.Et dicit Hoſt. poſſe colligi caſum ex antiqua hoc mõ.qa in eccleſia Pictauien. erant multi canonici recepti, quia numero quinquaginta. Gregorius autẽ autor huius decretalis reduxit illum numerum. ad 20.& mandauit quibuſdam quòd ex illis quinquaginta eligerẽt. 20. Idoneos.ipſi autem quibus hoc fuit mandatum reperierũt quòd quidã ex illis habebãt dignitates alij habebant bñficia curata.& alij alia bñficia.alij & erant

puert.Ideo dubitauerunt,an tales eſſent idonei.& ꝓ
tanto conſuluerunt Papā.Papa aūt rńdit,vt hic dř in
ver.cū aūt.& ſeq.¶ No. ꝙ in qͥlibet actu expediendo
requirunť duo ꝓcipuè,videlicet voluntas,& pīās.fa-
cit,qđ hř.s̄.de offi.deleg.cū ſuper.& in l.multū.C.ſi
1 quis alteri vel ſibi.¶†Item no.ꝙ pueri ſunt inhabiles
ad conſequenda eccleſiaſtica benefi. & ſiť aliàs be-
neficiati.& ſic facit iſte textus, qđ habens vnam ꝓbē
dam nō poſſet ad aliam promoueri , de quo plenè di
2 ctum fuit.s̄.eod.cū iamdudū. ¶Itē potes † notare ex
principio,qđ nihil dēt inordinate fieri.facit, qđ hř ī
§.inordinatum.in auth.de hæredibus & ſalcidia. col
latione prima.¶In gl.pueri.ibi.Tanq̄ poſteriori. Vř
gl.velle recedere ab eo quod dixi.& velle,qđ mate-
riæ de quibus.s̄.dictū eſt in gl. per hāc decretalē ſint
3 reuocatę.ſed verius dicendū eſt† ꝙ non reuocantur,
quia maiores ſeptennio pńt habere beneficium ſim-
plex,vt probatur ex eodem.de ele.in vj. & etiā infe-
rius dicetur,qūo aūt diuerſimodè ſ̄m diuerſas mate-
rias aliter,& aliter accipitur, prout notatur in proœ-
mio ſexti circa fi.& in qua ætate q̄s ſit habilis ad be-
neficium , notatur in c.ſi eo tempore.de reſcri.in vj.
& tangitur in c.ſtatutum.eo.ti.& li.in c.ex eo.de ele.
in vj.Et Io.An.hic poſt Hoſti.tangit de materia.con-
clude,qđ aut q̄ritur de beneficio regulari,aut de be-
neficio ſeculari, primo caſu,aut quæritur de benefi-
cio regulari ſimplici,aut de nō ſimplici.Si de ſimpli-
ci dicit d.Flo.quòd male poteſt exemplificari niſi di-
camus qđ monachatus dicatur beneficiū . tñ ſ̄m eū,
non propriè dř beneficium,ſed potius impropriè,de
4 ſen.exc.vt famæ.† ad monachatum aūt requiriť ętas
ſcilicet,qđ ſit pubes.& ſic ꝙ maſculus ſit maior qua-
tuordecim,& fœmina maior duodecim,vt poſſit mo
nachare,& ingredi religionē,de regularibus.c.j.li.vj.
& facit.j̄.de regularibus.ad noſtram.¶Interdum au
tē requiritur ætas decem,& octo annorum,vt in c.q̄a
in inſulis.de regularibus. ¶Si aūt eſt beneficium re-
gulare non ſimplex,vt Abbatia,vel Prioratus:& tunc
requiriť ætas.25.annorum.j̄.de ſtat.mo.cum ad mo-
naſterium.§.j.& eo.ti.in cle.ne in agro.§.cęterum.&
hoc verum,niſi eſſet prioratus non cōuentualis, licèt
curatus, cuius cura per ſecularem ſacerdotem debe-
ret exerceri,quia tunc ſufficeret ętas.20. ann.vt in d.
§.cæterum.& hæc procedūt in maioribus.Qualis au
tem ætas requiratur in Abbatiſſa,hř de elec.in c.in-
demnitatibus.libr.vj.vbi requiritur ætas.30.annorū.
& per hoc habes qualis ætas requiratur in beneficijs
a regularibus. a ¶†Si vero quæritur qualis ætas requi-
5 ratur in beneficijs ſecularibus,conclude quòd aut lo
ꝗtur in beneficijs ſimplicibus,aut in alijs.Primo ca-
ſu,aut non ſonat in nomen rectorię, & ſufficere vř ꝙ
ſit maior ſeptennio,quod vř intelligendum,dūmmo
do ſit doli capax.nam aliàs vř æquiparari infanti.per
id quod hř in §.pupillus.inſti.de inuti.ſtipul.& in l.ſi
infanti.C.de iure deli.maximè per Cy. & Iſtud ſatis
hic vř voluiſſe gl.fallit ſ̄m Hoſt. qū beneficium req̄-
reret maturitatem conſilij,vt in canonicatu,q̄a tunc
requiritur pubertas ſecundum eum . nam pueri non
habent maturitatem conſilij,nec poſſunt ſapientium
iura tractare.l.pen.ſeu fi.C.de teſta.mili.& facit,qđ
hř in l.ij.§.impuberes.ff.de iure immunitatis. Et hoc
ſi dentur canonicatus in titulum.ſecus ſi tanq̄ bene-
merito.& tñ Hoſt.concordat cum Archi.in d.c.ſi eo
tempore.de reſcr.in vj.& cum ipſo tranſit hic d.Ant.
& ſimiliter d.Pet.ſed certe,vt dicit d.Flo.Io.An.in d.
c.ſi eo tempore. tenet quòd maior infante poteſt eſſe
canonicus,licèt ſit minor.xiiij.annis.& de hoc etiam
vř caſus expreſſus in c.ex eo.de elec.in vj.ſed Archi.

a Qualis ętas requiriť ī beneficijs regularib⁹. Diſtinguet vt hic ꝑ d. Hē. Boy. & ꝑ d. Ab. hic ī infra eo. ver. ſed plenius expediendo.

dicebat,ꝙ ibi fuit gratia,& non ius commune. ſed il
lud eſt diuinare,& violare illum text.& ſic vř qđ mi-
nor.xiiij.annis.poſſit eſſe canonicus etiam cathedra-
lis eccleſiæ:& ſic etiam videtur velle gl. in c.ſtatutū .
de reſcr.in vj.dicit tñ hic do.Gaſpar de Cal.ꝙ regula
cancellariæ habet ꝙ minor quatuordecim annis non
poſſit eſſe canonicus in eccleſia cathedrali.de iure au
tem, vt prædixi vř ꝙ eſſe poſſit vt voluit gl.in d.c.ſta
tutum.Fatendum eſt tñ,ꝙ nō habebit vocem in alio.
vt patet in d.c.ex eo. quinimo hodie ſi etiā eſſet ma-
ior quatuordecim nō haberet vocem in alio. niſi eſ-
ſet in ſacris.vt in cle.vt hi qui.de æta.& qualita.& ſic
patet quod maior ſeptēnio poteſt habere ſimplex be
neficium,qñ non ſonat in nomine rectorię.Si autem
ſonaret in nomine rectorię, vt quia eſſet eccleſia nō
curata,nec collegiata,tunc vř ꝙ nō ſufficiat,ꝙ ſit ma-
lige ſane in ſnīa ſuſpenſionis.de qua loq̄tur dictū.c.
q̄a periculoſum. ſecus aūt in ſnīa,ſeu pœna excōica
tionis:q̄a ſub illa bene cōprehenderentur Ep̄i:vt no.
gl.in d.c.q̄a periculoſum.& ibi ēt aſſignaſ rō diuerſi
2 tatis in gl. ¶ † An aūt appellatione beneficij cōprehē
daſ dignitas inferior Ep̄ali.conclude,ꝙ non in mate
ria ſtricta, vt ſunt literæ ad beneficia.ſ.de p̄ben.c.fi.
ſecus in materia lata vbi eſſet eadē ratio: vt eſt text.
cum gl.in clemen.auditor.in verbo beneficio.de re-
3 ſcrip. ¶ † Item no. ꝙ ius eligendi cadere p̄t ēt in vnū
tm̄.qđ eſt contra aliquos tenentes ꝯrium.de quo.in
c.gratum.ſ.de poſtu.p̄la. Dicit tñ Hoſti. ꝙ litera hic
dū dicit elegit.pōt exponi.i. ꝓmouit. ¶ Item nota,ꝙ
ꝑ deuolutionē poteſtatis factā ad illum ad quē ſpe-
ctat confirmatio non vr̄ mutari modus ꝓuidēdi. vn-
de vr̄ ꝙ hēat eligere ex poteſtate deuoluta ſicut pri-
mi habebāt eligere,& confirmare de iure ꝓprio. de
quo.ſ.de elect.cum inter canonicos. & c.ne ꝑ defe
ctu.& eo.ti.ſi p̄oſtq̄.ad fi.lib.vj.vbi ſatis vr̄ ꝓbari.&c.

facit,qđ hr̄.ſ.de elec.c.cum inter vniuerſas. ¶ Item
no. ꝑ longa conſuetudine, vel interpretatione iuris,
ſeu ꝑ conſuetudine longa interpretante ius, q̄a illa
4 dēt ſeruari. nam † conſuetudo eſt optima iuriū inter-
pres.ſ.de conſuetu.dilectus.& l.minime.ff.de legib.
5 ¶ † Vltimo potes notare, ꝙ ſi diſpenſaſ cū patientia
defectū natalium,vel aliam irregularitatē, vt poſsit
promoueri ad honores eccleſiaſticos,& dignitates:
non ꝑ hoc vr̄ diſpēſatum,ꝙ poſsit ꝓmoueri ad Ep̄a-
tum,vel Archiep̄atū: q̄a appellatione dignitatis non
comprehēdunſ Ep̄atus,& ſuperiores.& q̄a tales di-
ſpenſationes ſunt odioſę:iō reſtringendæ.de cōſang.
& affi.c.q̄a circa.& ſ.de tranſla.pręla.c.fi.& ī.de fil.
presby.c.j.& ij.in vj.& plus vr̄,ꝙ ſi cū aliquo eſt di-
ſpenſatum,vt poſſet ꝓmoueri ad Ep̄atum:tñ nō po-
terit ꝓmoueri ad Archiep̄atum: vt no.gl.in c.nos cō
ſuetudinem.xlj.diſtin.de quo ēt.in c.ſcriptum. & in
c.innotuit.ſ.de elec. Et ꝑ p̄dicta ēt vr̄,ꝙ ſi generali-
ter eſt cum aliquo illegitimo diſpenſatū:vt poſſet ꝓ-
moueri ad omnia ſpiritualia,non extendeſ dicta di-
ſpenſatio ad Ep̄atus,& ſuperiores: q̄a in generali ſer
mone non intelliguntſ illa de q̄bus ſpecialiter nota-
tur,& mentio eſt facienda,&c.Facit,qđ hr̄.de offic.
vica.c.fi.in vj.& in præalleg.c.q̄a periculoſum.eadē
rōne vr̄, ꝙ diſpenſatio obtenta ſuper pluribus digni
tatibus obtinendis non extendiſ ad Ep̄atus.facit,qđ
not.in Spe.tit.ij.§.fi.ver.q̄d ſi diſpenſatū.cū duobus
ſeq. ¶ In glo.j.ibi:autoritatis ipſius,&c. ¶ Nota bene
gl. q̄ vr̄ ſentire, ꝙ ēt hodie non valeret electio in ca-
ſu huius.c.ſi fieret autoritate Lateraneñ.concilij:q̄a
fieret ꝑ ius non faciens ad rē. Iō electio eſt nulla,li-
cèt ex iure alio faciēte ad rē potuiſſet iuuari,ſeu fie-
ri.& hoc tenuit ēt Hoſt.ꝑ id,qđ dictum fuit.ſ.eo. in
ca.ex pte. ¶ Et no.ꝙ iſta decretalis,licèt ſit poſterior
in ordine ad decretalē,ne ꝓ defectu. tñ fuit prior in
compoſitione. nā iſta decretalis erat in tertia compi
latione antiqua.ſed illa,ne ꝓ defectu,erat in quarta
compilatione:& de multis cōpilationibus antiq̄s tā
6 giſ in ꝓœmio hui' cōpilationis. ¶ † Vltimo potes no
tare ex iſto tex. ꝙ licèt q̄s ꝑdiderit ius eligendi acti-
uè: vt quia illo ſit priuatus propter negligentiam,vt
non poſsit eligere: tamen ex hoc non intelligitur pri
uatus iure eligendi paſsiuè: hoc eſt quominus poſ-
ſit eligi in eadem eccleſia,vt hic eſt caſus.facit,quod
habetur.ſ.de electio.in c.cum Vintonieñ.

SVMMARIVM.

1 *Lite non conteſtata procedi poteſt in cauſa beneficiali.*
2 *Probationes fieri debent poſt litis conteſtationem.*
3 *Ineptitudo petitionis ex notoria iniuſtitia, vbi pendēte lite poſt litem conteſtatam in aliqua parte iudicij, vel probationibus detegitur imponi dēt ſilentiū actori, & ab eius petitione reus diffinitiuè abſolui.*
4 *Scriptura in his, quæ ſunt contra iura nihil operatur.*
5 *Turpitudinem ſuam allegare, an poſsit quis excipiendo.*
6 *Iuramentum præſtitum ſuper obſeruantia promiſsionis vacaturæ: an ſufficiat ad obligandum ad vacaturam.*
7 *Promiſsio beneficij vacaturi eſt prohibita.*

E X tenore. Nō tenet ꝓmiſsio bñ-
ficij vacaturi.h.d. ¶ Et
in prima poniſ delegatoria conſultatio.
Secūdo reſponſio. ſecunda ibi: nos igiſ.
1 ¶ † Not.j.ex text. ꝙ in cā beneficiali iſto
iure inter p̄ſentes ꝓcedebaſ lite conteſta. de quo.ſ.
vt lit.non conteſta.qm̄.§.porrò. hodie vero dicendū
eſt,vt hr̄.in cle.diſpendioſam.de iudi.iuncta clemē.
ſæpe.de verb.ſign.vbi patet,ꝙ ēt lit.non cōte.poteſt
2 ꝓcedi. ¶ Itē no.ꝙ † ꝓbationes fiendæ ſunt poſt li.con
teſt.& hoc eſt regulare:vt patet in d.ca.qm̄.in princ.
3 ¶ † Item not.ꝙ vbi pēdente lite poſt litem conteſt.in
aliqua

aliqua parte iudicij, vel in ꝓbationibus detegit̃ inc-
ptitudo petitionis ex notoria iniuſtitia ĩponit̃ acto-
ri ſilentium, & abſoluit̃ reus diffinitiuè ab eius peti-
tione, qđ eſt notandum ꝓ declaratione corũ, q̃ hñr.
ſ.de iudi.examinata. ¶ In gl.ij.ibi:& c.relatũ. Aduer
te, q̃a poſſet dici, ꝙ iſta decretalis ſit ſuperflua p iura
hic allegata.in gl.& ſic p d.c.relatũ.& nulla.ſed po-
tes rñdere, ꝙ in illis non interuenit ſcriptura, hic aũt
interuenit.vñ videbat̃ p p illam eſſe: ſecus tñ ɔ̃rium
4 determinatur : q̃a † ſcriptura in his, q̃ ſunt ɔ̃ iura ni-
hil operat̃.facit, qđ hr̃.in c.vides.x.diſt. & C.de legi.
in l.nõ dubiũ. ¶ Item, q̃a regulariter tñ valet actus
ſine ſcriptura, quantum cõſuetudo, & non ſcriptura
contrahit̃.ff.de pigno. licèt fallit in aliq̃bus caſibus,
in q̃bus requiritur ſcriptura: vt no.p gl.in c.j.de cenſi.
in vj. ¶ In ea.gl.ibi:in odium illius recipiẽtis: immo
potius eſt ex eo: q̃a agens fundabat intentionem ſuã
ex turpitudine: iõ non debebat audiri.facit, qđ hr̃.in
5 l.ſi creditoribus.C.de ſer.pign.dato manumiſ. ¶ † In
eadẽ gl.ibi:bñ poteſt allegare.hoc verum, qñ tam a-
gens q̃ excipiens allegãt turpitudinem: q̃a tũc in ta-
li cã potior eſt ɔditio rei.de regu.iur.in pari.li.vj. &
C.de ɔdi.ob tur.cãm.l.ij. ¶ In eadem gl.ibi:de iure-
iurando.l.j.& ij. Sed certe dici poteſt, ꝙ ibi non alle
gabat turpitudinem agendo, ſed dicebat ſtandũ eſſe
iuramẽto p̃ſtito ad delationem partis, & nil vlterius
eſſe q̃rendum.Iõ nimirum ſi audit̃: licèt forte in veri
tate falſum fuerit iuratũ. & ſic quodãmodo quo ad
effectum vr̃ agi ex turpitudine. facit.ff.de iureiur.in
l.non erit.§.dato. ¶ In eadem glo.ibi: q̃a receptus in
canonicũ. & ſic erat ĩ quaſi poſſeſſione canonicatus:
iõ ibi potior fuit eius ɔditio.poſſes tñ dicere clarius,
ꝙ hic agendo fundabat intentionem ſuã ex turpitu-
dine: q̃a ex promiſſione facta de vacatura, q̃ erat con
tra Lateraneñ. ɔcilium: iõ non auditur.ſed ibi agens
non allegabat turpitudinem agendo: q̃a ſimplr̃ dice
bat ſe receptum in canonicum, & ſibi debere aſſigna
ri p̃bendam: ſed capitulũ excipiens ibi bene funda-
bat ſe ex turpitudine: q̃a dicebat ipſum fuiſſe rece-
ptum contra Lateraneñ.concilium. iõ repellitur ibi
excipiens, & non agẽs. Et de materia, an & qñ quis
audiri debeat allegans turpitudinem ſuam.plene di
ctum fuit.in d.c.cum ſup.& not.p Bar.in l.iuſiuran-
6 dum.§.ꝓcurator.ff.de iureiuran. ¶ † An aũt iuramẽ-
tum p̃ſtitum ſuper obſeruantia ꝓmiſſionis vacaturæ
ſufficiat ad obligandum ad vacaturam.dic, ꝙ nõ: q̃a
eſſet contra bonos mores. & iõ non valet ſicut dr̃ in
ſtipulatione iurata ſup ſucceſſione futura.in l.ſtipu-
latio hoc modo.ff.de ver.obli. An aũt facta ꝓmiſſio-
ne de prima eccleſia, q̃ ſpectaret ad donationẽ iſtorũ
Abbatis, & monachorum includet̃ p̃benda, q̃ ſpecta
ret ad ipſorum p̃ſentationem p̃ſuppoſito, qđ ꝓmiſ-
ſio valuiſſet. videret̃ dicendum, ꝙ nõ, q̃a differentia
eſt inter p̃ſentationẽ, q̃ ɔpetit rõne iuriſpatronatus,
& collationem, ſeu donationem.vt patet ex his, q̃ ha
bent̃.ſ̃.de iurepat.c.fi.& ſ̃.de p̃ben.cũ in illis.§.cum
aũt.li.vj. ¶ Contrarium hic tenet Io. q̃a ſm̃ eũ videt̃
fuiſſe mens ɔprehendere ẽt ipſam p̃ſentationẽ, quæ
latè ẽt p̃t dici donatio.ſ̃.eo.c.fi. Si enim voluerũt cõ
ferre eccleſiam ſpectãtem ad eorũ collationẽ, multo
fortius vr̃ qđ voluerint ẽt vt ille hẽat eccleſiam ſpe-
ctantem ad eorũ p̃ſentationem.arg.de reg.iur. cui li
cet.li.vj.Nec obſt.c.cum in illis. q̃a hẽt locũ in impe
trationibus, q̃ ſunt odioſæ. de p̃bẽ.q̃uis.li.vj.ſed hic
in collatione, q̃ appellat̃ donatio.ſ̃.de p̃bẽ.relatum.
Iõ latè fieri dẽt interp̃tatio.ſ̃.de dona.cũ dilecti.hęc
tñ q̃ſtio nõ poteſt habere locũ in caſu huius.c. q̃a ꝓ-
miſſio fuit inualida. In caſu aũt.c.ſequẽtis poſſet ha-
bere locũ ſm̃ iſta tp̃a: ſed nõ hodie, p id, qđ hr̃.i c.ij.
ſ̃.e.in vj.niſi confirmata eſſet p Papam: p id, qđ hr̃.in
c.conſtitutus. ¶ Extra gl.põt opponi.nam vr̃, ꝙ licèt
ꝓmiſſio hic facta p monachos nõ valuerit p rõnem
poſitam in litera tñ ẽt alia rõne non debuerit valere
ẽt ſi facta eſſet de vacante ex eo, q̃a monachi nõ de-
bent conferre ſine p̃lato, vbi collatio ſpectat ad vtrũ
que.ſ̃.de his, q̃ fi.a p̃la.in c.innotuit. & c.ea noſcit̃.
& quaſi p totum.& de regularib.c.fi.li.vj. Sol.faten
dum eſt ɔ̃rium, vel potes intelligere, ꝙ monachi ꝓ-
miſerent cũ Abbate. & ſic ab oĩbus ꝓmiſſio fuit fa-
cta. ¶ Vltimo poteſt opponi de c.ſequen. ſoluit Inn.
qđ hic fuit ꝓmiſſa prima eccleſia ſpectans ad dona-
tionẽ ipſorum Abbatis, & monachorũ, & non pote-
rat ſecundũ eum aliter euenire facultas, niſi p vaca-
tionem: iõ non valuit.ſecus in c.ſeq.ſed Hoſt.nõ pla
cet hæc ſo. q̃a ſecundũ eum ẽt aliter q̃ p vacationem
poterat ſpectare bñficium ad ipſos monachos forte
p donationem factã monachis de eccleſia vacante,
vel de iure patronatus ipſius eccleſię ipſis donato.fa
cit, qđ hr̃.ſ̃.de dona.c.cõſultationibus. & de iurepa
tro.c.j.in vj.vel p ędificationem, vel conſtructionem
nouæ eccleſiæ.facit, qđ hr̃.xvj.q.j.c.j.& ij. & penult.
& ſ̃.de eccleſijs ædifi.ad audien.iõ dicebat Hoſt.qđ
hic fuit ꝓmiſſa prima eccleſia vacatura ſpectans ad
ſuã donationẽ: ideo non valuit, ſed in ɔ̃rio fuit facta
ꝓmiſſio de ꝓuidẽdo cũ ſe facultas obtulerit quo ca-
ſu tenebat ꝓmiſſio ſecundũ iſta iura, q̃a non erat a-
perte ɔtra ɔcilium Lateraneñ.ex eo: q̃a poterat facul
tas euenire aliter q̃ p vacationem: vt patet ex his, q̃
ſuperius dixi, & q̃ tangunt̃.in c.ſeq.p gl.& iſtam ſo-
lutionem tenebat ẽt hic do.Ant.Do.vero Flo. dicit,
qđ hic fuit ꝓmiſſa prima eccleſia ſpectans ad colla-
tionẽ monachorũ, q̃ ꝓmiſſio intelligat̃ de prima va-
catura.nã ſecundũ eum non poteſt intelligi cũ ſe fa-
cultas obtulerit: q̃a illud verbum prima eccleſia de-
buit verificari de aliqua eccleſia ſpectante ad eos ſe-
cundũ tp̃s ꝓmiſſionis.p id, qđ hr̃.de reſcrip.in cle.li
teras.& ſm̃ hoc ſm̃ eũ non poteſt ſe offerre facultas,
niſi p vacationem: ſed certe ẽt vr̃, ꝙ poterit ſe offerre
facultas aliter ẽt in eccleſijs ſpectantibus ad eos tp̃e
ꝓmiſſionis: puta ſi forte deponeret̃ beneficiatus, vel
renũtiaret.facit, qđ no.ſ̃.c.ꝓxi.p gl.ſed poſſes defen
ſando do.Flo.dicere, ꝙ de talibus caſibus veriſimili-
ter non fuit cogitatũ: q̃a non debemus in dubio prę-
ſumere delictũ.l.marito.ff.ꝓ ſocio.Nec ẽt debemus
p̃ſumere veriſimiliter, ꝙ q̃s renuntiet beneficio.ſ̃.de
renun.ſup hoc. iõ potius vr̃ cogitaturum de caſu va-
cationis, q̃ naturaliter p mortẽ p̃t euenire.& iõ cum
videat̃ facta ꝓmiſſio de vacatura: licèt hoc nõ fuerit
expreſſum non valuit ꝓmiſſio.Poſſes ẽt dicere, ꝙ cũ
7 ſimus in materia prohibita in ſuo † genere q̃libet ꝓ-
miſſio intelligat̃ ꝓhibita, niſi reperiat̃ ꝓmiſſa. p id,
qđ legit̃, & not.in c.ij.ſ̃.de tranſla.iõ nimirũ ſi ꝓmiſ
ſio de qua in litera cenſeat̃ prohibita ex quo non re
perit̃ ꝓmiſſa.nec obſt.c.ſequẽs.quia loquitur, qñ ali
ter facta fuit promiſſio ſecundum modum, qui erat
approbatus ſecundũ iſta tp̃a. Hodie vero non eſt in-
ſtandum: quia.c.ſequens eſt correctum per.c.ſecun-
dum.in vj.de quo dicendum, vt ibi notatur per glo.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio de prouidendo de beneficio cum vacauerit, vel cum ſe facultas obtulerit, aut cum promittens poterit, differunt, & an aliqua illarum teneat.*

2 *Promiſſio de prouidendo cum promittens poterit facta exiſtenti in minoribus ordinibus, an ei debebitur beneficium curatum ſi contingat illud vacare.*

3 *Permittitur in genere, quod non permittitur in ſpecie.*

ACcedens. Obligaĩ ꝑlatus,ꝙ pro-
mittit ꝓuidere cũ pote
rit.h.d.¶ Et primo facit narratio.Scd̃o il-
1 lud approbat.ſc. a ibi:non igiĩ.¶†No.j.
differentiã eſſe, an ꝓmittaĩ ꝓuideri de
bñficio cum vacauerit: an vero ꝓmittaĩ ꝓuideri cũ
ſe facultas obtulerit, vel cum ꝓmittens poterit:quia
primo caſu non valet ꝓmiſſio,in alio ſic ſcd̃m iſta iura.
hodie vero neutro caſu valet,vt eſt expſſum. in c.ij.
ſ.eo.in vj.qđ intellige,vt ibi no. p gl.¶ Itẽ nota,ꝙ li-
teris delegatorijs credit de geſtis corã eis de quo.ſ.
2 de ꝓba.poſt ceſſionẽ. ¶†Quid autem in caſu decre-
talis ſi promiſsio fuit facta alicui exiſtenti in minori
bus ordinibus, an ei debebiĩ bñficium curatũ ſi con
tingat illud vacare.dic,ꝙ non,ſi non erat in ætate ha
bili ad ſuſcipiendum ſacerdotiũ: qa non intelligitur
tũc eſſe habilis ad beneficium curatum.facit,qđ hr̃.
de reſcrip.ſi eo tpe.lib.vj.mãdatum autẽ de ꝓuidẽ-
do intelligiĩ ſecundũ qualitatẽ ꝑſonæ.ſ.de ꝑben.cũ
de bñficio.li.vj.ſecus aũt ſi eſſet habilis ætate ad ſu-
ſcipiendum ſacerdotium: qa qualitas ordinis nõ re-
qriĩ ſcd̃m tp̃s impetrationis,vel ꝓmiſsionis:ſed ſuf-
ficit,qđ poſtea ſe faciat ꝓmoueri.de inſti.c.ij.lib.vj.
& de ꝑben.ſi ꝓ clericis.& c.ei cui.li.vj. & de elec.li-
cèt canõ.eo.lib. Et ꝑdicta ꝓcedunt ſecundũ iſta tpa.
hodie aũt non eſſet inſtandũ,qa ꝓmiſsiones de qui-
bus hic nõ tenent,vt patet.in d.c.ij.ſ.eo.in vj.¶ Ad-
uerte tñ, qa in ſimplici diſpoſitione de bñficio,non
vĩ venire curatum.ſ.de ꝑben.cum in illis.li.vj. Et iõ
videreĩ,ꝙ in ꝓmiſsione hic facta ſimplr̃ de ꝓuiden-
do de bñficio cum ſe facultas obtulerit nõ intelligaĩ
de curato: ſicut ẽt nõ intelligiĩ qñ Papa ꝑ reſcriptũ
mãdat ꝓuideri de bñficio:vt d.c.cum in illis:ſed be-
ne vĩ,ꝙ poſſet, & deberet prouideri de beneficio ſa-
cerdotali,ſeu habente onus ſacerdotij annexũ:dum-
modo qs ſit in ætate in qua qs poſsit ꝓmoueri ad ſa-
cerdotium ꝑ ea,q̃ hñr.in d.c.ei cui.¶ Vltimo potes
3 notare,ꝙ interdum aliqd † ꝓmittiĩ in gñe,ꝙ non ꝓ-
mittiĩ in ſpecie.de qua ẽt hic in gl. & ſ.de offi.ordi.
ſi ſacerdos.¶ In gl.j.ibi:poſſunt aliq adiungi,&c.fa-
cit ꝓ hoc,qđ hr̃.ſ.de ꝑben.ꝓ illorum. vbi licèt non
vacet canonicatus,& eccleſia ſit numerata pñt cano
nici aliquem recipere vltra numerum, & adiungere
alijs. ¶ In eadem glo.ibi:ꝙ non ꝓmittereĩ in ſpecie.
de hoc dicendum. vt in c.ſi ſacerdos.ſ.de offi.ordin.
qa regulariter tñ valet aliqd fieri in ſpecie quãtum.
in gñe.l.omnes.C.de quadri.ꝑſcrip.& l.ſi duo.ff.de
admi.tuto. fallit in aliqbus caſibus in iure expreſsis
inter quos eſt iſte. & rõ fallẽtiæ patet ex ſuperius di-
ctis p gl.¶ Aduerte tñ, qa licèt rõ gl.cẽt ꝑſuaſiua nõ
tñ vĩ neceſſario ɔcludere: qa ẽt ſub ꝓmiſsione gene
rali,licèt ɔprehẽdi pñt alij caſus,q̃ vacationes ꝑ mor
tem: vt dixit gl.tñ ẽt comprehendi poterat caſus va-
cationis ꝑ mortem ꝑp generalitatem ꝓmiſsionis.
Sed ſi hoc reſpectu ẽt poſsit captari votum mortis al-
terius. iõ hodie ẽt ꝓhibitæ ſunt ꝓmiſsiones gñales
bñficiorũ,ſeu beneficij:vt in ca.ij.ſ.eo.in vj.¶ In ea-
dem gl.ibi.§.q̃ſtionem.ibi dr̃,ꝙ iudex,q vult ponere
aliquem ad torturã non debet ſpecificè interrogare,
an tale qd fecerit: qa metu torturæ d facili poſſet in-
duci ad ɔfitendum: ſed debet interrogare in gñe,an
aliqđ delictum ɔmiſerit, vel an furtũ commiſerit nõ
exprimendo aliter.¶ In eadem gl.in fi.Sed aduerte,
qaꝫ dictum gl. inq̃tum vult valere ꝓmiſsionẽ gña-
lem. Præterea ſi promittaĩ alicui conferre beneficiũ
eccleſiaſticum vĩ obſtare.c.ꝑcedens.Sed poſſes dice-
re,ꝙ illa fuit nimis generalis q̃ ꝓmiſsio glo. qa pro-
miſit ɔferre primã eccleſiam ſpectantem ad ſuã do-
nationem: ſed in caſu gl. ſimpliciter ꝓmiſit conferre.
bñficium eccleſiaſticum. Aduerte tñ,ꝙ ẽt in cã gl.vĩ
ꝙ debeat intelligi de beneficio eccleſiaſtico ſpectan-
te ad ꝓmittentem ſcd̃m tp̃s ꝓmiſsionis.ꝑ id,qđ hr̃.
in cle.literas.de reſcri. & ſic vĩ quodãmodo eadẽ rõ
ꝓhibitionis in caſu gl.q̃ eſt in caſu ꝑcedẽtis.c. ꝑ ea,
q̃ ibi dixi. & ſic poſſet eẽ dubiũ,an gl. ꝓcedat ſcd̃m iſta
tpa.hodie tñ non eſt inſtandũ,qa clarũ eſt,ꝙ non va
let ꝓmiſsio ẽt in caſu gl. ꝑ ea,q̃ hñr.i d.c.ij.ſ.e.in vj.

S V M M A R I V M.

1 *Collatio beneficiorum cathedralis eccleſiæ de iure cõmuni ſpectat ad prælatum, & capitulum.*
2 *Collatio beneficij poteſt dici donatio.*
3 *Ordinare capitur quandoque pro conferre.*
4 *Negligentiã ſuipſius ſupplere eo reſpũ quo cõfert,ſeu hẽt cõferre.*
5 *Diuerſo iure cenſeri põt eadem perſona:propter diuerſas qualitates.*
6 *Prælatus aliquando poteſt intereſſe capitulo tanquam prælatus, aliquando tanquam canonicus.& nu.8.*
7 *Dolus nemini ſuffragari debet.*
9 *Epiſcopus, & canonicus eſſe an poſſit quis in eadem eccleſia.*
10 *Contraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto.*
11 *Res ſpiritualis,non recipit æſtimationem pecuniariam.*
12 *Collatio beneficiorum,ſi ſpectat ad Epiſcopum, & capitulum ſimul ſi propter dolum Epiſcopi capitulum non conferat intra tempus ſemeſtre,dolus non nocebit capitulo.*
13 *Et ſi prælatus intereſt capitulo, vt prælatus,non poteſt ſupplere negligentiam capituli,& tamen ſic quando intereſt, vt canonicus.*
14 *Et ſi prælatus eo caſu quo tanquam prælatus intereſt capitulo cõpellat capitulum, vt procedat ad electionem ſi capitulum non vult eligere,ita ꝙ ſtat per capitulum , & non per prælatum an deuoluatur tunc poteſtas eligendi ad ipſum prælatum:an vero ad ſuperiorem.*
15 *Vox ꝑlati in capitulo,an cẽſeatur maioris autoritatis q̃ voces aliorũ.*
16 *Capituli appellatione, an comprehendatur prælatus.*
17 *Dictio,tanquam,quid importet.& nu.6.*
18 *Ambaſiatores quibus facta fuerit donaria à Principe ad quẽ acceſſerũt,an talia donaria hẽbũt,vel an dẽant eẽ cõmunitatis,ã qua miſſi.*

2 POſtulaſtis. Si ad capitulũ,a & ꝑ-
latum, vt ꝑlatum pri-
neat eligendi poteſtas de vno ad alterum
lapſu tpis nõ deuoluiĩ. Secus ſi ꝑlatus ſit
in capitulo,vt canonicus:qa tũc ex lapſu tpis deuol
uiĩ ad ipſum ꝑlatum , qđ tunc verum erit ſi dolũ nõ
omittat.h.d. Duæ ſunt partes principales. In prima
cõſultatio.In ſecũda rñſio.ſcd̃a ibi:ad qđ.a qua vnũ
caſum excipit ibi:niſi.& illũ determinat ibi,& ĩ hoc.
1 ¶†No.ex tex.j.qđ ad ꝑlatũ,& capitulum vĩ ſpecta-
re collatio beneficiorum in eccleſia cathedrali de iu
re cõi,qđ tenet Goff. ¶ Aliq tñ dicunt,qđ iſtud erat
de ɔſuetudine.de quo dicendum,vt ꝑ glo.& ꝑ doc.
2 ſ.de ele.in c.cum eccleſia vulterana. ¶†Itẽ no.ꝙ ap-
pellatione donationis ɔprehendiĩ collatio: & ſic col
latio bñficij põt dici donatio. in quo autẽ cenſeatur
donatio,hr̃ in tex.& gl.ſ.de ꝑben.relatum.& ꝓ hoc
dixit Ioan.Cal.qđ iſta decre.facit ad id,qđ determi-
naĩ.in c.ſi.de offi.vica.in vj.vbi dr̃,qđ in generali po-
teſtate in dubio non intelligiĩ ɔceſſa poteſtas confe-
rendi bñficium.& pro hoc facit,qđ in gñali ptãte in
dubio non intelligaĩ ptãs conceſſa donandi.l. filius.
ff.de dona.& l.ɔ iuri.ff.de pac.¶ Item no.de ſignifi-
3 catione huius verbi † ordinare: qa ſumiĩ ꝓ cõferre,
vt hic patet,qđ hr̃.ſ.eo.c.ij. de quo.ſ.de offi.delega.
4 ſup eo.¶†Itẽ no. ꝙ eo reſpũ quo qs confert,ſeu hẽt
cõferre non põt eodẽ reſpũ ſuipſius negligẽtiã ſup-
plere.& ex hoc no.ſecundũ Io.Cald.q iſtã decretalẽ
cõmẽtauit,licèt modica dixit vltra cõia dicta, quòd
actio,& paſsio nõ cadũt eodẽ reſpũ in eadẽ ꝑſona. fa-
5 cit.ſ.de inſtit.ad noſtras.¶†Itẽ no.ꝙ ꝑtextu duplicis
qualitatis ɔctus in eadẽ ꝑſona põt eadẽ ꝑſona ĩ ſub-
ſtantia ꝑp dictas qualitates diuerſo iure cẽſeri,& ſic
reſpectu

a Si ad capitulum. Si quæras ad quẽ deuoluaĩ electio, vel collatio beneficiorũ per negligẽtiam, vel delictũ eorum ad quos collatio ſpectat. vide ꝑ do. Hen.Bo in c.cũ in cũctis. ſupra. de electio.

reſpectu inferioris,& ſu pioris, & reſpectu ſupplētis,
& negligētis.Et ſic vr̄ ꝙ poſſit eſſe loco duorū corre-
latiuorū. de quo tāgetur cū gl.pe:& facit ēt qd̄ legit
6 & no.de præben.cū in eccleſia.lib.vj. ¶ †Item no.ꝙ
interdum in capitulo intereſt ꝑlatus tanq̄ prælatus.
interdū vero intereſt tanq̄ canonicus. ¶ Itē no.ꝙ ar.
de tanq̄.ꝙ aliqn̄ aliqs facit tanq̄ ipſe.aliqn̄ facit tanq̄
ali⁹.facit,qd̄ hr̄.ſ.de ele.cū inter diuerſos.& c.cū inter
canonicos. & qd̄ hr̄ in c.pe.de app.in vj.& facit ēt
qd̄ no.per Legiſtas in l.ſi pater.§.ꝙ duos.ff.de adop.
7 ¶Vltimo potes notare, ꝙ dolus † nemini debet ſuf-
fragari,vel ꝓdeſſe.facit,quod hr̄.ſ.de reſcript.ex te-
8 nore.& ff.de dolo.l.ne ex dolo.¶ †Q̄ſtio aūt [a] poterit
a cognoſci,an prælatus interſit in capitulo,vt prælatus:
an vero,vt canonicus. dicit hic Io.Cal.& no.gl.in d.
c.pen.de appella.in vj.quòd hoc poterit perpendi ex
modo ſedendi,& ſubſcribēdi cōgregato capitulo:q̄a
ſi ſedit primo loco, & primo loco ſubſcribit vr̄ inter-
eſſe,vt prælatus.Sed ſi antiquiores canonici præce-
derent cum in ꝓdictis:q̄a ſedēt ante ipſum,& prius
ipſi ſubſcribūt,tūc vr̄ intereſſe vt canonicus.facit,qd̄
hr̄ ſ.de maio.& obe.ſtatuimus. & ff.de albo ſcribē.
in l.j.¶ Aduerte tn̄, ꝙ ſi aliud nō appareret in dubio
cenſet,qd̄ interſit,vt ꝑlatus nō vt canonicus: vt not.
in d.c.pen.Ratio eſt,q̄a qd̄ interſit vt canonicus non
eſt de iure: ſed de cōſuetudine quæ nō præſumitur,
niſi appareat cū ſit facti,& in facto cōſiſtat.de cōſt.c.
j.in fi.& l.j.C.q̄ ſit lon.cōſue.¶ In glo.ij.ibi:non tn̄,
qd̄ prius habebat.forte voluit gl.dicere,ꝙ prius habe
bat deſeruire canonicatui per ſeipſum,ſed modo po
terit ꝑ vicarium. Iſta tn̄ ſol.non vr̄ bona per id,qd̄ hr̄
in c.cū in cūctis.vbi patet,ꝙ priora bñficia perdunt.
Et ſic patet,ꝙ prior canonicatus perdat oīno, & nul
lo modo retineat.¶ Præterea hic vr̄ innui,qd̄ per ſe-
ipſum intererit tanq̄ canonicus in capitulo. iō forte
gl.in ver.eoipſo. voluit dare aliā ſolutionē videlicet,
qd̄ ꝯriū non hēt obſtare,q̄a nō fuit argutū a ſufficiē-
ti partiū enumeratione. ¶ Nam ius canoniæ de quo
hic non hr̄ prius q̄ ipſe Archieps, nec etiā poſt Ar-
chiepiſcopatū eligitur ad ipſum ius,ſed potius ipſum
ius canoniæ imprimit cū Epiſcopatu eodem tpe. &
hoc operet annexio huius iuris canoniæ ad ius Ar-
chiep̄ale virtute cōſuetudinis. facit,qd̄.j.tāget cum
gl.¶ In ea.gloſ.ibi: & excedit alia iura:per hoc nō hr̄
clara ſolut. ideo Io.ſubiungit ,qd̄ iſtud cōtingit,q̄a
ius canoniæ eſt annexū Ep̄ali dignitati. & in hoc bñ
dicit,vt tetigi ſuperius. ¶ In ea.gl.in fi.& ſic rema-
net gl in ſolutione quā.ſ.tetigi, qd̄ iſtud ius canoniæ
eodem tpe imprimit ſimul cū archiepiſcopatu virtu-
te cōſuetudinis. & rōne annexionis eoipſo,qd̄ eligit
in Ep̄m.dicit tn̄ hic d.Flo.ꝙ nō debet intelligi hic de
annexione, q̄ extinguat titulū ,ꝓut facit interdū iuxta
no.ī.ti.j.in c.j.q̄a tunc retineret vocē,vt canonicus.
9 ¶ †Et aduerte ēt qd̄ gl.vr̄ velle,ꝙ poſſit qs eſſe cano
nicus,& Ep̄s in eadē eccleſia.¶ Sed Hoſt.hic dicit,
qd̄ iſtud nō dr̄ in tex.iſto,qd̄ Ep̄s ſit canonicus , ſed
qd̄ habebat vocem, & poterat intereſſe tanq̄ canoni
cus huius canonicatus gr̄a nō erat expediens,qd̄ ha
beret ꝓbēdā,q̄a ſufficit, qd̄ habeat redditus ep̄at⁹ li
cèt ex cōſuetudine ēt poſſet habere ꝓbendā.j.de ꝓ-
ben.cō in eccleſijs.lib.vj. Et iſtud ēt tenet Archi.ibi
videlicet,qd̄ nō poſſit quis eſſe canonicus, & Ep̄s in
eadē eccleſia . q̄a non vr̄ qd̄ hoc eſſe poſſit, ſicut nec
pōt in eodē ſubiecto ꝯcurrere,ſeu in eadē pſona,qd̄
ſit pater,& fili⁹ ,cū ꝓꝑ naturā correlatiuorū debeat
eſſe diſtinctio pſonalis. facit,qd̄ hr̄ in c.vlti.ſ.tit. ꝑ-
xi.Nec ob.iſte tex.q̄a vt ſuperius eſt tactū non vr̄ qd̄
fuerit canonicus,& Archiepiſcopus , ſed quod tanq̄

a Quomodo autem. Add. hic d. Abb. in ij. colū. prope fi. verſ. ſed quarto.

canonicus habebat ius cōſidendi cum alijs de capi-
tulo.& ſic poti⁹ facit in oppoſitū , q̄a nullū ſimile eſt
idē vt legit, & notat in decret.c.ſ.de reſcrip. hic aūt
vr̄ aſſimilari canonico dicendo,ꝙ tanq̄ canonicus ha
bet vocē.¶ Pro iſta parte etiam facit, ꝙ hr̄ in d.c. cū
in eccleſia.dum dicit,ꝙ erat numerus.xij.canonico-
rū i eccleſia.& xiij.ꝓbēdarū,quarū altera erat annexa
dignitati Ep̄ali,& habebit Ep̄s intereſſe in capitulo,
vt canonicus,licèt canonicus nō exiſtat. Et ſic vr̄ ibi
velle lr̄a qd̄ nō ſit canonic⁹,licèt hēat intereſſe, vt ca
nonicus. Io.An.ibi.dicit , qd̄ in effectu.vel vr̄ valere
opinio.Archi.vel q̄a ſīn cū non vr̄ referre, an Ep̄s ſit
canonicus, an vero vocē hēat vt canonicus , & ſic vr̄
velle,ꝙ valeat cōſiderando,qd̄ qs ſit Ep̄s,& canoni-
cus in eadē eccleſia.& pro hoc ēt.facit text.in d.c.cū
in eccleſia.a contrario ſenſu,dum dicit,licet canoni-
cus non exiſtat,q̄a vr̄ velle, qd̄ etiā poſſit operari cō
ſuetudo,qd̄ ſit canonicus, licèt in caſu illo cōſuetu-
do hoc non induxiſſet,ſed ſolū ꝙ intereſſet in capitu
lo,vt canonicus.facit ad prædicta,qd̄ legit, & notat.
ſ.de re iud.cū olim.vbi qs pōt eſſe ꝓpoſitus,& cano
nicus,& ꝓꝑ duplicē qualitatē habere binā vocē. pro
hoc ēt facit, q̄a in voluntarijs actibus vr̄ ꝙ poſſit qs
habere plura officia cōpaſſibilia,licèt ſecus in contē-
tioſis iuxta notata in l.ſi conſul.ff.de adoptio.& in c.
ex lr̄is.ſ.de ꝓba.Io.Cal.in repetitione huius.c.tenet
opi.Archi.in d.c.cū in eccleſia.ꝙ ēt vr̄ hic ſeq Hoſt.
& iō dicit,ꝙ non valet ꝯſuetudo,qd̄ quis ſit Ep̄s , &
canonicus.¶ Mouetur,q̄a talis ꝯſuetudo vr̄ eſſe quo
dāmodo ꝯ nām, vel q̄a ꝯtra nām correlatiuorum de
quorū nā eſt, qd̄ vnū nō ſit aliud.xxxv.q.j.c.j.xxiiij.
q.j.didicimus.& ī.de baptiſmo.debitū.& ſ. tit.ꝓxi.
cū ad noſtrā.facit ēt,ꝙ hr̄.ſ.c.literas. Cōſuetudo aūt
contra naturā rei non vr̄ ualere in c.ij. de cōſuetu.in
vj.& facit,ꝙ hr̄ in l.cū ꝑcario.ff. de ꝑcario.ꝓ hoc,q̄a
a ſicut ſuperior,& īferior,ſeu ſubdit⁹ ſunt correlatiua.
ij.q.vj.qui ſe ſcit.Sic vr̄ ꝙ ſint correlatiua ep̄s, & ca-
nonicus,& ſic vr̄r non poſſe cadere in eodē ſubiecto
per iura ſuperius allegata ēt licèt poſſit habere vocē
vt canonicus,ſi tn̄ verè non ſit canonicus ceſſat ratio
ꝓdicta.pro hoc etiā facit,q̄a tenendo opi.Io.And.&
gl.vr̄r ſequi multa abſurda.Nā ſi eſſet verus canoni
cus vr̄ ꝙ poſſit per ſeipſum priuare ꝓ non reſidentiā.
Itē ꝙ poſſet ſeipſum ſuſpendere, & excōicare. ¶ Itē
excōicatis oībus canonicis, vel ſuſpēſis vr̄ ꝙ ipſe eſ-
ſet excōicatus,& non excōicatus,& ſimiliter ſuſpē-
ſus,& non ſuſpenſus,q̄a eſſet excōicatus,vel ſuſpen
ſus,vt canonicus,& non eſſet ſuſpenſus,vel excōica
c tus,vt prælatus, & ſic ipſe idē eſſet excōicatus,& nō
excōicatus,& ſuſpēſus,& non ſuſpenſus . ¶ Nec ob.
qd̄ hr̄ in c.q̄a ſæpe.de ꝓbē.in vj.& de conſue.in c.j.
eo.lib.& in cle.ſi vero. de ꝓb.& de reſcri.cā te.quia
rn̄det Io.Cal.qd̄ non pōt quis eſſe prælatus principa
lis eccleſiæ,& canonicus in eccleſia ꝓꝑ ꝓdicta abſur
da. ſed aliā dignitatē bene pōt habere cū canonia in
eadē eccleſia,& ita loquunt iura in contrariū allega.
¶ Do.Ant.hic tranſit cū dicto Io.Cal.dicit tn̄ qd̄ fa-
ciliter poſſit rn̄deri ad rationes ſuperius allegatas ꝓ
opinione Archi.¶ Do.Pe.vr̄ hic tranſire cū dicto Ar
chi.& Hoſt.Sed d.Flo.hic refert,qd̄ Io.de I.ig.hic te
net gl.& ꝯrr cū opi.Io.An.& hoc tenēdo dicit poſſe
dici ꝙ nō refert dicere,an ſit canonicus,an vero ha-
beat vocē, vt canonicus . nā vtrobiq; caſus debet in-
telligi taliter,ꝙ non ſurgat incōpaſſibilitas.& ſic dēt
intelligi,qd̄ nō eodē tpe cenſet,vt prælatus,& vt ca
nonicus,nec reſpectu eiuſdē act⁹,ſed potius diuerſo
tempore & reſpectu diuerſi actus:& ſic tale ius cano
nicale erit ſingulare,hoc eſt habens ſpecialē naturā,
& priuile-

& priuilegiatã rõne conſuetudinis, vt dicit glo. Nec
ob. qđ dicitur, qđ duo correlatiua nõ cadunt in eodẽ
ſubiecto. qa illud verũ reſpectu eiuſdẽ actus. ſecus re
ſpectu diuerſorum. Præterea, vt dicit Ioã. de Lig. põt
dici, qđ p̃latus, & canonicus nõ ſint correlatiua. nam
eſt dare p̃latũ q non hẽt canoniam. Itẽ econuerſo eſt
dare canonicos ſine prẽlato cũ de ſubſtantia collegij
non ſit habere prælatum, vt no. Inn. ſ. de p̃ben. cũ nõ
ignoras. & ſic licèt ſuperior, & ſubditus ſint correla-
tiua. ſecus vr̃ in prẽlato, & canonico. Et ſi dicas, qđ
qñ prælatus eſt canonicus, & hẽt canonicos vr̃ eſſe
ſuperior, & ſubditus. dic ſm ipſum, qđ iſtud non eſt
abſurdũ reſpectu diuerſorum actuũ, vt ſ. dixi. facit,
quod hr̃. ſ. de appel. hac collatione. lib. vj. & ſm p̃di-
cta debet intelligi hoc. c. ſm eũ. Nec obſt. prædictis ſi
dicat̃, qđ ſi Ep̃s põt etiã eſſe canonicus, q tunc ſemp
Ep̃s cenſebit̃ habere maiorẽ partẽ capituli. quia ipſe
ex ſua perſona vr̃ habere medietatem, & ſic ſi hẽat
etiã vnũ canonicum vr̃ habere vltra dimidietatem, &
ſic maiorẽ partẽ, & per ꝯñs ſemper Ep̃s poterit face-
re id, qđ vellet, qñ ipſe erit Ep̃s, & canonicus ſicut
poſſet, qñ nõ eſſet canonicus, ſed haberet vnum, vel
duos ex canonicis ſecũ, qa rñderi põt, quòd illa fuit
opi. Hoſt. videlicet, qđ ſi Ep̃s habet vnũ, vel duos de
canonicis ſecum, q tunc dicat̃ habere maiorẽ partẽ
capituli, vt ipſe hic poſuit ſuã opinionẽ, ſed iſta opi.
coĩter non tenet̃, vt inferius tangetur. ¶ Itẽ aduerte
qa diſtinctio Io. Cal. inquantum facit differentiã in-
ter principalẽ prẽlatũ eccleſiæ, & aliũ hñtẽ aliam di-
gnitatẽ in eccleſia non vr̃ pcedere. qa vtrobiq; vide
tur eadẽ rõ, & p ꝯñs idẽ ius dẽt eſſe. ſ. de tranſla. p̃la
torũ. c. ij. qđ aũt eadẽ ratio ſit vtrobiq; ſatis põt pate
re ſi ponderamus, qđ aliquis ſit præpoſitus, & cano-
nicus in eadẽ eccleſia, quod eſſe põt, vt legitur, & no
tatur. ſ. de re iud. cum olim. & ſimiliter põt eſſe quis
Archidiaconus, & canonicus in eadẽ eccleſia. ſ. de
reſcriptis. & c. eã te. vnde ſi ponamus, qđ p̃poſitus p̃
ſit capitulo, & habeat iuriſditionẽ in canonicos, qđ
eſſe põt ſaltẽ ex conſuetudine, ſicut & capitulum ex
conſuetudine põt habere iuriſdictionẽ in canonicos
ſ. de offi. ord. irrefragabili. §. exceſſus. erit per omnia
eadẽ ratio in ipſo præpoſito, quòd in Ep̃o. nã licèt ip
ſe præpoſitus ſi ſit etiã canonicus non poſſit in ſe tan
quã canonicũ iuriſditionẽ exercere. qa nemo ſibijpſi
imperare poteſt. l. pen. ff. de arbitris. & ff. de lega. iij.
l. ſi quis in prin. teſtamenti. & hoc iõ, qa in actibus
cõtentioſæ iuriſditionis iſta duo officia eſſent incom
paſſibilia propter id qđ proximè dixi, qa nemo ſibi
p̃cipere, vel imperare põt. facit, qđ hr̃ in l. ille a quo.
§. ſi de teſtamento. ff. ad trebel. tñ non per hoc prohi
betur eſſe præpoſitus, & canonicus, qa poterit vti ip
ſo duplici officio in actibus voluntarijs ꝯpaſſibilibus
& ſic vbi non ſurgat repugnantia. & ideo poterit im
minente electione habere duplicẽ vocẽ. vnã tanq̃ p̃-
poſitus, aliam tanq̃ canonicus. facit, qđ habet̃ in d. c.
cum olim. & in l. ſi conſul. ff. de adopti. & quòd no.
ſ. de proba. ex literis. & eodẽ modo ſi quis eſſet Ep̃s,
& canonicus poſſet habere duplicẽ vocem ſi haberet
intereſſe in capitulo tanq̃ prælatus. nã vnã habebit,
vt Ep̃s, aliam vt canonicus. Si aũt ſolũ poſſet intereſ
ſe tanq̃ canonicus: tunc ſolum vnam vocẽ habebit.
Et per prædicta patere poteſt reſponſio ad rationem
Io. Cal. dum dicebat, q ſi Ep̃s poſſet eſſe canonicus:
ſequeret̃, qđ poſſet ſeipſum priuare, qđ eſſet abſur-
dum, & contra iura. qa non eſt verũ, qđ ex dicta opi
nione hoc ſequeret̃ ex eo, qa in his, quę ſunt conten
tioſæ iuriſditionis ſicut eſſet in actu priuationis non
poſſet fungi ipſo duplici iure. ſed p hoc non ſeqt̃, q
non poſſet eſſe Ep̃s, & canonicus. qa in actibus volũ
tarijs vbi non ſurgeret repugnãtia poterit vti ipſo du
plici iure. vt patet in actu electionis. d. c. cum olim.
¶ Itẽ non ob. q ſi excõicentur canonici, vel ſuſpendã
tur, qđ tũc eſt excõicatus, & nõ excõicatus, vel ſuſpẽ
10 ſus, & nõ ſuſpẽſus, qđ vr̃ abſurdũ, & ꝯ ius cũ † duo
cõtraria non pñt eſſe in eodẽ ſubiecto. xcij. diſt. c. ho
ſpitioſũ. & xxxij. q. j. quæ renũtiat̃. Nã rñderi põt, qđ
qñ excõicant̃, vel ſuſpendunt̃ canonici intelligantur
ſolum ſuſpenſi, vel excõicati illi qui tm̃ ſunt canoni-
ci, non aũt illi qui vltra canonicatũ habeant ẽt digni
tatẽ. qa in materia pęnali ſub caſu ſimplici non vr̃ cõ
prehendi miſtus. l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff. de
adulte. ¶ Itẽ non ob. q conſuetudo talis eſſet contra
naturã rei. quia iſtud non eſt verum, vt patere poteſt
ex his, quæ hñr in d. c. cũ olim. & in d. c. eam te. & ſic
ex p̃dictis vr̃, qđ verior ſit opinio. gl. & Io. An. qui vo
luerunt, quòd quis poſſit eſſe Ep̃s, & canonicus in ea
dẽ eccleſia ſi cõſuetudo hoc habet. ¶ In gl. fi. ibi: non
eſſet ſoluendo. ſupple, qa hic agitur de re † ſpirituali,
quę non recipit æſtimationem pecuniariã. facit, qđ
12 no. per gl. ſ. de cau. poſſeſſionis. in c. cum olim. ¶ † In
eadẽ gl. in fi. & ſic vult gl. quòd dolus Epiſcopi non
proderit canonicis, ex quò fuerunt negligentes. ſed
nocebit Epiſcopo. qa vbi aliàs propter negligentiam
canonicorũ in non eligendo deuolueretur poteſtas
ad Epiſcopum, hoc caſu non deuoluetur ad eũ pro-
pter ipſius dolum. ſed ad ſuperiorem ipſius Ep̃i, licèt
Io. aliter dixerit, vt ſ. tetigit gl. Io. An. hic concordat
opiniones. nam dicit, qđ qñq; canonici propter do-
lum Epiſcopi non eligunt, nec eligere pñt, & tũc pro
cedat prima opinio, quia talis dolus in effectu non
nocebit canonicis. Si vero propter dolũ Epiſcopi nõ
eligunt, ſed tñ poſſunt eligere, & ſunt negligentes, &
tunc procedat opinio gl. primus autem caſus poteſt
exẽplificari ſi fortè Ep̃s excõicauit, vel ſuſpendit ca-
nonicos, vt ſic non poſſint eligere, vel procurauit per
aliũ fieri, vel fortè coegit eos ſingulariter abſentare.
nã tunc videretur, qđ tunc non currat tẽpus capitu-
lo, vel ſaltẽ reſtituetur. Do. Ant. poſt Lapũ de caſtel-
lione dicit, q qñ canonici ſunt ſuſpenſi, vel excõica-
ti tunc interim tp̃s non currit. ſ. eo. qa diuerſitatẽ. q
intelligi qñ non ſunt negligentes in petendo abſolu
tionem, vt ibi notatur. ideo fruſtra q̃rit̃ de deuolutio
ne, vel de reſtitutione, qa nulla ſit deuolutio, nec ne
ceſſaria eſt reſtitutio, ex quò tp̃s non currit, & ex p̃di
ctis habes vnũ exemplũ qualiter cõmitti põt dolus p
Ep̃m, & quid dicẽdũ in dicto exẽplo. ¶ Alij vero po-
nũt aliud exemplũ ſi fortè prẽlatus latitat, & nõ vult
venire ad electionẽ, allegant de dolo. c. cauſam. & c.
fi. ſed certè iſtud exemplum nõ eſt bonũ. qa per hoc
non impediret̃ electio. nam circa finem termini poſ-
ſet maior pars capituli pcedere ad electionẽ ſm no
tata de electione. bone. el j. & c. eccleſia. el ij. & c. in
cauſis. & facit, quod notatur de poſtula. bonæ. el ij. vñ
alij ponunt exemplum, quia fortè prælatus non vult
aliquo modo cõcordare cũ capitulo. ſed iſtud exem-
plũ etiã non eſt bonũ, qa capitulũ ſaltẽ circa finẽ ter
5 mini poterit eligere, per id qđ pximè dixi. nam qñ
p̃latus intereſt in capitulo, vt canonicus, eius vox eſt
tm̃ quantũ vox vnius alterius, licèt ſit aliquantũ ma
gis põderoſum pp dignitatẽ ipſius Ep̃i. Ideo alr̃ po-
nit̃ exẽplum, puta qa fortè pbatur prælatũ pcuraſſe
vt differretur electio q̃ſito colore de expectandis ab-
ſentibus, vel pmiſit p̃poſito qui habebat poteſtatem
conuocandi capitulũ, q ſi differret ordinaret ad libi-
tum ipſius prępoſiti. vnde ex his, & alijs pſpicuis in-
dicijs poterit probari dolus. l. dolũ. C. de dolo. & in

c.ij.de renũtiat. in vj. & in iſtis exẽplis poſſet ſaluari
opinio gl.quia tunc curret tempus,ex quo potuerũt
eligere, ſed non deuoluetur ptãs ad Epiſcopũ ꝓpter
13 eius dolum,ſed ad eius ſuperiorẽ,vt dicit gl.¶† Quę
aũt ſit ratio,ꝙ ſi prælatus intereſt in capitulo,vt præ-
latus,non poteſt ſupplere negligentiã capituli,& tñ
ſic,quando intereſt,vt canonicus.dicit Inn. qđ ratio
eſt.Quia primo caſu ipſe eſt principalis in negligen-
tia,quia ad ipſum ſpectat poteſtas conuocandi capi-
tulum,& cogendi ipſum ad electionẽ faciendã. Vn-
de tunc videtur propria negligentia, nõ capituli tñ
ideo ſupplere nõ poteſt.quæ ratio ceſſat,qñ intereſt
in capitulo,vt canonicus, ſed certè hęc ratio non eſt
perfecta,q̃a ex illa ſequeretur,qđ ſi eo caſu quo ha-
bet intereſſe, vt prælatus ſpectaret de conſuetudine
poteſtas cõuocandi,& cogẽdi capitulum ad electio-
nẽ ꝑterea fortè ad antiquiorẽ canonicũ.facit,qđ hꝛ.
ſ̃.de maio.& obe.in c.j. qđ tunc poſſet ſupplere ſuã
negligentiam,licèt intereſſet,vt prælatus, qđ eſt cõ-
tra iſtum tex.qui ſimpliciter, & indiſtinctè loquitur.
¶ Ideo datur alia ratio diuerſitatis, quia primo caſu
eius ptãs non confundit in capitulo,imo eſt ſepara-
ta ab ipſo capitulo.Ideo cũ ibi interſit,vt pręlatus,de
neceſſitate eodẽ reſpectu ſuppleret quo negligit,hoc
aũt ꝯtrarium eſſet iuri, quòd quis negligẽtiã ſuam
ſuppleret eodem reſpectu quo ipſe negligit, q̃a ſup-
plens debet eſſe diuerſus ab eo cuius negligẽtia ſup
plet.ar.c.fi.ſ̃.ti.j.Sed in ſcđo caſu,qñ intereſt, vt ca-
nonicus,ipſius poteſtas,vt vnius de capitulo confun
ditur in ipſo capitulo. factum autem a capitulo, vel
neglectum non eſt inconueniens, quòd corrigatur,
vel ſuppleatur per prælatum etiã ſi in capitulo habe-
bat intereſſe prælatus, vt canonicus . q̃a diuerſo re-
ſpectu tunc facit.nam negligentiã cõmittit tanq̃ ca-
nonicus,& ſic tanq̃ vnus de capitulo, & demum ſup
plet negligẽtiã tanq̃ prælatus,& ſic diuerſo reſpectu.
Ideo illud toleratur ꝓpter diuerſa iura concurrentia
in perſona ipſius.facit,quòd hꝛ.ſ̃.de electio. cũ inter
vniuerſas.& in l.tutorẽ.ff.de his quibus, vt indignis.
pro hoc etiã facit,quod habet.xvij.diſ.c.j.vbi de Ar
chiepiſcopo appellatur ad cõcilium, licèt in ipſo cõ
cilio habeat intereſſe Archiepiſcopus, q̃a non habe
bit ipſe ſolus cognoſcere, ſed illi de cõcilio cum eo.
Ad idem etiam,quod habetur in l.j.§.ſolent.ff.quã-
do appellandum ſit. vbi a nominatione facta per pſi
dem, & decuriones appellatur ad ipſum præſidem,
& hoc ideo,quia cum decurionibus pręſes interfuit,
vt conſultor interfuit,ſed in appellatione cognoſcit,
vt principalis,& ſic in diuerſo reſpectu,& ideo eodẽ
modo in propoſito nõ eſt abſonũ, quòd qñ prælatus
intereſt in capitulo,vt canonicus , qđ poſſit ſupplere
negligẽtiam capituli tanq̃ pręlatus,videtur tñ Inno.
hic facere differentiã inter ꝑtãtẽ eligendi, vel confe-
rendi ex vna parte,& iuriſditionẽ exercendi ex alia.
quia primo caſu procedit quod dictum eſt, vt ſit dif-
ferentia,an prælatus interſit in capitulo, vt canoni-
cus,aut vt prælatus.Sed in ſcđo caſu videtur velle, ꝙ
indiſtinctè poſſit appellari ad ipſum prælatum de ge
ſtis per eũ cum capitulo . ſed certè q̃cquid dicat, ea-
dem diſtinctio eſt fienda vtroq; caſu, vt hic tãgit Io.
An.& eſt expreſſum in c.pe.de appel.in vj. Et per ꝑ-
dicta põt inferri ſm Hoſti.ꝙ Epiſcopus electum a ſe
eo exiſtente in capitulo,vt canonico,poterit exami-
nare,& confirmare.q̃a diuerſo reſpectu facit, & per
prædicta etiã dicit, ꝙ ſi duo eſſent electi in diſcordia
in capitulo in quo interfuiſſet Epiſcopus, vt canoni-
cus, ꝙ quandocunque Epiſcopus faceret partem, &
eẽt de cõtradictoribus alterius electi, nihilominus,

a Directa. Do. Ab.ſũmat hic duplicites.vid' eum.

niſi recuſetur habebit poteſtatem cognoſcendi tanq̃
prælatus de ipſis electionibus quæ ipſarum dẽat ꝓua
lere,per id,quod habet in d.c.penulti.de ele.in vj.&
facit,quòd no.ſ̃.de offi.ordi.irrefragabili. §.j. & qđ
no.per gl.in d.c.penul. Et per prædicta etiam videt,
ꝙ ſi appellatur ab electione facta per Epiſcopum in-
tereſſentẽ in capitulo tanq̃ canonicus , qđ appellari
poterit ad ipſum tanquam prælatum , & poterit de
appellatione cognoſcere,niſi recuſetur , per id quod
14 habetur in d.c.pe.de appel.in vj.¶† Quid autem ſi ꝑ
latus eo caſu quo tanq̃ pręlatus intereſt in capitulo
compellat capitulum,vt procedat ad electionẽ ſi ca-
pitulum non vult eligere,ita ꝙ ſtat per capitulum,&
non per prælatum, an deuoluatur tunc poteſtas eli-
gendi ad ipſum prælatum,an vero ad ſuperiorẽ . Dic
ſm Ioan.Cal.ꝙ ſi circa finem termini capitulum no-
luit eligere,poterit ꝑlatus eligere ante lapſum termi
nũ,ꝑ id qđ hꝛ. in c.eccleſia.el ij.poſt Inno.de ele.&
eo.ti.c.bonæ.el ij.& pro hoc etiã,q̃a ſi aliqui de capi
tulo circa finem termini alijs negligentibus eligerẽt.
q̃a tunc ius capituli reſideret illis propter negligen-
tiam aliorum.facit,quod no.ſ̃.de poſtu.in c.gratum.
cenſeret talis electio ab eis facta a capitulo per ea,q̃
15 habentur in iuribus præallegatis.¶ † Sed iuxta ꝑdi-
cta quærit, an vox ꝑlati in capitulo cẽſeat eſſe maio
ris ponderis q̃ aliæ voces.videtur quod ſic, per ea, q̃
no.ſ̃.de ele.dudũ.& plus dixit Vincen.ſ̃.de ele.cum
eccleſia.qđ vox Epi præfertur omnibus alijs,quia ip
ſe eſt præordinator in cunctis.xxv.diſt.perlectis. ſed
certè licèt eſt præordinator in cunctis,tamen nõ ſe-
quitur, quòd eius vox in omnibus agendis præualet
omnibus alijs, cũ multa habeat expedire cũ capitu-
lo,vel cum eius conſenſu,facit,quod habet.ĩ.de his,
quę fiunt a prælato.c.ea noſcitur.& etiam, quod ha-
betur in tex.iſto,& infra,ne ſede vacante.c.j. libr.vj.
& ſic videtur,quòd nõ ſufficiat ipſius vox ſola.Hoſt.
dicit,quòd ſi Epiſcopus intereſt in capitulo, vt cano
nicus, tunc eius vox reſpectu numeri non eſt maio-
ris autoritatis quàm ſint alię voces aliorũ,ſed æqua-
lis eſt cum alijs,& cenſeretur vnica , ſicut & quæli-
bet alia alterius de capitulo,tñ aliquantulum eſt põ
deroſior alijs,& tanquam ponderoſior cẽſetur ſi fiat
collatio zeli,& meriti,ſecundum ea quæ hꝛ in c. in
geneſi.de elec.& in præal.c.dudum.ſi autem interſit
quantum prælatus.tũc dicit,quòd tantum valet eius
vox ſola, quãtum omnes voces totius capituli ꝑ ſe,
& ſic cenſetur habere dimidiam partem iuris eligen
di.pro hoc allegat.quia in ſimili videmus,ꝙ Epiſco-
pus ſolus tantum percipit de obuẽtionibus, quantũ
omnes alij canonici.allegat de teſtamẽtis,requiſiti.
§.ſi vero.allegat etiã pro hoc ſecundo , ꝙ habetur.ſ̃.
de ele. ſcriptum. vbi interdum aliquis habet tertiam
partem electionis,ſeu iuris eligendi,& ſic eodẽ mo-
do non videtur abſonum, ꝙ habeat dimidiam , licèt
canonici ſint plures in numero.Item pro hoc allegat
quod habetur.ſ̃.de reſcriptis. paſtoralis . vbi iudices
vnius reſcripti videntur habere parem poteſtatem cũ
iudicibus alterius reſcripti , licèt illi ſint in numero
plures,& ſic eodem modo videtur dicendum in pro
poſito,& ſic videtur , quòd ſi Epiſcopus tunc habeat
ſecum vnum,vel duos de canonicis , quòd licèt alij
contradicant , & eligunt alium , quòd debeat valere
electio facta ab Epiſcopo.q̃a illa videt facta a maio-
ri parte ; nam ex perſona ſua videtur facta a dimidia
parte,& propter vocem vnius canonici, vel duorum
quam etiam ſecum habet.videtur,quòd habeat ma-
iorem partem,& per ꝯſequens vr̃, ꝙ electio fcã tunc
ab eo tanq̃ facta a maiori parte dẽat valere,& ꝑdicta
dixi

dixi ꝓcedere in collationibus, & electionibus, & ſimilibus. nã iſta talia ſcd'm eũ debet p̃latus facere cũ cõſilio capituli non cũ cõſenſu. qđ tñ, an ſit verũ recurrendũ eſt ad plenè notata. ſ. de elec. cũ eccleſia. nã compoſt. ibi tenuit contrariũ, & vr̃ ẽt idẽ ſentire ibi gl. In alienationibus aũt q̃ accidẽtaliter q̃nq; fiũt dicit, ꝙ requirit̃ maior pars capituli, per id, ꝙ habet̃. j̃. de his, q̃ fiunt a præla. c. j. & de magiſtris. in c. quia nonnulli. Io. An. dicit Principalẽ de mediolano determinaſſe ꝯ opinionem Hoſt. vt ipſe ẽt plenè refert. in c. pen. j̃. de appel. in vj. & ſequit̃ ẽt ibi Io. An. & ẽt Io. Cal. hic mouentur, qa ſi Ep̃s habet aliquid facere cum ꝯſenſu capituli oportet, qđ hẽat ſecũ totũ capitulũ, & ſic voces oĩum, vel ſaltẽ maioris partis. Et idõ ſi viginti eſſent canonici nõ ſufficeret, qđ ex illis haberet. x. qa nõ hẽret maiorẽ partẽ ipſius capituli, ſed ſolũ mediã, vt eſt tex. cum gl. in c. j. ne ſede vacante. in vj. ergo multoſortius ſi ad p̨larũ, & capitulũ ſpectat aliquid facere debebit interuenire voluntas totius capituli, vel maioris partis. nã plus iuris cenſet̃ habere capitulũ, q̃n actus eſt expediendus per prælatũ, & capitulũ quã, q̃n eſt expediendus per p̨latum cũ cõſenſu capituli, vt eſt tex. in d. c. j. & expreſſe ibi hoc colligit̃ ſi bene aduertat̃. ¶ Itẽ cõtra Hoſti. facit, qđ habet̃ in c. cã noſcitur. de his, quæ fiunt a p̨lato. vbi vr̃ expreſſum, qđ debeat hẽre totũ capitulũ, vel ſaltẽ maiorẽ partẽ. ad idem etiam, ꝙ hr̃ in c. quanto. eo. ti. ¶ † Itẽ tertio pro iſta parte facit, quia licèt p̨latus, & capitulũ dicant̃ facere vnũ corpus cuiꝰ caput eſt p̃latus, & canonici mẽbra. j̃. ti. ij. in c. nouit. & ꝓpter hoc lato ſumpto vocabulo interdum appellatione capituli ꝯprehendit̃ p̃latus, vt dixi. ſ. eo. in c. poſt electionẽ. tñ re vera ſtricto ſumpto vocabulo, ſeu ꝓpriè aliud eſt p̃latus aliud capitulũ, & ꝓ hoc iſte tex. qui ponit copula inter iſta. facit etiã, qđ hr̃. j̃. de his, q̃ fi. a p̃la. ſine conſenſu ca. in rubro, & nig. & qđ notauit gl. in cle. vt hi, qui diuinis. de ęta. & quali. Et ſic cũ re vera capitulum ſit corpus ſeparatum de per ſe a p̃lato vr̃, qđ ad hoc, vt dicatur capitulũ conſentire requiratur, qđ oẽs de ipſo capitulo conſentiant, vel ſaltẽ maior pars ipſius capituli. qa virtutes capituli, ſeu capitulares cenſent̃ eſſe p̨nes maiorẽ partẽ ipſius capituli. j̃. de his, q̃ fiunt a maio. parte capi. c. j. & ſ. de ele. c. cũ inter canonicos: ibi no. & ſic non ſufficit, qđ Ep̃s habeat vnum, vel duos ex canonicis ſecũ. qa cũ ad ipſum Ep̃m, & capitulũ pertineat expedire actum non poteſt dici, ꝙ tunc ſit expeditus ab ipſo Ep̃o, & capitulo, ex quò cũ eo non conſentit maior pars capituli. pro iſta parte etiã. facit, quia tenendo opinionem Hoſt. ſequi poſſet abſurdũ. nã ſ'm illã ſi Ep̃s haberet vocẽ in capitulo tanq̃ canonicus, & actus haberet expediri per p̃latũ, & capitulũ, qa tanq̃ prælatus haberet medietatẽ vocis electionis, & tanq̃ canonicus aliã vocẽ haberet vltra dimidietatem, qđ ſemper præualeret electio Ep̃i. & dato, ꝙ non intereſſet vt canonicus tñ raro eſſet, ꝙ ſaltẽ vnũ, vel duos de canonicis nõ hrẽet ſecũ, & ſic ſemper p̃ualeret electio Ep̃i, ꝙ eſſet inconueniens. Præterea ſ'm Io. Cal. ſeq̃ret aliud inconueniens, cum vox Ep̃i ſit indiuiſibilis qa vnica eſt. facit, qđ hr̃ in c. loquuntur. xxiiij. q. j. nũquã capitulũ poſſet habere maiorẽ partẽ electionis, ſed eꝯ Ep̃s ſic, qa ꝓlata ſunt capita canonicorum, & ſic plures voces. Et per prædicta cõcludit Io. Cal. qđ opinio Hoſt. non eſt vera. & ideo videt̃, qđ ſi ad prælatum, & capitulũ, vel ad prælatum cum conſenſu capituli ſpectet aliquid expedire, ſi. xx. ſint canonici nõ ſufficiet decem conſentire cũ Ep̃o. & ſic tunc electio facta ab Ep̃o cum p̃dictis. x. non valebit, qa non põt dici facta ꝑ p̃latum, & capitulũ, vel per prælatũ cum ꝯſenſu capituli, ex quò nõ interuenit ꝯſenſus maioris partis capituli, & ſilr̃ electio facta ab alijs. x. non valebit, qa non eſt facta a capitulo, ex quò non interuenit maior pars capituli. dicit tñ Ioã. Cal. & etiã. d. Ant. hic, qđ ſi Ep̃s haberet intereſſe in capitulo, vt canonicus, & cum ipſo eſſent. x. canonici. qđ tũc, qa ẽt põt conſentire tanq̃ canonicus ſi hoc faciat habebit. xj. voces. & ſic maiorẽ ꝑtẽ capituli, vbi ex. xx. vocibus exiſtat capitulũ. Et ideo tunc valebit factũ ab ipſo Ep̃o cũ prædictis canonicis ꝓpter vocẽ illã vndecimã q̃ hẽt, vt canonicus. ſecus, q̃n nõ haberet intereſſe, vt canonicus. qa tunc, vt dixi, licèt haberet dimidietatẽ vocũ capituli non ſufficeret cum virtutes capitulares conſiſtunt in maiori parte capituli. l. qđ maior. ff. ad municipales. & de reg. iu. c. cũ maior. li. vj. & ſic multominus non ſufficeret habere vnũ, vel duos ſecũ. Nec ob. rõnes Hoſti. & primo non ob. qđ habet̃ in d. c. requiſiſti. §. ſi vero. qa rñdet Io. Cal. qđ ibi hoc non bñ ꝓbat̃, ad qđ allegat Hoſti. & ſic ſuppoſito, qđ illud ꝓbaret illud tolerat̃, ꝑ ea q̃ hñr. xiij. q. ij. in c. vobis. & c. cõceſſo. & c. Vulterana. & qa nullum tunc ſequitur inconueniens. ſed ſecus eſt in caſu ꝓpoſito, q̃n tractatur de electione, vel collatione, vel de alio ſimili, quia reſultare poſſent inconueniẽtia de quibus ſupra, ſi vera eſſet opinio Hoſt. Itẽ non ob. quod habet̃ in c. ſcriptum. de ele. quia illud procedit rõne conſuetudinis in caſu illo. Item non ob. ꝙ habetur in d. c. paſtoralis. quia imo facit, ꝙ ſi bene cõſiderent̃, qa non ſufficeret, qđ iudices primarum lr̃arum cõcurrerent cũ vno ex alijs iudicibus aliarũ lr̃arum. ſed oportet, qđ maior pars iudicũ non lr̃arum cõuenirent cũ eis ſ'm verũ intellectũ, & ſic patet, qđ non ob. ꝯtria, & de materia hic per Io. Cal. & per Io.
17 An. in d. c. pen. de appella. in vj. ¶ † Vltimo dicit Io. Cal. qđ quia hic argumentũ de tanq̃, ꝙ facit iſte tex. ad quæſtionẽ Ambaſiatorũ q̃bus facta fuerunt dona
a ria ᵃ a Principe ad quẽ acceſſerunt an debebunt talia donaria remanere penes ipſos Ambaſiatores, an vero debeant eſſe cõitatis, q̃ eos miſit, de quo per Legiſtas in l. qui ꝓprio. §. vt in certis. ff. de ꝓcur. in l. ſi vero. §. item quicquid. ff. ſo. ma. vbi ponit̃. nã quidam dicunt debere attendi, an ꝑſonæ Ambaſiatorum eſſent aliàs notę ipſi ad quem mittunt̃, an non, alij dixerunt conſiderandã qualitatẽ rei donatę. Ioan. Cal. quẽ ſequit̃. d. Ant. dicit has opiniones poſſe coniungi. qa ſi perſonæ Ambaſiatorũ ſunt notę aliàs ipſi ad quẽ mittunt̃ tunc remanebunt penes ipſos donaria. Si vero non ſunt notę conſiderari dẽt qualitas rei donatæ. quia ſi donauit veſtẽ p̃ſumitur cõtemplatione ipſarũ facta donatio, & ſic remanebit eis. Si vero donauit caſtrũ, præſumet̃ qđ cõtemplatione ciuitatis. allegat, qđ hr̃ de teſta. requiſiſti. & in l. hr̃ditatẽ. ff. de Caſtrẽ. peculio. Sed Bar. vt hic refert d. Flo. in d. §. itẽ q̃cquid. tenet in dubio alio non apparente, qđ donaria debent cedere, & remanere ipſis Ambaſiatoribus reiecta p̃dicta diſtinctione. allegat, qđ hr̃ in l. ſocium q̃ in eo. ff. ꝓ ſocio. iuncta gl. vbi patet, qđ ſi aliq̃d donet̃ vni ex ſocijs occaſione forte ipſius ſocietatis, ſeu q̃ occaſione ſocietatis efficit̃ notus donanti illud cedit ipſi donatario nõ aũt ſocietati. qa immediata cauſa donationis eſt ipſa liberalitas. facit, ꝙ habet̃ in l. j. ff. de dona. ideo ei debet cedere donũ in quẽ liberalitas exercetur, licèt propter aliam cãm remotã deuẽtum fuerit ad ipſam donationem, & cum iſta opi. trãſit hic do. Flo. quæ videtur bene probari per illa quæ habentur in d. l. ſocium qui. in eod. ad fi. licèt domi. Anto. tranſeat cum opinione Ioan. Cald.

ᵃ Donaria. Ambaſiatoribus, An ſint eorum vel eorum qui eos miſerunt. vid. ſuper hoc Petrũ rauenatẽſem in ſuo Alphabeto aureo verbo Ambaſiatores. vbi dicit, ꝙ cõiter concluditur, ꝙ illa dona ſunt ipſorũ Ambaſiatorum per rationẽ Bald. quia nõ recipiunt illa tanq̃ Ambaſiatores, cũ hoc ad hoc mãdatũ non habeant.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio beneficij vacaturi facta a collatore, vel etiam a patrono, an valeat.*
2 *Præſentatio poteſt dici donatio.*
3 *Mulier in dignitate conſtituta eſt capax iuris præſentandi.*
4 *Laicus poteſt in eccleſia cathedrali habere ius præſentandi ad præbendas, non poteſt tamen habere ius præſentandi prælatum.*
5 *Turpitudinem ſuam allegare non licet poſt ius alteri quæſitū, ſed ante ius alteri quæſitum ſic.*
6 *Laicus, an poſſit alteri committere poteſtatem præſentandi antequam vacet beneficium.*
gl.præallegatam.Gl.tamen in d.c.dudum.& Io.An.
poſt Inn.& Hoſt.dicunt ibi in d.c.dudum.ꝙ in aliena
tione rei eccleſiæ non requiritur decretum,q̃a hoc
non reperitur in canonibus expreſſum,imo videẽ ꝙ
ſufficit ſolennitas capituli ſine exceptione.xij.q.ij.li
cèt requiratur in alienatione rerum minorũ,vt patet
in d.l.non ſolũ.& l.ſi p̃dium.C.de p̃dijs,& rebus mi
6 norum.¶ †Tamen aduerte,quia tenẽdo opinionem,

[a] Hic concludit. Vide hàc diſtin. clarius per Abb. hic in a.col. verſi. & cõclude.

quod requiraꝛ̃ decretum,licèt canoniſtę cõiter illam
non teneant,vt patet ex ſuperius dictis, & ex notatis
in dicto.c.dudũ. põt eſſe dubium,an decretũ debere
prꝗcedere actum,an vero poſſet ſequi,& iſtud inue-
ſtigare poſſet eſſe vtili quo ad alienationes rerum
minorum, & in alijs actibus in quibus nõ requiritur
decretum,& videtur quòd debeat præcedere ipſum
actum.nam decretum vr̃ eſſe, quãdo iudex decreuit
actum futurum licitè fieri poſſe, vt voluit glo.in d.c.
dudum. & ſic videtur quòd debeat præcedere ipſum
actum,& hoc etiam ibi tennit gloſ.& facit, quod ibi
notauit Inno.in quadam additione de qua etiam ibi
per Ioan.An.& pro iſta parte etiam facit, qđ notauit
gl.in l.ait prætor.§.permittitur.in gl.quæ incipit,ſed
cur ſecus.ff.de minoribus.¶ In cõtrarium facit,quia
videtur ꝙ poſſit fieri poſt ipſum actum, & eſſe com-
plementum ipſius actus per id,quod hr̃ in l.j.in ver-
bo decretum coniuncta gl.C.de tuto.& curato.illu-
ſtrium.facit,quod babetur in l.fi.C.arbitrium tutelę.
Et pro iſta parte etiam facit communis obſeruantia
tabellionum . quia in fi.inſtrimenti ponunt clauſulã
illam qbus omnibus , & ſingulis præfatus dñs iudex
ſuam appoſuit autoritatem,& decretũ . Bal.in d.l.j.
qui admitti ad bon.poſſ.poſſunt.in vltima charta di-
cit quòd vtraq; practica poſſet eſſe bona, dummodo
decretum interponatur ſuꝑ omnibus,& ſingulis ſu-
per quibus requiritur decretum. Et pro prædictis fa-
cit , quia ea quæ incontinenti facit videntur ineſſe.l.
lecta.§.dicebat.ff.ſi cer.pcta. An autem ſufficiat de-
cretum ex interuallo interponi inſtitu. de autoritate
tutorũ.§.tutor.¶ In contrarium.facit, qđ habetur in
c.ſi qua de rebus.& in c.cura.Bal.in d.l.quęcũq;.di-
xit,quod ſicut aliàs conſueuit dici duæ ſunt principa
les cauſæ cuiuſlibet actus.ſ.cauſa eſſendi quæ ſub ſe
comprehendit materialem,& formalem, & cauſa fiẽ
di quæ ſub ſe comprehendit efficientem,& finalem,
vt notauit Io.mo.in procemio ſexti,& conſueuit etiã
dici in procemio huius compilationis.Ita ſm eum vr̃
poſſe dici ꝙ interdum decretum ſumitur pro cã fien
di.& tunc deberet præcedere. interdum ſumitur pro
cã eſſendi.& tũc deberet in ipſo actu interuenire, ſi-
cut materia, & forma in productione actus interue-
niunt qñq; ſumitur pro cauſa approbandi,ſeu cõfir-
mandi.& tunc dicit,ꝙ põt interuenire ẽt ex interual
lo, qñ hoc ſuadet fauor illius in cuius fauorem req-
ritur decretum,& ſic intelligatur dictum c.cura.& c.
ſi qua.allegat,quod hr̃ in l.cum hi.§.ea. cum ibi not.
per gl.ff.de tranſa.Pro hoc ẽt facit, quod dixi.ſ̃.tit.j.
allegat etiam, quod hr̃ in l.ſi quos.C.de decu.li.x.&
facit,qđ hr̃ in l.ij.C.de iure fiſci.eo.lib.pro iſta parte.
etiam adducit. qa ſi ſuadet vtilitas eccleſiæ alienatio
poſſet fieri de nouo cum decreto.ergo eodem modo
videtur ꝙ poſſet confirmari iam facta ſi hoc ſuadeat
vtilitas eccleſiæ,quaſi videatur quodammodo renoua-
ri contractus.facti.l.iuriſgentiũ.§.adeo.ff. de pactis .
Item,quia paria videntur eſſe aliquid a principio le-
gitime fieri,vel ex poſtfacto legitimè confirmari.l.tri
bunus.ff.de teſta.mili.& l.adoptio.ff.de adopt.¶ Itẽ,
quia videmus in ſimili ſm eum , quod ex interuallo
põt inſinuari donatio de quo per eũ in l.illud.de ſac.
ſan.ecc.& tene menti hoc vltimum dictum pro intel
lectu, & practica illius materiæ inſinuationis de qua
in l.ſancimus.C.de do.& per Bart. in l.Modeſtinus.
ff.de do.& ſic ex pdictis vult Bal.quod etiã ex inter-
uallo poſſet interponi decretum,ſi hoc ſuadeat vtili-
tas.Sed aduerte,qa iſtud dictũ nõ vr̃ de iure verum ,
quia ſm hoc eadem rõne eſſet dicẽdum ꝙ ſi actus eſt
geſtus per pupillũ ſine autoritate tutoris , ꝙ ſi ſubeſ-
ſet vtilitas pupilli, quod poſſet tunc ratificari per in-
terpoſitionem autoritatis tutoris etiam ex interuallo
quod eſt expreſſe contra ea q̃ habentur in d.c.tutor.
& quæ hñr in d.l.obligari.ad fi.de auto.tut.¶ Præte
rea ex quo actus ſine decreto nõ valet ergo vr̃ quòd
decretum requiratur tanq̃ cã eſſendi , vel fiẽdi,& ſic
videtur,ꝙ debeat in ipſo actu interuenire. & non ex
interuallo,ſed tunc eſt videndum qualiter rñdeaꝛ̃ ad
capitula præallegata põt dici primo,quòd non eſt ve-
rum,ꝙ in rebus eccleſiæ requiraꝛ̃ decretum.quia nõ
reperitur in canonibus expreſſum, & ſufficit ſolenni-
tas.c.ſine exceptione.vt no.per gl.Inn.& Io. An.in d.
c.dudum.& ſic non faciunt pro opinione Bal.qđ de-
cretum poſſit ex interuallo interuenire ad validandũ
7 actum. Scđo põt dici ꝙ † vbi requiritur decretũ non
ſufficit qđ interueniat ex interuallo. fallit ſi expreſſe
aliud reperiaꝛ̃ diſpoſitũ, & ſic pñt intelligi dicta iura
aliàs regulariter dicẽdũ eſt oppoſitũ,& per hoc dice-
bam pridie in quęſtione de facto qđ ſi a tutore actor
ſit conſtitutus ſine decreto iudicis,quod ex interual-
lo non poterit per iudicem actus confirmari,nec per
inferiorem a Principe,vel a Papa,cũ actus ſit nullus,
& decretum non poſſit ex interuallo interponi, licèt
aliqui in contrarium conſuluerint.ſed vr̃ ꝙ non bene
8 per prędicta.¶ †Quid autem ſi iudex dicat interponi
decretum inquantum de iure teneor,& nõ aliter an
teneat talis interpoſitio decreti. Bar.dubitauit in l.&
ſi conditionalis.ff.de aut.tut.& nõ clarè decidit Bal.
in d.l.j.in vltima charta tenet,ꝙ ſi ſuadeat vtilitas ĩ-
terponi decretum tenebit interpoſitio , qa iudex tũc
ad inſtantiam partis tenetur interponere decretũ ar-
gumento eorũ,quæ hñr in l.j.cũ ibi no.ff.de iur.om.
iudi.& in l.muneris.§.iudicandi.ff. de mu.& ho.ſec'
9 vbi vtilitas hoc non ſuaderet.¶ †Quid aũt ſi dicat in-
terpono decretum, ſi actus valet an aliquid opereꝛ̃ vr̃
ꝙ non,quia actus non valet ſine decreto.Cõtrarium
tenuit Bart.in l.cũ propter.ff.de leg.præſt.nã illa ver
ba,ſi actus valet intelliguntur.ſ.ſubſiſtẽte decreto, &
ſic vr̃ eſſe intentio,qđ ſi actus non valeret etiam ſub-
ſiſtente decreto, qđ tunc nõ intẽdit interponere de-
10 cretũ.idẽ etiã voluit Bal.in d.l.j.† vbi tangit ſi ſtatutũ
dicat ꝙ mulier nõ poſſit obligari ſine decreto iudicis,
an requiratur tunc,quod etiam interueniant, vt citẽ
tur conſanguinei.& concludit, qđ non ex quo ſtatu
tũ hoc nõ dicit.ſecus ſi diceret, qđ mulier nõ poſſet
ſe obligare ſine decreto iudicis,& ſine pſentia ſuorũ
conſanguineorũ,quaſi tunc deberẽt requiri.An autẽ
tũc ſi nõ ſint maſculi debeat mulier aliã ꝯſanguineã
requirere.Cõcludit,qđ nõ,qa nõ vr̃ veriſimiliter ſta
tutũ intellexiſſe de fœminis cum ille nõ habeant fir-
mũ conſiliũ,& ẽt nõ reputenꝛ̃ ex toto habiles ad ſua
negotia . vt patet in toto tit.ad Vellcianũ.C.& ff.Et
tangit ẽt ibi,an cõſanguinei pñt a decreto appellare
ſi interponaꝛ̃ ꝯ eorum voluntatẽ,& ꝯcludit, ꝙ ſic eo
11 caſu quo eorũ reqriꝛ̃ pñtia aliàs ſecus.¶ †Quid autẽ
eo caſu quo requiriꝛ̃ cõſenſus duorũ cõſanguineorũ
ſi vnus vellet conſentire alter nõ cõcludit, qđ iudex
hẽbit arbitrari qs rõnabili' moueatur, qđ tene mẽti.
qa põt ſæpius de facto ꝯtingere. Quid aũt ſi non hẽt
niſi vnũ dic,ꝙ ſufficiat conſenſus illius facit,qđ nota
uit Bar.in l.Stichũ qui meus erit.ff.de lega.j. & hæc
12 ſufficiant de decreto.¶ †Nũc reſtat videre aliquid de
autoritate pro declaratione eorũ , quæ ſunt dicta eſt
videndũ,an conſenſus Epi requiraꝛ̃ per modũ autori
tatis,an per modum ſimplicis conſenſus in quo Inn.
in præal.c.dudum.vr̃ velle,qđ requiraꝛ̃ per modum
ſimplicis conſenſus,& hoc tenendo clarũ eſſet quòd
poſſet ex poſtfacto ĩteruenire,& ſic poſſunt intelligi
præalle-

ꝑallegata capitula videlicet. c.ſi qua de rebus.xij.q.
ij.& c.cura. de iurepatro. Glo.vero Bernardi in ꝑal.
c.dudum.dicit,qđ hēt interuenire autoritas, ſiue cō-
ſenſus Epi.& facit,qđ no.glo.in d.c.dudū. & ſic ne-
ceſſario non requiret cōſenſus Epi ꝑ modū auto-
ritatis:Et ꝑꝑ hoc forte Bal.in d.l.q̃cūq;.dicit,ꝙ alie-
natio facta ſine conſenſu ſuperioris non pōt ratifica-
ri per ſequētē autoritatē, ſed per ſequētē cōſenſum,
& ſic vr̄ ꝙ ſi ex interuallo velit ꝑſtare cōſenſum per
modū autoritatis non poſſit,ſed ſi per viam ſimplicis
cōſenſus tunc ſic.gl.vero in d.c.dudum.vr̄ velle, qđ
debet fieri alienatio autoritate, & conſenſu Epi,&
ſic loquendo copulatiuè vr̄ velle , qđ exigatur etiam
per modum autoritatis , & pro hoc facit text.in d.c.
cura.& hoc tenendo poſſet rn̄deri ad ꝯtraria duplici-
ter,primo quòd regulariter vbi requiritur conſenſus
per modum autoritatis in actu non ſufficit quod in-
teruenlat ex interuallo , fallit ſi aliud reperiatur ex-
preſſum,& ſic poſſunt intelligi præalleg.c.vide licet.
c.ſi qua.& c. cura.aliàs inhęrendum erit regulæ, qđ
non ſufficiat illum ex interuallo interuenire per ea,
q̃ habent in d.§.tutor.Vel ſecundo poſſet dici, ꝙ vbi
cōſenſus requiritur per modū autoritatis, tūc de iu-
re ciuili nō ſufficit qđ interueniat ex īteruallo,ſecus
de æquitate canonica q̃ non cōſiderat rigores ſubti-
litatis iuris ciuilis.ſ.de iud.dilecti. ꝓcedēs tn̄ ſolo vr̄
tutior ꝓpter notata per Inn.in c.cum conſuetudinis.
de conſue.& per gl.& ipſum Inno.in c.cum dudum.
¶Item aduerte,quia ꝓ opinione, qđ ſufficiat alter-
natiuè,qđ interueniat per modum autoritatis aut ꝑ
modum cōſenſus , quia iura variè loquūtur,& aliqn̄
dicunt de conſenſu , & aliquando de autoritate, vt
patet ex his q̃ dixi ſuperi⁹,& ex c.qđ aūt.& c.illud .
de iurepatr.Ideo vr̄ per hoc fuiſſe mens dictorū iu-
rium,qđ ſufficiat alterū prædictorū argumento.eorū
quæ notantur per gloſſ. in c.fraternitatis.xxxiiij.diſt.
tn̄ vt dixi etiam ſi teneas ꝙ requiratur per modū au-
toritatis erit ſpeciale , qđ ſuadente vtilitate eccleſiæ
etiam ex interuallo poterit interuenire , quia ſic eſt
expreſſum,aliàs eſſet ſecus per id,qđ ſuperius dixi.
Et iſtud facit ad quæſtionē quā tetigit Bal.in l.ſi quis
mihi bona.§.iuſſum.ff.de acqui.hære. vbi tangit q.d
iuris ſi ſtatuto ciuitatis cauetur,quòd vniuerſitas de-
beat facere ſyndicum cū autoritate præſidis,ſeu po-
teſtatatis an ſufficiat tūc ex interuallo,qđ præſes,ſeu
poteſtas confirmet conſtitutionem ſyndici factā ſine
eius autoritate.nam videretᵣ dicendū qđ non,ex quo
ſtatutū dicit, ꝙ ſyndicus debeat ꝯſtitui cū autoritate
præſidis, ſeu poteſtatis, & ſic vr̄ ꝙ ex interuallo.nō
ſufficiat interuenire cōſenſum,vel confirmationē ꝑ-
ſidis,ſeu poteſtatis ꝑ id,qđ hr̄ in §.tutor.inſti.de au-
tori.tuto.& per id qđ ſuperius eſt dictū.Contrarium
ipſe ibi decernit dicens, ꝙ ſufficit etiā ex interuallo
interuenire ꝯfirmationē ipſius præſidis, ſeu poteſta-
tis ꝑ.l.ij.C.de iure fiſci.li.x.& l.ſi q.s.C.de decurio.
eo.li.& in c.cura.de iurepatro.& ſic etiam dicit Dy.
tenuiſſe,aliter tn̄ non rn̄det ad præallegatū.§.tutor.
¶Vn̄ Ange.ibi tenuit contrariū ꝑ prædictū.§.tutor.
nō tn̄ rn̄det Ange.ad iura allegata ꝑ Bald.Sed poſſet
rn̄deri primo ad l.ij.de iure fiſci,qđ ibi loqtur qn̄ a-
ctus dēt fieri cum autoritate ſuperioris,ſed dicit ꝙ ſi
calculatio ſit facta ꝑ tabellionē nō hēt vim ſn̄iæ niſi
approbetᵣ ꝑ ſuperiorē ad l.ſi quos. pōt rn̄deri,qđ ibi
ēt nō loquit,qn̄ actus dēt expediri cū autoritate ſu-
perioris , ſed loqtur qn̄ q.s nominatᵣ ad aliqđ mun⁹ ,
ſeu officium.quo caſu, vt dicta nominatio ſortiatur
effectū dēt confirmari per ſuperiorē. facit,ꝙ hr̄ in §.
interim.de defen.ciuita.colū.ij.& qđ hr̄ ꝑ gl. in d.l.
ſi quos.Ad c.cura.pōt rn̄deri.qđ ibi nō requiritᵣ cō-
ſenſus per modū autoritatis,ſed per modū ſimplicis
conſenſus,vt patet in his q̃ hn̄r in c.qđ aūt. de iure-
patro.& ſuperius ēt tetigi, vel pōt dici,ꝙ ſit ſpeciale
in caſu illo.quia ſic reperitur expreſſum, quòd ſuffi-
ciat ex poſtfacto interuenire cōſenſum illius qui au-
toritate habebat præſtare, aliàs ſtandū eſt regulæ,qđ
non ſufficiat ex interuallo cōſentire per ea,quæ hn̄r
in d.§.tutor.& in l.omnis diffinitio.ff.de regu.iur.&
facit etiam, quod ſuperius tetigi.¶Aduerte tn̄ quia
vt dixi in d.§.iuſſum.dictum Bal. vr̄ poſſe ſuſtentari
in caſu in quo loquitur ratione ſubiectę materiæ.nā
de iure cōi vr̄ ꝙ ſufficiat ſyndicū cōſtitui per vniuer-
ſitatē, & poſtea confirmari per ſuperiorem in Anth.
de defenſoribus ciuitatum. §.interim. præallegato.
Et ideo dictū ſtatutū ratione ſubiectæ materiæ qua-
tenus loquitur de autoritate videtur intelligendum
impropriè pro conſenſu, arg.l.ſi vno.In prin.ff.loca-
ti . tutius tn̄ eſſet ad opi.vitādas ſtāte ſtatuto de quo
ſ.facere,qđ præſes , ſeu ptās ſtatim poſt ipſam con-
ſtitutionem præſtet conſenſum,& autoritatē,& non
13 ex internallo, & hæc ſufficiāt de autoritate. ¶†Nūc
reſtat videre , qn̄ requiritᵣ cōſenſus in actu expediē-
do,qualiter cognoſcetur, an requiratur per modum
ſolēnitatis.an vero per viam autoritatis. an vero per
modū;ſimplicis ꝯſenſus.Bal.in d.l.j.ī vltima charta.
C.qui admit.ad bo.poſ.pn̄t:vr̄ dicere ꝙ tunc vr̄ requiri
cōſenſus per modū ſolennitatis , & ſic pro conſenſu
formali,qn̄ diſponitᵣ in lege . vel in ſtatuto , ꝙ actus
non poſſit celebrari ſine conſenſu talis perſonę,puta
ſi dicit ſtatutū,ꝙ mulier non poſſit obligari ſine con-
ſenſu duorū conſanguineorū proximorū. nam tunc
ſi fiat actus ſine tali conſenſu,vr̄ ꝙ ſit nullus. quia vr̄
prohibitus ꝑꝑ verbū non pōt.& ſic ꝑꝑ negatiuā adie
ctā ipſi verbo pōt. per id qđ notauit gl. in c.j.de reg.
iur.in vj.& Bar.in l.Gallus.in princ.ff.de ll.& poſth.
Et ideo ſm̄ eum.qa conſenſus vr̄ requiri pro forma-
li conſenſu, & ſic pro formali ſolennitate actus vr̄ ꝙ
debeat conſenſus interuenire in ipſo actu, aliàs ipſe
actus ſit nullus,nec ſufficiat interuenire ex interual-
lo,ſed cōtra iſtud facit,qđ hr̄ in ꝑal.c.cura. & in hoc
c.ſed ipſe rn̄det in d.l.j.qđ in ꝑalle.iuribus loquitᵣ de
conſenſu confirmatorio,& approbatorio qui pōt in-
teruenire ēt ex interuallo , ſed qđ ſuperius dictū eſt
locū habet in cōſenſu formali qui debet adeſſe in ip
ſo actu ſicut forma adeſt in productione rei. & idem
ēt ipſe tetigit in l.q̃cūq;.C.de bo.q̃ lib.¶Sed aduer-
te,quia ſolutio ad dictū c.cura.non vr̄ bona.quia ibi
loquitᵣ in actu in quo expreſſe ius diſponit, quòd nō
poſſit fieri ſine cōſenſu Epi,vt eſt tex.in c.qđ aūt. de
iurepa. & ſic diſponit negatiuè adijciēdo negationē
in verbo non pōt . & per ꝯn̄s vr̄ quòd ibi etiam agatᵣ
de conſenſu formali,& tn̄ pōt interuenire ex poſtfa-
cto ex interuallo.vt patet ī d.c.cura. & ſic vr̄ ꝙ dictū
Bal.nō procedat. vnde pro declaratione iſtius articu
li,ſi q̃ritur, qn̄ cōſenſus exigitur in aliquo actu,an di
catᵣ exigi per modum ſolennitatis,an per modū ſim-
plicis conſenſus.quia potes concludere,qđ aut con-
ſenſus reqritᵣ in aliquo actu ex diſpoſitione hoīs,ſeu
contrahentium,aut ex diſpoſitione iuris cōis,vel mu
nicipalis.primo caſu attēdenda eſt forma diſpoſitio-
nis,& conuentionis per id qđ hr̄ in l.j.§.ſi conueniat.
ff.depoſi.& in l.contractus.ff.de regu.iur.& in l.dili-
genter.ff.manda.¶Scđo caſu conclude,quòd aut in
actu expediendo requiritur conſenſus eius de cuius
præiudicio agitur,aut requiritur cōſenſus tertij de cu
ius præiudicio non agitᵣ.primo caſu,aut actus eſt ali-
quis non interueniente conſenſu eius de cuius pre-
iudicio

iudicio agitur licèt poſſit petere ipſum caſſari. & tūc vr̄, q̄d poſſit ex poſtfacto interuenire etiā ex interuallo. vt in c. q̄d ſicut. de electio. aut actus eſt nullus nō interueniente dicto conſenſu. & tūc videretur, quòd non poſſit ratificari per id, q̄d hr̄ in c. auditis. de ele. In contrariū vr̄ eſſe text. cū ibi notatis in c. ꝓpoſuit. de coniugio ſeruorū, & in c. j. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium cū ibi notatis per Inn. in quibus patet, q̄d matrimoniū, quod a principio eſt nullum propter defectum conſenſus illius de cuius ꝑiudicio agitur ex interuallo pōt ratificari, ſaltem vt valeat, vt ex tunc licèt non, vt retro. facit, quod hr̄ in l. obſeruare. §. fi. ff. de offic. procon. & legati. potes dicere, ꝙ iſta ſcd̄a pars regulariter eſt verior. facit, quod legi. & not. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. ruptoq; teſtamen. & per Bart. in l. j. ff. de leg. iij. fallit in electionibus, & collationibus in quibus inſpicitur initium ne reperiatur aliquo modo quem habere initium vitioſum, & ſic intelligatur, ꝙ hr̄ in c. auditis. & hic etiam vr̄ voluiſſe glo. in regula non firmatur, & etiam glo. Bernardi in c. dudum. de rebus eccle. non alie. in vj. & facit etiam, quod notauit Inno. in c. j. de eo qui duxit in mat. & quod hr̄ in §. vulnerato. & §. cū ergo. j. q. j. & ſic in electionibus & collationibus vr̄ requiri conſenſum interuenire certo, & determinato tēpore, ideo nō vr̄ ſufficere q̄d ex poſtfacto interueniat. facit, quod habetur in l. q̄d ergo. in prin. ff. de his q̄ not. infa. & quod no. per gl. in præalle. regula, nō firmatur. Secundo caſu quādo in actu expediendo requiritur conſenſus tertij tunc vt dixi ſuperius videtur Bal. velle, quòd tunc requiratur, quòd interueniat in ipſo actu, & ſic requiratur vt conſenſus formalis ſaltem. qñ lex vel ſtatutum loquitur negatiuè præponendo negatiuam verbo pōt & ſic videtur, ꝙ ſi ſtatutū dicat, ꝙ mulier, vel minor non poſſit obligari ſine conſenſu duorum proximorum conſanguineorum, quòd tūc debeat conſenſus cōſanguineorū interuenire in ipſo actu, aliàs ſi non interueniat actus ſit nullus, nec poſſit confirmari, ſi ex interuallo interueniat conſenſus ipſorum, & hoc expreſſe tenuit Bal. in d. l. j. Sed vt dixi ꝯtra ipſum vr̄ eſſe caſus in d. c. cura. de iurepatro. iuncto. c. q̄d aūt. eo. tit. ꝓpter quod vt ſuperius tetigi. non vr̄ eſſe bona r̄ſio Bal. datā per ipſum in d. l. j. ad dictū. c. cura. & contra ipſum etiam facit iſte text. vbi patet, quòd conceſſio facta per Epiſcopum ſine conſenſu capituli non tenet, & tñ pōt ratificari ex poſtfacto etiam ex interuallo vt hic patet, & ſi intelligatur hic de cōceſſione rei menſę Epalis non agebat̄ de ꝑiudicio capituli. vñ tunc vr̄ facere ꝯ Bal. ſed vbi ſpectaſſet res ad ꝑlatum, & capitulū tūc poſſet dici, quòd hic requirebat̄ ꝯſenſus capituli ꝑꝑ eius ꝑiudiciū. Ideo nimirū ſi ex poſtfacto potuit conſentire. per id, quod. ſ. dixi. Fortius tñ vr̄ obſtare. c. cura. vnde vr̄ poſſe dici, ꝙ aut actus in quo requiritur conſenſus tertij. ex diſpoſitione iuris, vel ſtatuti remanet validus ſine conſenſu ipſius tertij. quāuis poſſit peti caſſari ꝓpter defectum ipſius cōſenſus tunc tutius videtur, quòd nō requiratur cōſenſus per modū ſolennitatis ideo tūc valet actus ſine tali conſenſu, & poterit ex poſtfacto etiam conſenſus interuenire. arg. eorum quæ habētur in c. quod ſicut. ſ. de electio. Interdum vero actus in quo interuenire debet conſenſus tertij eſt nullus ipſo iure ipſo nō interueniente, vt quia hoc exprimitur in lege, vel ſtatuto. vel prohibetur actū fieri ſine conſenſu ipſius tertij, quia tunc etiam actus ſine illo videtur eſſe nullus per id, quod legitur, & notatur in l. non dubium. C. de legibus. & in l. j. & in rubrica. C. ne fideiuſſores dotiū dētur. & in c. iudex. x. diſt. Idem ſi lex, vel ſtatutum diſponit, quòd nō poſſit fieri actus ſine conſenſu ipſius tertij, quia tunc vr̄ eſſe de mēte legis, vel ſtatuti, quòd actus ſine illo ſit nullus per id, quod legit̄, & notat̄ in regula. j. de reg. iu. in vj. & per Bar. in l. Gallus. in prin. ff. de liberis, & poſthu. & hoc caſu reſpectu validitatis ipſius actus intelligitur requiri conſenſus ipſius tertij ad ſolēnitatem actus, quod patet, quia ſine illo actu nō valet. facit, quod notauit Bal. in d. l. j. in vltima charta, & quod hr̄ in l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. ſi aūt q̄ritur, an intelligat̄ req̄ri, vel eſſe de ſolennitate q̄tū ad hoc, quòd ex poſtfacto ex interuallo nō ſufficiat ꝯſenſum interuenire, & in hoc vr̄ poſſe dari triplicē theoricā. & doctrinam. vna eſt ꝙ intelligatur eſſe de ſolennitate etiā, vt ex interuallo nō poſſit interuenire, niſi reperiatur ꝯtrium expreſſe diſpoſitum, & iſta tehorica vr̄ eſſe de mēte Bal. in d. l. j. ī prima charta, & licèt ipſe dicat ſimpliciter, quod ī caſu ꝑdicto, qñ requiritur cōſenſus ꝓ forma, & ſolennitate actus ita quòd ſi actus fiat ſine eo non valet, nec poſſit interueniri ex poſtfacto ex interuallo, tñ id vr̄ poſſe limitari niſi exp̄ſſe aliud reperiat̄ diſpoſitū. ꝑ hoc poſſet r̄ſideri ad c. cura. & ad iſtud. c. tenēdo hanc theoricā. tñ q̄a non bñ apparet de rōne ſpecialitatis pōt dari ſcd̄a theorica, videlicet, ꝙ ī caſu ꝑdicto ſi ſuadet vtilitas eius in cuius fauorē debebat interuenire cōſenſus, arg. q̄d actus validet̄ per cōſenſum. & tunc ēt ex interuallo poterit interuenire cōſenſus. argu. eorū, q̄ hn̄r in l. cū hi. §. ea. ff. de tranſa. & facit, quod hr̄ in l. quod fauore. C. de le. & de reg. iu. q̄d ob gratiā. li. vj. & quod dictū fuit in c. ſuper. gl. in verbo ſede vacāte. ſ. ti. j. ſecus vbi hoc nō ſuaderet vtilitas eius in cuius fauorē requirebatur conſenſus tertij. & iſta theorica tollitur ex notatis per Bal. in l. q̄cunq;. C. de bo. quæ lib. & hęc theorica ſatis vr̄ poſſe tolerari in alienatione rerū eccleſiæ, vel minoris, qñ per modum conſenſus requireretur conſenſus tertij, vt quia ſtatutum diceret, quòd minor non poſſit contrahere ſine conſenſu duorū conſanguineorum de eccleſia, patet exēplū, quia non pōt res eccleſiæ alienari ſine conſenſu capituli, & tñ ſufficit q̄d ex interuallo interueniat cōſenſus, ſi hoc ſuadeat vtilitas eccleſiæ, vt hic probat̄, & inferius etiam tangetur, tñ hæc theorica nō vr̄ omnino gn̄alis propter ea q̄ hn̄r in d. c. cura. ideo tertio dari pōt theorica videlicet, ꝙ non intelligat̄ de ſolennitate talis ꝯſenſus quominus poſſit ex poſtfacto interuenire, quia ex quò requiritur per modū cōſenſus vr̄ ꝙ ſufficiat ipſum ex poſtfacto etiam ex interuallo interuenire regulariter per iſtum tex. & per præallegatum. c. cura. fallit in electionibus, & collationibus in quibus non ſufficit ex poſtfacto interuenire, quando actus eſt nullꝰ, vt patet in c. auditis. de ele. & not. in regula. non firmatur. de reg. iur. in vj. & hæc theorica vr̄ colligi ex gl. in dicta regula non firmat̄, & ēt ex gl. Bernardi. in c. dudū. de reb. ecc. nō alie. in vj. & etiā ex ibi no. ꝑ Inno. ¶ Nec obſt. ſi dicatur, ꝙ ex quò actus a principio eſt nullus non debet tractu tp̄is firmari. quia illud eſt verum ex ſolo tractu tp̄is. ſecus vbi vltra tractum temporis ceſſat impedimētum, & ſuperuenit cauſa confirmans. quia tunc non eſt abſonum, quòd cōfirmetur ipſe actus ex poſtfacto, vt hic patet, & in d. c. cura. iuncto. c. q̄d aūt. eo. ti. vt dixi iſta theorica vr̄ eſſe de mente gl. & Inn. in d. c. dudum. licèt aliter videatur ſentire in c. cum cōſuetudinis. de conſue. ſ. & in c. prudentiam. de offi. deleg. vbi videt̄ velle, ꝙ vbi actus eſt nullus non confirmetur per cōſenſum ex poſtfacto interueniente pro quo facit, q̄d

conſueuit notari in d.c.prudentiam. & in l.j.C.qui
pro ſua iuriſdictione.in quibus patet,qđ vbi ſnīa eſt
lata per vnum ex collegis ſine conſenſu alterius non
valet,nec poteſt ratificari. & ſimiliter ſi ſnīa eſt lata
per aliquem tanq̃ delegatum cum non eſſet,licèt ſu
perueniat conſenſus delegantis, nō ratificatur ſnīa.
facit etiam quod no.in l.ij.C.de iure fiſ.libr.x.poſſes
dicere,ꝙ illa locum haberet in ſententijs,& ſic iudi-
cijs quæ cum maiori ſolennitate agitantur,quàm cō
tractus.ſecus in contractibus.Sed cōtra iſtā ſolutio-
nē.facit, qđ hr̃ in l.licèt.ff.de iudi. & in l.licet.C.de
proc.& l.iiij.§.falſus.ff.rem rat.ha.vbi qn̄ iudiciū eſt
nullum poteſt ratificari per conſenſum eius in cuius
fauorem erat nullum. vnde ratificare poteſt dn̄s iudi-
cium agitatum ſuo nomine per procuratorē falſum,
licèt iudicium nullum nō poſſit ratificari per eum in
cuius fauorem non erat nullum,& ſic loquuntur no-
tata in d.c.prudentiam. & in d.l.j.C.qui pro ſua iu-
riſdictione. & ſic videretur eodem modo dicendum
in contractibus:qđ vbi contractus eſt nullus poſſit ra
tificari per eum in cuius fauorem erat nullus: ſed nō
per conſenſum illius in cuius fauorem non erat nul-
lus.poſſes dicere,ꝙ in præal.l.licet. cum ſi.præal.iu-
dicium ibi nō erat omnino nullum, quia volebat in
præiudicium procuratoris.vt ibi no.& in l.licet.C.de
procur. ſed vbi iudicium eſt omnino nullum non vr̃
poſſe ratificari,per id quod hr̃ in d.c.prudentiam.&
in d.l.j.C.qui pro ſua iuriſdictione.Item aduerte,qa
ad c.cura.vr̃ poſſe rn̄deri,qđ ibi vr̃ agi de præiudicio
Epi. quia vbi aliàs eccleſia erat ſibi immediatè ſubie
cta agebatur, ꝙ per donationem laici facta religioſis
eſſet ipſis religioſis immediatè ſubiecta.Ideo nimirū
ſi conſenſus Epi pōt ex poſtfacto interuenire per ea,
quæ ſuperius dixi. Sed certè,licèt poſſet dici, ꝙ agaꝰ
de præiudicio Epi,ſi laicus donaret eccleſiā loco re-
ligioſo exempto,quia tunc exiret poteſtatem epi ip-
ſa eccleſia,tn̄ ſi donatur loco religioſo non exempto
non vr̃ quòd fiat p̃iudicium Epo, quia religioſi habe
bunt præſentare,vt prius habebat laicus,& etiam ec
cleſia donata erit ſubiecta Epiſcopo, ſicut locus ipſe
religioſus quāuis locus erit immediatè ſubiectꝰ, ſed
eccleſia mediata,& ſic tunc nullum, vel ſaltem mo-
dicū p̃iudicium vr̃ Epo generari. Poſſet etiā dici ad
iſtud.c.etiam intelligendo, ꝙ agatur de conceſſione
rei menſę Epiſcopalis,quod certo reſpectu vr̃ agi de
p̃iudicio capituli, quia ſi contingeret Epm indigere,
tenerenꝰ ſubuenire.ſ̃.de offi.ordi.conquerente.circa
fi.& ideo hoc caſu poſſit ex poſtfacto conſentire, ſed
certe ſi ita latè attēdamus p̃iudicium,eodē modo vi-
deretur dicendum qđ qn̄ ſtatutum diſponit, qđ mu
lier,vel minor non poſſit obligari ſine conſenſu duo-
rum ꝓximorum conſanguineorū, qđ certo reſpectu
talis contractus vr̃ reſpicere præiudicium conſangui
neorū,quia ſi mulier,vel minor indigeretꝰ, cōſangui-
nei ſubuenire deberent.86.diſt.in c.poſſe.& ſic vide
reꝰ,ꝙ tunc deberet poſſe interuenire conſenſum cō-
ſanguineorū ex poſtfacto cuius cōtrariū tenuit Bal.
in d.l.j.Quæ igitur theorica ex p̃dictis iuribus ſit ve-
rior ſatis pōt dubitari. tn̄ prima vr̃ ſatis rationabilis,
videlicet, ꝙ ex quo cōſenſus tertij exigitur pro ſolē-
nitate actus,& non ſ̃m ſuum fauorē,ſed in fauorē ꝯ-
hentis, & contractus ex interuallo non poſſit ratifica
ri per conſenſum ipſius tertij, ex quò eius fauore nō
erat nullus.fallit in caſibus vbi reperiatur expreſſum
oppoſitum,& ſic poſſit intelligi dictū.c.cura. & iſtud
c.Gl.tn̄ iuris canonici cōiter videntur tenere, quòd
in ꝯctibus vbi requiritur conſenſus alicuius per mo-
dū conſenſus, qđ tūc ſufficiat etiam ex poſtfacto in-
teruenire per iſtū tex.& illud.c.cura. & per id etiam
qđ hr̃ in c.ſi qua.xij.q.ij. ¶ Aduerte tn̄,quia doctrina
gl.vr̃ etiam ſatis probabiliter poſſe ſuſtineri, qa qua
ratione,licèt actus ſit nullus ꝑꝑ defectum conſenſus
illius de cuius præiudicio agebatur pōt ratificari.Ita
eadem ratione nō vr̃ abſurdum, quòd licèt actus ſit
nullus ꝓpter defectū conſenſus tertij,ſi ſuperueniat
conſenſus,licèt ex interuallo cōfirmeꝰ actus ex quò
tunc ceſſat impedimentum, & ſuperuenit cā confir-
mans,& ſumus in his,quæ non hn̄t perpetuam cau-
ſam prohibitionis,vt voluit gl.in dicta regula, nō fir
matur,circa fi.illud aūt eſt certum, ꝙ Papa actū om-
nino nullum,dūmodo non nutriat peccatum pōt ex
certa ſcientia confirmare,cū.ſ̃.ius ſit vt in c.ꝓpoſuit.
de conceſ.præb.& notatur etiā in c.j.& ij.de confir.
vti.vel inuti. ſed in prima theorica vr̃ rationabilior.
Et per p̃dicta pōt inferri ad intellectū huius c.nā do.
Ant.hic dicebat,ꝙ decretalis iſta pōt intelligi in alie
natione modicę rei quo caſu non requiriꝰ conſenſus
expreſſus,ſed ſufficit tacitus, vt dictum fuit.ſ̃.e.ꝓxi.
& ſic non videꝰ requiri certo,& determinato tpe ſ̃m
eum,ideo ſufficit ex poſtfacto interuenire. vel ſecun-
do pōt intelligi ſ̃m eum iſtud.c.in conceſſione tēpo-
rali,quia etiā tunc ſufficit tacitus conſenſus, vt dictū
fuit in c.p̃cedenti. ¶ An aūt poſſit intelligi in ꝯceſſio-
ne ꝑpetua,& magnę rei vr̃ ſibi ipſi in hoc.c.ꝯdixiſſe.
nā primo dicit,ꝙ non dicēs,ꝙ alienatio perpetuæ, &
magnę rei in qua exigitur ſubſcriptiò.ſ̃.eo.c.j.& etiā
p̃cedens tractatus de quo in c.j.de reb.ecc.non alie.
in vj.nō pōt ratificari,vt ēt recitaui poſt eū in fine gl.
ſi.ꝯtrariū ipſe tenuit circa fi.huius c.vbi dicit iſtud.c.
poſſe intelligi ēt in conceſſione perpetua, & magnæ
rei.quia illa etiam poterit ratificari per capitulū, dū
tn̄ ratificeꝰ expreſsè,& ī ratificationis actu cōcurrat
vtilitas eccleſiæ,qa licèt alienatio deficiente conſen
ſu capituli reſpectu ipſius pn̄tis ſit nulla, tn̄ inſpecto
exitu futuro inq̃tū contractus poſſit reſpicere vtilita-
tē eccleſiæ recipit pendentiā ex eo, qa cum nullitas
ꝯtractus fundeꝰ ſuꝑ fauore eccleſiæ eſt ita demū nul
lus,ſi eccleſia non approbat illū,ne aliàs cōtingat qđ
ſtatutū in eccleſiæ fauorē retorqueatur ad eius læſio-
nē, contra ea q̃ hn̄r de reg.iur.qđ ob gratiam.lib.vj.
allegat ēt qđ dictū fuit in c.j.ſ̃.tit.j.& ſic reſidet. Inn.
vero hic.& Hoſt.& Ioā.An.poſt eos circa fi.huius c.
videntur velle hoc c.non ꝓcedere in ꝑpetua aliena-
tione magnæ rei ꝑꝑ neceſſitatem p̃cedētis tractatus
requiſiti in alienatione rei eccleſiæ iuxta id qđ leg.&
no.in c.dudum.de reb.eccle.non alie.in vj.& ſic vn̄r
tenere primam partem. ¶ Potes concordare opinio-
nes,qa aut capitulū ſimpliciter vult ratificare cōtra-
ctum. & tunc ꝓcedat opi.Hoſt.& Inn.per eorum ra
tionem,aut capitulum anteq̃ ratificet. facit & p̃mit-
tit tractatum,an ſit vtile ratificare contractum,& tūc
ſi in tractatu delibereꝰ eſſe vtile ratificare vr̃ ꝙ poſſit
poſtea contractū ratificare,quia tunc ceſſare vr̃ ratio
Inno.& Hoſt.nā non reperieꝰ hoc caſu rem eccleſiæ
alienatam fore ſine tractatu. ¶ Et per p̃dicta etiā in-
ferri pōt ad intellectū capituli, ſi qua de rebus.xij.q.
ij.vbi ponitur caſus econtra,qn̄ capitulū alienauit ſi-
ne prælato,& ibi dicitur ꝙ prælatus pōt ratificare cō
tractū.nam illud videtur intelligendū,qn̄ capitulum
fecit alienationē p̃cedere tractatum. ſed vbi nō p̃ceſ-
ſiſſet tractatus.tunc alienatio fuiſſet inualida ex du-
plici capite, videlicet ex defectu tractatꝰ, & etiam ex
defectu conſenſus prælati.ideo licèt ſuperueniret cō
ſenſus p̃lati nō ſufficeret. quia ſublatum eſſet vnum
impedimentum tm̄.& ſic aliud remaneret.facit, qđ
hr̃ in §.affinitatis.inſt.de nup.& ĩ.de priui.paſtoralis.

& ideo niſi ꝑlatus cũ capitulo faciat tractatum, an ſit
vtile contractũ ratificari nõ vr̃ ꝙ poſſit cõtractũ factũ
per capitulũ non ꝓcedẽte tractatu ratificare qđ tene
mẽti ꝓ declaratione, & limitatione illius capituli, &

a Prælatus. Do. Abb. reſidet ad primum ſummariũ hic.

14 ẽt iſtius, q̃ doctores nõ tangũt. ¶ † Vltimo tractauit
hic Inn. in gerente negotia alterius, qñ cõpetit actio
mãdati, & qñ cõpetit actio neg. geſt. & concludit ꝙ ſi
aliqs gerit negotia alterius ꝓcedẽte mãdato deinde
cõpetit actio mãdati, ſi ille a principio accepit mãda
tũ. Idẽ ſm cũ, ſi a principio nõ acceptauit mãdatum,
ſed ex poſtfacto pñia ductus acceperat, q̃a tunc ẽt ex
quo dñs durauit in eadẽ voluntate cõpetit actio mã
dati. l. ſemper q non ꝓhibet. ff. de reg. iur. & facit, qđ
hr̃ de procu. licèt. in vj. ſed vr̃ obſtare regula, q̃ habet
qđ illud, ꝙ reprobauit nõ poſſet approbare ad actio
nẽ q̃rendã. l. diſpenſatorẽ. cũ ibi no. ff. de ſol. Hoſt. nõ
tãgit hoc ꝯriũ, ſed potes dicere, ꝙ q̃a dñs nõ impro
bauit dño, cõpetit actio mãdati. Et iõ ne cõtractus re
periaꝛ claudicare ar. eorũ, q̃ hñr in l. ſi cũ dies. §. ſi ar
biter. ff. de arbitris. & l. j. ff. de reſcin. ven. cõpetit etiã
mandati contraria ipſi gerẽti per quendã ꝯñtiã, & ſic
intelligaꝛ dictũ Hoſt. qđ hr̃ per gl. in d. l. ſemper q nõ
prohibet. Idẽ dicebat ſi mandatũ fuerat reuocatũ per
dñm. q̃a adhuc cõpetet gerẽte cui a principio ſuit da
tũ mãdatũ actio mandati, intelligẽ ſane dari Hoſt. li
cèt Io. nõ dicat, qñ reuocatio fuiſſet facta ꝑ dominũ
ignorãte ipſo procuratore per ea q̃ hñr in c. ex parte
decani. ſ. de reſcri. & inſti. mandati. §. rectè. & §. idẽ ſi
adhuc. ¶ Vbi aũt non ꝓcedente mandato aliqs gerit
negotia alterius. tũc daꝛ actio neg. geſt. vt in toto tit.
de neg. geſt. C. & ff. & hoc, qñ liber homo, & ſui iuris
gerit negotiũ alienũ, ſi aũt ſeruus, vel filiusfa. gerant
negotiũ patris, vel dñi ignorãtibꝰ, dicit Hoſt. ꝙ ſi po
ſtea tales ratificant dabitur actio de in rem verſo, vel
qđ iuſſu. allegat. l. j. §. ſi ratũ. ff. qđ iuſſu. d. Flo. hic de
clarat iſtud dictũ dicens, ꝙ in actione iuſſu requiriꝛ
expreſſus conſenſus preſens, vel dñi ab initio, vel ex
poſtfacto. d. c. ſi ratũ. ſed vbi verſus eſt in vtilitatẽ dñi
vel patris, daꝛ actio de in rẽ verſo contra eos ẽt ſi nõ
luit hr̃e ratũ. q̃a coguntꝛ ratũ habere niſi verſio fuerit
facta in cãm voluntariã. l. j. §. in rẽ. ff. de in rẽ verſo. Si
aũt aliquis gerit negotia peculiaria, vel filij contẽpla
tione ipſius ſerui, vel filij tñ, & ipſius noĩe, & nõ no
mine patris, vel dñi non vr̃ pater, vel dñs poſſe ratifi
care, qđ non ſuo nomine eſt geſtũ. l. ſi pupilli. §. ſed ſi
ego. de neg. geſt. de quo dicendum eſt. vt ibi no.

S V M M A R I V M.

1 *Epiſcopus, & canonici cenſentur vnum corpus.*
2 *Canonici vocantur fratres prælati.*
3 *Prælatus non debet aliquid facere ſine conſilio canonicorum.*
4 *Conſilium inferiorum non eſt ſpernendum.*
5 *Imperator quæſiuit conſilium ab vxore ſua auguſta.*
6 *Facta a prælato ſine conſenſu capituli videntur nulla.*
7 *Agere poteſt Epiſcopus rebus communibus prælato, & capitulo ſine literis de rato ipſius capituli.*
8 *Tranſigere, an poſſit prælatus ſine conſenſu capituli.*
9 *Inſtituere, vel deſtituere, vel alia negotia eccleſiæ tractare non debet prælatus ſine conſenſu capituli.*
10 *In alienatione bonorum eccleſiæ, an ſufficiat conſenſus maioris partis capituli.*
11 *Conſenſus capituli in quibus caſibus requiratur.*
12 *Conſilium capituli in quibus caſibus ſufficiat.*
13 *Conſilium capituli ſine ipſius conſenſu requirere ſufficit in actibus gerendis per prælatum.*
14 *Donatio inter virum, & vxorem eſt prohibita.*
15 *Donare an poſſit Epiſcopus aliqua bona loco exempto, vel alteri indigenti ſine conſenſu capituli.*
16 *Epiſcopus an ſine conſenſu, vel conſilio capituli poſſit monere clericum abſentem ad reſidentiam, & ſi ſit contumax ipſum priuare.*

b Conſenſus. D. Ab. ponit hic 1 quibus caſibꝰ requiratur conſenſus capituli. in ij. col. ante fi. ver. vltimo quæritur.

a NOuit. Prælatus[a] ſine cõſenſu capituli
iſtituere, vel deſtituere, vel alia
negotia eccleſiæ tractare nõ dẽt. h. d. cum
ſequenti ſm Io. An. & ſic etiã ſummat. do.
Flo. & d. Pet. Sed d. Ant. hic aliter ſummat hoc mõ. vi
delicet: ꝑlatus ſine conſilio capituli inſtituere, vel de
ſtituere, vel alia negotia eccleſiæ tractare non poteſt.
h. d. ſm eum, q̃ aũt ſummatio ſit melior patebit ex ĩ
dicendis. & primo ponit exordiũ, ex quo ſumiꝛ rõ
ſcđo factum reprobabile narrat: tertio concludendo
prohibet, & caſſat. ſcđa ibi: innotuit. tertia ibi: ideoq;
1 ¶ † No. ex tex. primo ꝙ prælatus, & canonici cenſentꝛ
vnũ corpus cuius prælatus cenſetꝛ eſſe caput, & cano
nici membra, & ſic ꝑlatus cũ cenſeaꝛ eſſe caput cen
ſetꝛ eſſe principalis pars eccleſiæ. facit, qđ hr̃ in l. cũ
in diuerſis. ff. de religioſis. & ex ꝓdictis ẽt no. ꝙ cũ ꝑ
latus, & canonici cẽſeantꝛ vnũ corpus vr̃ ꝙ capitulũ,
ſeu collegiũ, vel vniuerſitas cenſeaꝛ vna perſona re
preſentata, ſeu ficta. facit, qđ hr̃ in l. mortuo. ff. de fi
deiuſ. & ĩ c. Romana. §. vniuerſitatẽ. de ſent. exc. li. vj.
& in l. intantum. §. vniuerſitatis. ff. de rer. diui. & xij.
q. ij. in c. q manumittiꝛ. & ſic facit ſcđm d. Pe. ꝙ ſi ſta
tutũ dicat, ſi quis fecerit ſic, cõſequaꝛ tale q̃d, vel pu
niaꝛ tali pœna, qđ nõ habeat locũ dictũ ſtatutum in
vniuerſitate id faciente. q̃a vniuerſitas vt eſt dictũ, eſt
ꝑſona ficta, & repſentata, ſed ſtatutũ actũ de quo di
ctũ eſt, loquiꝛ in caſu vero, & ſic nõ vr̃ habere locũ in
caſu ficto per id qđ legi. & no. in l. iij. §. hæc verba. ff.
de neg. ge. & ſic reſidet, potes dicere, ꝙ ſi dictũ ſtatu
tũ nõ eſt exorbitans a iure cõi, licèt fortè ſit ꝓter ius
vr̃ ꝙ cõprehẽdat ẽt vniuerſitatẽ cũ eadem ſit rõ, licèt
quo ad ſonũ verborũ non videatur cõprehendere ꝑ
ea q̃ hñr in l. j. §. lex Falcidia. & qđ ibi dixi. ff. ad l. Fal.
& qđ etiam hr̃ in d. §. hæc verba. & quod no. in c. fin.
de conſue. in vj. per Io. An. Secus eſſet dicendũ ſi ſta
tutũ exorbitaret a iure cõi per ea quæ hñr in d. §. hæc
2 verba. ¶ † Item no. ꝙ canonici vocantur fratres ipſius
3 prælati, qñq; appellantur filij. ĩ. de exceſ. præla. ¶ † Itẽ
no. ꝙ non eſt licitum, nec honeſtum, qđ caput aliqd
faciat ſine conſilio membrorũ, & ſic, ꝙ prælatus ali
quid faciat ſine conſilio canonicorũ, & ex quo id nõ
eſt honeſtũ, & etiã contra ſtatuta pactũ vr̃ ꝙ per con
ſuetudinem, vel ꝑſcriptionem non poſſet induci cõ
trariũ contra qđ vr̃ eſſe tex. in c. ea noſcitur. ĩ. eod. &
in c. iij. de conſue. in vj. de quo dicẽdũ vt diceꝛ in d.
4 c. ea noſcitur. ¶ † Item no. ꝙ conſilium inferiorũ non
eſt ſpernendũ. nam qñq; reuelatur paruulis, qđ non
reuelatur magnis, vt no. in c. ad noſtram. de cõſue. &
5 † Imperator ẽt conſilium Auguſtę vxoris ſuæ requiſi
uit in l. condenda. vt hr̃ in Auth. vt iudi. ſine quoquo
ſuffra. §. hæc omnia. col. ij. ſic ẽt dicit Io. And. hic re
quiſiuiſſe cõſilium dñe Milãcinæ vxoris ſuæ in quæ
ſtione poſtrorum, qui primo erant nati in vna paro
chia, & poſtea tranſplantati in alia. nã ſit quæſtio cui
parochiæ decima debeatur de ipſis, de qua per eũ in
regula qui prior, in mercurialibus. de reg. iur. lib. vj.
6 ¶ † Item no. ꝙ geſta a prælato ſine conſilio capituli vi
dentur eſſe nulla. de quo hic in gl. fi. & tangetur etiã
ſuper ea. ¶ Vltimo potes notare, ꝙ regulariter in agẽ
dis per prælatum vr̃ requiri conſilium capituli tñ, &
b non conſenſus.[b] Et no. ẽt quia hic vr̃ caſus, ꝙ in col
lationibus beneficiorum fiendis extra eccleſiã cathe
dralem collatio, & inſtitutio ſpectat ad Epm̃, cũ con
ſilio capituli, & nõ cum conſenſu, de quo quid tenẽ
dum, & quid etiam in particularibus beneficijs ipſiꝰ
eccleſiæ cathedralis. An idem ſit dicendum, remittit
do. Ant. ad notata per gl. & doc. in c. cum eccleſia. ſ.
de ele. de quo aliquid tangetur inferius. & j. eo. c. ea
noſcitur.

7 noſcitur.¶†In gl.j.in fi.dic ꝙ ſic, puta in bonis cõi-
bus p̄lato,& capitulo, p̄latus ſolus habet exercitiũ
actionum ſecundum notata in d.c. edoceri. per Inn.
& Ioan.And. & ideo poteſt agere ſine literis de rato
ipſius capituli ſicut etiam tutor agere poteſt pro pu-
pillo ſine literis de rato,niſi dubitaret̃ an eẽt tutor.
l.vulgo.ff.de admini.tuto. & ſimiliter actor vniuer-
ſitatis.l.ſi.ff.quod cuiuſque vniuerſi.niſi dubitaretur
de eius mandato.l.item eorũ.§.qđ ſi actor. ff.quod
8 cuiuſq; vniuerſi. ¶†Tranſigere aũt nõ poteſt p̄latus
ſine conſenſu capituli.s̄.de tranſa.c.cõtingit. & ſic
non habet omnino liberã adminiſtrationẽ, q̃a tunc
poſſet tranſigere.l.procurator cui libera. ff.de ꝓcu-
rat.& facit,quod no.ĩ c.nobis olim.circa fi.s̄.de elec.
& quod dixi prælatum poſſe agere ſine capitu. & ſic
ſine literis capituli de rato, intellige verũ, niſi cauſa
eſſet ardua,quia tunc requiratur, qđ habeat cõſen-
ſum capituli,vel de rato.vt voluit Inn.in c.j.s̄. de ꝓ-
curat.Fallit etiam ſcđm Hoſt. qñ p̄latus eſſet ſuſpe-
ctus per ea,quæ hñt in d.c.j.& facit, qđ no.Hoſti.in
9 ſumma huius ti.§.penul.¶†In gl.ſi.in fi.facit,qđ hr̃
x.diſtin. in c.vides. Idem tenuit Archi. in c.ſi.vt hic
refert.Ioã.An.in ver.veritas.in vj.in nouella.allegat
quod hr̃ in l.Titium & Meuium.in prin.ff.de admi-
ni.tuto.& in l.ſi quis mihi bona.§.corã.ff. de acqui.
hæredi. & l.j.§.ſi plures.ff. de exerci. & l.j.§. condi-
tio.ff.de iſtituto.idẽ hic Goff.Sed Hoſt.tenet hic cõ-
trarium dicens tales inſtitutiones valere, ſed debere
caſſari per ſñiam ꝑ id,qđ hr̃ in c.ea noſcitur. in ver.
vacuari.j̄.e.Sed Goff.ibi ponit vacuari,id eſt,vacuas
nuntiari.facit, qđ legitur in ſimili.s̄. de ele.auditis.
circa fi. Primam opinionem tenet do.Ant.per iſtum
text.quia hic per ſñiam iuris non hominis videntur
caſſari.& hæc etiam opinio eſt tutior ex quo gl.eam
tenet, & illam tenendo vr̃ quòd non procedat opi.
Hoſt.de qua dixi in c.ij.ſuper gl.pen.s̄.e.de quo, &
an aliquo modo poſſit ſaluari dixi in c.p̄cedẽti.¶Et
aduerte, q̃a ꝯ illud,qđ dictũ eſt ꝙ in caſu iſtius capi
tuli nõ valẽt inſtitutiones,& deſtitutiones factæ ſine
conſenſu capituli,opponebat do.Flo.quòd imo de-
beant valere per id,qđ no.glo. in cle.j.de iurepatro.
Soluit quòd illud hic contingit. quia nõ ſimpliciter
hic ius ꝓhibet. ſed etiam vlterius ꝓcedit irritando
actum,iõ nimirũ ſi actus non valet.Generaliter autẽ
an & qñ teneãt geſta ꝯ legem,vel canonem,remittit
ad notata per ſe in c.ſi.s̄.de poſtu.de quo conſueuit
dici.in d.l.non dubiũ.C.de legi. & dixi etiã in p̄alle
gata.cle.j.de iurepatro. ¶Vlterius etiam opponebat
inquantũ vr̃ hic litera velle, ꝙ ſufficiat adhibere cõ-
ſilium capituli. quia imo vr̃ qđ requiratur cõſenſus
per capitulũ.s̄.eo. Soluit, qđ illud loquitur in alie-
natione quo caſu ſcđm Inn.requiritur cõſenſus ca-
pituli ex eo,quia cuiuſlibet canonici intereſt, quòd
poſſeſſiones eccleſiæ ſuæ non alienẽtur. regulariter
aũt ſufficit requiri conſenſum capituli per iſtũ text.
Fallit ſm eũ vbi reperiretur expreſſum de cõſenſu,
vt contingit in alienatione.facit quod hr̃ in clemẽ.ſi
vna.de rebus eccle. non alie.& per ibi notata ſecđm
eum deciduntur quædam quæ hic ſcripſit Hoſti. & ſic
reſidet. An aũt ꝓcedat qđ dixi regulariter ſufficere
cõſiliũ capituli,patebit ex.j̄.dicendis.¶Extra gl.põt
opponi. nam vr̃ quòd requiratur cõſenſu capituli in
gerendis per p̄latum non aũt ſufficiat conſilium.per
id, quod hr̃ in c.ea noſcitur.j̄.eo.Io.An.non tangit
iſtud contrarium,nec d.Pe.ſed do.Ant.illud tangit,
& reſpõdet dupliciter.Primo,quòd ꝯtrariũ ꝓcedit ĩ
inferioribus p̄latis, ſed iſte tex.procedat in Ep̄is, &
ſuperioribus,iſta ſolutio non vr̃ bona,quia ſicut Ep̄s
quo ad ſuam eccleſiã põt expedire agenda cũ ꝯſilio
capituli,ita vr̃ ꝙ idem eſſet dicendũ in p̄lato inferio-
ris eccleſię reſpectu ſuę eccleſiæ,niſi velis dicere,qđ
ꝑꝑ prærogatiuã Ep̄alis dignitatis aliud ſit dicendũ,
arg.eorũ,quę habetur in c.quia periculoſum.de ſen.
exc.li.vj.& de offi.dele.quia Pontificali. eo.lib.facit
etiam,quod hr̃.s̄.de offi.dele.in c.ſanè.el ij. ¶Secũ-
da ſolutio datur per eum, quòd iſte tex.procedit in
beneficijs aliarum eccleſiarum non illius cui præeſt
p̄latus, ſed ꝯtrariũ loquit̃ in bñficijs eiuſdẽ eccleſię
cui p̄eſt p̄latus.Iſta ſolutio non vr̃ bona per tex.in c.
ſeq.vbi videtur dici in beneficijs ipſius eccleſiæ ca-
thedralis.Præterea in contrarium videtur etiam lo-
qui de beneficijs aliarum eccleſiarum,cui non prę-
eſt prælatus.nam loquit̃,qñ ſit p̄ſentatio rectoris ad
aliam eccleſiã,vt ibi patet. & ſic vr̃ ꝙ iſta ſolutio nõ
ſit bona.dom.Floria.in c.ea noſcitur.j̄.e.dixit tertio
qđ in his q̃ hẽt diſponere p̄latus de iure cõi tũc ſuf-
ficit, ꝙ faciat cũ cõſilio capituli. & ita intelligat̃ iſte
tex.ſed in his quę hẽt diſponere de iure ſpãli,dicitq̃
requiritur,qđ faciat cũ ꝯſenſu capituli. & ſic intelli-
gatur ꝯtriũ. nã ex quo ius acquiſitũ fuit collegio dẽt
exerceri per collegiũ.& hoc eſt per p̄latũ cũ cõſenſu
collegij per id,qđ hr̃ in d.c.ea noſcitur.qđ aũt cõpe-
tat de iure ſpãli collegio, & conſequenter p̄lato in-
nitit̃ ꝓbare ꝙ de iure cõi,p̄ſentatio ſpectat ad patro
nos, & ſic ptãs p̄ſentãdi nõ p̄t ſpectare ad collegiũ,
niſi ex cã ſpãli,puta per fundationẽ eccleſiæ, vel lo-
cationẽ, vel quia patronatũ acquiſiuit a patrono, de
iurepatro.c.vnico.in vj.& licèt p̄alle.c.ea noſcit̃.lo-
quat̃ in p̄ſentatione,tñ ſm eũ idẽ iuris erit in quali-
bet alia diſpoſitione ſpectãte ad collegium de iure
ſpeciali, ſufficit, tñ quòd hoc caſu ſm eum non ha-
beat locum.c.nouit.& iõ cõcludit, quòd qñ de iure
cõi ſpectat aliquid p̄lato,& capitulo, ſufficit adhibe
re cõſiliũ capituli.vt in hoc.c. niſi reperiat̃ exp̄ſſum
qđ debeat adhiberi cõſenſus per id, qđ dixi ſuperiꝰ
poſt eũ.& qđ no.etiã in c.j.s̄.e.ſecus qñ de iure ſpe-
ciali ſpectat aliq̃d p̄lato,& capitulo, quia tũc reqrit̃
cõſenſus capituli per dictum.c.ea noſcit̃. nõ impro-
priando literã,licèt aliqui improprient illã exponẽ-
do ibi cõſenſum pro conſilio. ſed nõ bñ ſm eum. Et
pro p̄dictis etiã allegat,quia qñ aliq̃d cõpetit de iu-
re cõi,vr̃ principaliter competere prelato. ideo tunc
ſufficit conſilium.ſecus,qñ cõpetit.de iure ſpeciali.
vnde ſicut qñ bona p̄lati, & capituli ſunt diuiſa capi
tulũ adminiſtrat per ſe ſcđm notata.s̄.de reſcri.edo-
ceri. ita qñ præſentatio acquirit̃ eccleſiæ collegiatæ
principaliter ſpectat p̄ſentatio ad collegiũ. ideo tũc
dẽt conſenſus collegij interuenire. Et p̄dicta proce-
dunt in p̄ſentationibus quæ ſpectant collegio de iu-
re ſpeciali ſcđm eum, & idẽ in alijs diſpoſitionibus
ſpectantibus ad collegiũ de iure ſpãli, puta ſi per pri
uilegium cõcederet̃ collegio ptãs ꝯferẽdi aliqua bñ-
ficia non debebit fieri collegio per p̄latũ cum cõſen
ſu collegij.ar.c.ea noſcitur.Et ſubdit ꝙ iõ dixit de iure
ſpeciali.quia nõ vr̃ poſſe reperiri exẽplum in quo ali
qua diſpoſitio ſpectat ad collegiũ de iure cõi. nã ſm
eum,neq; p̄lati inferiores,neq; collegium fundat in-
tentionẽ de iure cõi,ſed ſolum Ep̄s,de offic.or.in c.j.
dicit tñ ꝙ ſi reperiretur aliqua diſpoſitio ſpectãs ad
collegiũ de iure cõi adhuc haberet locũ.c.ea noſcit̃.
vt ſic ex quo ſpectaret ad collegium per p̄latum colle
gij expediat̃ cum conſenſu ipſius collegij.& ad illud
c.reſpondet. ꝙ hic loquitur in collationibus,& inſti-
tutionibus quæ ſpectant ad Epiſcopos ſuperiores de
iure cõi, ſcđm notata de ele.cum eccleſia.vbi & per
eũ.& ideo tunc ſufficit qđ fiat cũ cõſilio collegij,ſeu
capituli,

capituli,nec requiritur cõſenſus ipſius collegij , ſeu capituli.quia non ſpectant ad collegiũ,ſeu capitulũ. ſecus vbi ſpectarent ad ipſum collegiũ , vel capitulũ per id qđ ſuperius dixi poſt eum,& in hac ↄcluſione finaliter reſidet.¶Poſuit tñ aliã ſolutionẽ ante p̃dictam.videlicet,qđ hic loquitur in collationibus,ſed in c.ea noſcitur.de p̃ſentationibus. Quæ autẽ poſſit eſſe ratio diuerſitatis,dicebat per alios nõ tangi. ſed ratio ſm cum eẽ poterat, quia p̃ſentatio competit collegio rõne bonorum eccleſiæ , vt quia de bonis eccleſiæ fundata, vel dotata , vel conſecrata eſt alia eccleſia.j̃.de eccle.ædi.ad audientiã. el j. ſicut ergo in alienatione taliũ bonorũ requiratur ↄſenſus ſingulorũ.s̃.eo.c.j.ita etiã in eo , qđ inde ſurgit.& h.d. eſſe in ſe ſubtile,ſed nimis reſtringit literã p̃alle.c.ea noſcitur. ¶Item non requiritur ibi conſenſus ſingulorũ,ſed collegij,vel maioris partis, & ideo finaliter tenet id,qđ dixi.s̃.dicens p̃dicta procedi.in diſpoſitionibus extraiudicialibus,in iudicialibus autẽ dicit quòd etiam ſi adminiſtratio ſit cõis prælato , & collegio,ſeu capitulo,tñ prælatus poterit agere,ſeu defendere per ea,quę hñr de reſcrip. edoceri.& hæc dicit notanda tanq̃ per alios non tacta,& neceſſaria ꝓ intellectu huius. c. & c.ea noſcit̃.¶Sed aduerte,q̃a licèt do. Flo. multa verba ſparſerit in hac materia ꝓ ſolutione contrarij. d.c. ea noſcitur. non tñ vr̃ bene

10 dixiſſe.& primo inquantũ dixit,quòd† in alienatione bonorũ eccleſiæ requiritur conſenſus ſingulorum de eccleſia,malè dixit, q̃a imo ſufficit ↄſenſus maioris partis,vt no.in c.cum apoſtolica.in verbo,totius. j̃.eo.dixi in d.c.j.s̃.eo.qđ debet intelligi, & ſuppleri ſcđm notata in d.c.cum apoſtolica. Itẽ vr̃ ẽt malè dixiſſe inquantum vult, quòd præſentatio,qñ competit collegio dicat̃ ſemper ſpectare de iure ſpeciali. nam illud non videtur verũ,quia ſi in fundo eccleſię erigatur aliqua eccleſia vr̃ ꝙ de iure cõi ſpectet præſentatio ad ipſam eccleſiam in cuius fundo erigitur alia eccleſia per id,qđ hr̃ in c.ad audientiã. el j.j̃.de eccle.ædifi.& q̃a de iure cõi,ſi ædificatur eccleſia in fundo laici acquirit̃ ipſi laico ius patronatus. iuxta no.per Inno.& Ioã.An.j̃.de iurepatro. ſup rubrica. & facit,quod no.per gloſſ.xvj.q.vij.in c.pię mentis. ergo eodem modo , & multo fortius ſi in fundo eccleſiæ collegiatæ cõſtruatur alia eccleſia acquiretur ipſi eccleſiæ ius patronatus de iure cõi.& multo fortius quàm ipſi laico.quia maior eſt ratio quæ religioni fauet.l.ſunt perſonæ.ff. de religio. & ſic ſpectabit præſentatio,ſeu ius p̃ſentãdi Rectorẽ in eccleſia cõſtructa de iure cõi ad ipſam eccleſiam collegiatã.& ideo non vr̃ bonus intellectus,qđ c.ea noſcitur. loquatur in ſpectãtibus ad collegium de iure ſpeciali , cum ille.tex. loquat̃ ſimpliciter.& indiſtinctè de p̃ſentatione,quæ poteſt ſpectare de iure cõi ad collegiũ vt dixi.& ideo intellectus do.Flo.non vr̃ bonus.

11 ¶†Hoſtien. in ſumma huius tituli.§. antepe. poſuit aliquos caſus in quibus requiritur conſenſus capituli,& in §. penulti. poſuit aliquos in quibus requirit̃ conſilium, & in §.fina. poſuit aliquos caſus in q̃bus non requiritur conſilium aliquod,vel ↄſenſus. ¶Caſus autem in quibus requiritur conſenſus dicit eſſe p̃cipuè tres. Primus eſt in collationibus beneficiorũ qñ ſunt cõia prelato,& capitulo.Si autẽ eſſent diuiſa tunc vr̃ velle, quòd ſufficeret conſilium facit , qđ ipſe notauit & Io.An.poſt eum in c.cum eccleſia.s̃. de electio.¶Secundus eſt,qñ agitur de obligãdo eccleſiam.j̃.de depoſi. c.j. & idem vr̃ conſequenter in electione.s̃.eo.c.j.& iſte eſt tertius caſus.Et ſm prædicta vr̃ intelligere,c.ea noſcitur, videlicet,qñ bona

cōtradictio,& appellatio per ipſos cōtradicentes. an
vero ſufficiat ſimplex contradictio ſine appellatione
ad hoc,vt retractentur oīa geſta . & concludunt dr̄iā
eſſe inter actus extraiudiciales qui geruntᷓ extraiudi
cialiter a capitulo. & actus iudiciales qui geruntᷓ iu-
dicialiter a capitulo aliquo tp̄e , vel caſu iuriſditionē
habent.facit , qđ hr̄ in d.c.irrefragabili.§.exceſſus.ſ̄.
de offi.ord.Primo caſu,qñ agitur de actibus extraiu-
dicialibus.concludit Inn.ꝙ aut illa tangunt p̄iudiciū
eccleſiæ : aut tangunt p̄iudiciū aliqđ particulare ali-
quorū ſingulariū de eccleſia contradicentiū:aut tan-
gunt p̄iudiciū tertij extranei.ſi tangunt p̄iudiciū ec-
cleſiæ non erit neceſſaria appellatio:quinimo,nec cō
tradictio:qa ille actus illicitè geſtus poterit qñcunq;
detecta iniuſtitia corā ſuperiore retractari ex eo , qa
actus extraiudicialiter geſti nō tranſeūt in rē iudi.&
ſic non firmantᷓ , licèt appelletᷓ quominus veniāt re-
tractādi per ſuperiorē detecta iniuſtitia.facit,qđ leg.
& no.in c.cōſtitutus.el ij.ſ̄.de app.& de elec.cū inter
canonicos.Aduertendū tñ,qa vt patet ex verbis, &
mēte huius decr. ꝙ nō dēt reuocari talis act⁹ niſi oſtē
datᷓ de iniuſtitia,& de veritate cauſæ cōtradictionis ,
& p hoc vr̄ dari ſecuritas maiori parti : vt ꝓcedat ad
actū non obſtante ꝯdictione minoris partis: qa vt di
xi nō reuocabitᷓ niſi oſtēſum fuerit corā ſuperiore , ꝙ
iuſtè ſit geſtū,fatetur tñ Inn.ꝙ in aliquo poterit pro-
deſſe appellatio ab ipſo actu extraiudiciali: licèt non
ſit neceſſariū:qa eo ipſo, ꝙ erit appellatū per appella-
tionē reuocabitᷓ negotiū ad iudicē ad quem,adeo ꝙ
nō poterit inferior interim ſe intromittere. Itē ſecun
do, qa non valebit impetratio ad aliū facta nō facta
mentione de illa appellatione.ſ̄.de reſcr.ex parte. &
facit,qđ no.Io.An.in c.oblatæ.ſuper vltima glo.ſ̄.de
app.Itē ſcđm aliquos ꝓderit in alio:qa probata iuſti
tia appellationis omnia quæ reperientur attētata re-
tractabuntᷓ officio ſuperioris : qđ ſecus erit ſcđm eos
vbi non fuiſſet appellatum. Sed hoc non placet Inn.
& Hoſti.

& Hoſt. quia etiam ſine appellatione huiuſmodi extraiudicialiter geſta iniuſtè retractabũtur:qñq; apparebit de iniuſtitia: quia nõ eſt in illis neceſſaria cõtradictio, vel appellatio. Fatentur tñ ꝙ via attentati eſt magnæ vtilitatis in alijs caſibus: vt patet ex his q̃ habentur in d.c.bonæ.de app.& in d.c.dilecti. Secũdo caſu, qñ aliquid geritur in præiudicium illorũ de eccleſia.concludit Inn.idem reguraliter. Fallit tñ ſ͛m eum:vt hic tangit Io.Andr.quando aliquis vocaretur ad officium maſſariæ,vel ſyndicatus:vel ad aliud publicum officium autoritate,& vtilitate:quia ſi nõ appellat, & contradicit incontinenti. & intellige intra decem dies, per id quod habetur in c.cũ certationi. de app.in vj.non poterit poſtea appellare.l.ſi aſcribã tur.& l.hi qui.C.de app. quod intellige,qñ vocatio, ſeu nominatio eſt facta legitimè, aliàs ſi eſſet nulla, nõ eſſet neceſſe appellare.l.qui nominationes.C.de appel.in d.l.ſi aſcribantur.& ſic intelligo, quod dixit do.Flo.dum dixit, ꝙ ſufficit contradictio ſine appellatione,ſi eſt vocatus per ſolam nominatinnem: ſecus ſi per decretum iudicis: allegat præal.l.nominationes.& prædicta,quando quis vocatur ad officium publicum autoritate,& vtilitate,vt quia reſpicit vtilitatem publicam. Si autem vocetur ad officium publicum,ſed vtilitate priuatum,vt eſt officium tutelę:quia illud tendit ad vtilitatem pupilli,& tunc non eſt neceſſe,ꝙ appellet: quia illa nominatio nõ tranſit in rẽ iudicatam:ſed ſufficit quod proponatur exceptio legitimo tempore.l.j.§.ſi quis tutor.ff. quando appel. ſit.canonizata.ij.q.vj.biduum.& ibi de materia ꝑ gl. facit,quod hr̃ in c.vlti.86.diſt. & 87.diſt.in c.j.& per prædicta dicũt aliqui,ꝙ ſi aliquis de capitulo vocetur ad aliquod officium eccleſiaſticum ipſius eccleſiæ:& non appellet,non poterit contradicere: licèt nominatio ſit extraiudicialis:ſecus dicunt ſi extraneus nominaretur: quia iſta officia eccleſiaſtica non cadunt in extraneum inuitum,ſed volentem.ſed Hoſt.non placet iſta opinio: quia ſecundum eum,etiam in ꝓpria eccleſia non arctatur quis ad aſſumendum officiũ, ſi non vult,ideo dicit ſibi non ꝑiudicari: licèt non appellet.de quo remittit ad c.quærit.de ætate,& quali. & ad c.ſi.ſ̃.de poſtu.præla.vbi etiam tãgitur, an quis poſſet, vel debeat compelli a Papa ad aſſumendam dignitatẽ.Nec ob. ſcͩm eum iura ſuperius in cõtrarium allegata:quia ibi loquunĩ de muneribus, & honoribus temporalibus:ſecus in eccleſiaſticis.vt dictũ eſt ſecundũ eum.d. Ant.hic dicit poſſe ſaluari Inn.in officijs eccleſiaſticis,quæ ſunt potius oneris,q̃ honoris,vt eſt officium ſyndicatus.& idem vr̃ voluiſſe hic do.Flo.dum dixit,ꝙ ſuperius dicta procedunt in officijs:ſecus in beneficijs: quia non cogitur quis acceptare bñficium,licèt ſi acceptauerit poſt acceptationem,poſſit cogi ſuſcipere ordines,vel aliud agere, ꝙ ſpectat ad ipſum beneficium.iuxta ea, quæ hñr in d. c.quæris.de æta.& quali. & qđ not.in c.licèt canon. de ele.in vj.& pro ſaluatione,quam facit do.Ant.ſaluando Inno.bene facit:quia vbi expreſſe non reperiĩ diſcordantia inter ius canonicum, & ius ciuile etiã in foro canonico ſtari debet iuri ciuili:vt legi.& not. in c.j.ĩ.de no.oper.nun.& ſic quo ad hoc non vr̃ ꝓcedere dictũ Hoſt.¶ Item aduerte,quia prędicta ꝓcedunt,niſi capitulum faceret aliquid ſpectans ad eius officium:quia tunc deberet puniri contumax,ſeu inobediens, cum licitum ſit defendere ſuam iuriſdictionẽ.ſ̃.de offi.ord. irrefragabili.§.exceſ.l.vnica.ff.ſi quis ius dicen.non obtem. Tertio caſu,qñ actus extraiudicialiter geritur in prçiudicium tertij,& tunc cõcludit Inn.& Ioan.And.poſt eum, ꝙ in iſto caſu debent cõtradicere particulares de capitulo,ne aliàs videãtur cõſentire ei,qđ iniuſtè geritur, & ſic ne illaqueẽtur ad peccatum inquantũ videnĩ conſentire iniuſtè geſta.facit,quod hr̃.lxxxvj.diſt.facientis. & in c.nihil. & ij.q.vj.negligere.Fatenĩ tñ prædicti, ꝙ ipſi particulares de capitulo:licèt poſſint,& debeant contradicere,non tñ poſſunt appellare pro ipſo tertio:quia eorum non intereſt.facit,quod hr̃.ij.q.vj.non ſolent.& ſ̃.de elect.cum inter.R.poterunt tñ per viam denuntiationis euangelicę procedere:quia ad illam videtur quis teneri,videlicet, ꝙ qñ peccatur in proximum ſecundum aliquos.facit,qđ hr̃.ij.q.vj.quapropter. de quo in c.ſi peccauerit.ij.q.j.& in c.nouit.ſ̃.de iudi.& quod hr̃ in c.quemadmodum.de iureiu.Secundo caſu principali,qñ agitur de actibus iudicialibus.& ſic de his qui iudicialiter gerũtur: & tunc eſt neceſſe appellare intra decẽ dies a die grauaminis:aliàs tales actus tranſeunt in rem iudicatã.ſ̃.de re iudi.ꝙ ad conſultationem. & ideo appellans tacitè vr̃ conſentire. l.ab eo.C.quomodo & qñ iudex.¶ In glo.penul.ibi: nihil conſtituere poſſunt.& ſic vult gl. ꝙ vbi capitulum vult facere conſtitutionem tendentem ad præiudicium abſentium,nõ poteſt illam facere in præiudicium abſentium:ſed oportet:ꝙ omnes ſint præſentes quos tangit conſtitutio.& ſic vr̃ velle gl. ꝙ tũc abſentes ſint vocandi.& ſcͩm hanc gl. ibidẽ reſidentiũ,q̃ hr̃ in c.præſentium.de teſti.in vj.q.de qua feci mentionẽ in c.cũ apoſtolica.ſ̃.ti.præce. dum excipit tres caſus tantũ:in quibus debẽt vocari abſentes: videtur intelligenda, qñ non agitur de ſtatuendo aliquid in ꝑiudicium abſentiũ: ſed vbi agitur de ſtatuendo aliquid extra iudiciũ abſentiũ: tunc bene ſunt vocandi abſentes:vt voluit gl.hic,& plus videreĩ, ꝙ licèt oẽs ſint præſentes non poſſit conſtitutio fieri in ꝑiudiciũ non conſentientiũ.& ſic vr̃ ꝙ oẽs debent eſſe præſentes tunc cõſentientes. facit,qđ legi.& no.in d.c.cum omnes.& qđ hr̃ in l.id qđ noſtrum.ff.de regu.iur.& cum iſta gl.tranſit hic Io.An.& do.Pet. & do.Ant.tñ do.Flo.hic dicit gl.iſtam procedere inquãtũ dicit, ꝙ non poſſunt præſentes aliquid ſtatuere in prçiudiciũ abſentiũ, qñ hoc vellent facere ſine cauſa rationabili.Nam ex cauſa rõnabili bene poſſunt, licèt non alleget,qđ hr̃ in c.ſi.ĩ.eo.quod intelligo, dũmodo fuerint abſentes vocati ex quo de eorũ ꝑiudicio agebaĩ. arg.eorum,quæ hñr in ſi.ſ̃.tit.proxi.& intellige etiã, qñ faciunt ſtatutum canonici, ſeu capitulũ ſuper his ſuper quibus habent poteſtatem ſtatuendi.ſuꝑ quibus autem habeat capitulũ ptãtem ſtatuendi, recurre ad gl.no.in c.cõſtitutionẽ.de ver.ſig.in vj.vbi glo. notabiliter dicit,ꝙ ſuper his q̃ tangunt ſtatum generalem eccleſiæ, vel ius Ep̃i non poſſunt ſtatuere ſine Ep̃o,qđ vr̃ intelligẽdum,niſi ex priuilegio, vel aliàs legitimè habeat poteſtatem ſuper prædictis.facit,qđ hr̃ in c.ſuper quibuſdã.ĩ.de ver.ſigni. ſuper alijs autẽ ſpectantibus ad ipſum capitulũ poteſt capitulum facere ſtatutum:vt ibi dicit gl.& etiã ponit aliqua exẽpla.Nec ob.ſcͩm eum,qđ hr̃ in d.c.cum omnis.quia ibi non erat ordinatio,ſeu cõſtitutio rationabilis quã facere volebant,vel ſeecrint:vt ibi patet. Vincen. tamen Hoſt.& Goff.ſimpliciter dicebant, ꝙ non valet conſtitutio niſi duæ partes ſint prę́ſentes per iura inferius allegata per gl.& ſic videtur velle,ꝙ ſi duæ partes vniuerſitatis ſint præſentes valebit qđ conſtituetur a maiori parte ipſarum duarum partium. Poteſt dicere,vt ſenſit ibi do.Ant.ꝙ dictũ Hoſtiẽ.procedat, quando volunt ſtatuere ad vtilitatẽ, ſeu cõmodũ,vel incommodum vniuerſitatis:ſed quando vellent ſtatuere ad præiudiciũ abſentium,tũc ꝓcedat, qđ dixit

gl.quã intellige ſm limitationẽ quã dixi poſt d.Flo.
ꝙ tñ dictum eſt de duabus partibus, qđ debent eſſe
p̃ſentes,intellige,vt inferius dicet̃. ¶ In ea.gl.ibi: cir-
ca alia negotia.dicit d.Flo.ꝙ gl.põt dupliciter intel-
ligi. vno modo circa alia negotia,hoc eſt circa nego-
tia aliarum vniuerſitatum:puta, ſecularĩu. ¶ Itẽ põt
ſecũdo intelligi,qñ agitur de alijs negotijs gerendis
per capitulum ſuper negotijs eccleſiæ, & nolunt ali-
quid ordinare in ꝑiudicium abſentiæ.Et iſte ſecũdus
intellectus magis vr̃ eſſe de mente gl. & ſm iſtũ in-
tellectũ habes ex glo. ꝙ in gerendis per capitulũ,qñ
volunt ſtatuere in ꝑiudicium abſentiũ debent eſſe p̃-
ſentes duæ partes capituli:vr̃ tñ ꝙ ſufficiebat maiorẽ
partem illarum duarum partium conſentire. per id
qđ legi.& not.in l.mili.& in l.planè.hic allegatis.&
qđ hr̃ in l.qui maior.ff.ad munic. ¶ Item aduerte,q̇a
gl.poteſt tertio modo intelligi:vt hic voluit ſentire d.
Petr.ꝙ velit facere dr̃iam, an capitulum velit facere
nouum ſtatutum. An vero velit aliter aliquid gere-
re circa negotia eccleſiæ,vel capituli. reuera tñ gl.vr̃
ſe reſtringere, qñ capitulum vult facere ſtatutum in
ꝑiudicium abſentium:& ad idem qđ dictũ eſt,ꝙ ca-
pitulum non põt facere ſtatutũ in ꝑiudicium abſen-
tium:ſed oportet,ꝙ ſint præſentes,& conſentiant.bñ
facit,qđ no.Inn.in c.noſtra.ĩ.de locato.vbi cõcludit,
ꝙ in præiudicium alterius non põt Ep̃s facere ſtatu-
tum niſi ille conſentiat,vel ſaltem ſit præſens,intelli
go,& non contradicat quaſi tunc videat̃ tacite cõſen
tire.facit,qđ hr̃ in l.ab eo.C.qũo & qñ iud.& in l.ij.
ff.ad muni.qđ eſt notandũ:q̇a conſueuit aliàs dici,ꝙ
vbi agitur de ꝑiudicio præſentis,& tacentis nõ intel
ligitur conſentire.iuxta not.in l.filiusfa.§.inuitus.ff.
de procu.& per Inn.de ele.in Geneſi.& per glo.ĩ.de
reg.iur.qui tacet.li.vj.Nam ſm Inn.aliud erit in caſu
iſto,qñ ſit ſtatutum in præiudicium præſentis,& tacẽ
tis.qđ tene mẽti. ¶ Item etiã aduerte, quia ad id qđ
dictũ eſt: ꝙ ex cã põt ſtatui in præiudicium alterius.
bene facit,qđ not.Inn.& Io.And.poſt eũ.ĩ.de iniur.
in noſtra.& qđ not.etiã ꝑ eos in c.quæ in eccleſiarũ.
ſ̃.de conſti.ſequitur ver.Vinc.vero & Hoſt.& Goffr.
hic ſimpliciter dicebant, ꝙ non valet conſtitutio niſi
duæ partes ſint p̃ſentes per iura hic allegata:& etiam
ſuperius tetigi:& vlterius non declarant.Alij vero,vt
Guil.Naſo & Alanus dicũt ſimpliciter,ꝙ ſufficit ma-
iorem partem capituli aliquid facere per iſtum text.
& facit,qđ hr̃ in c.quia ꝑ ꝑ.ſ̃.de elec.& ad iura alle-
gata in gl.rñdet, ꝙ loquãtur in decurionibus ciuita-
tum,qui ſunt conſiliarij ciuitatum.facit,qđ hr̃ in l.j.
& per totũ.C.de decur.lib.x.& qđ no.etiam in rubri
ca de decretis decurio.eo.lib. de quibus quidẽ decu-
rionibus ſm eos nõ eſt fienda cõparatio ad clericos:
quia ſaltem in ſubſidium poſſent eſſe ſpurij.ff.de de-
curio.l.ſpurij. ſed clerici non debent eſſe ſpurij.ſ̃.de
fil.presby.c.fi.& facit,qđ hr̃ eo.ti.c.j.& ij.lib.vj.Ioã.
An.hic dicit,ꝙ duæ partes vocandorũ debent eſſe p̃-
ſentes,& ſic vr̃ velle,ꝙ nõ requiratur præciſè,ꝙ duæ
partes illorum qui ſunt de capitulo ſint præſentes.al-
leg.qđ hr̃ in c.fi.ſ̃.de maio.& obe.circa finem tertiæ
gl.& x.q.ij.hoc ius.& lxiij.diſt.c.obeuntibus.de quo
hr̃ etiam in Spe.de ſyndico.circa prin.& hoc tenet &
do.Ant.hic.& ſimiliter d.Pe.& dicit d.Ant.ꝙ iſta gl.
ponit veritatem ſic intellectã. de quo etiã hic tetigit
do.Ant.in c.licet.& in c.cũ inter vniuerſas.& c.cum
13 nobis olim.ſ̃.de elec. ¶ †Qui autẽ ſint actus in q̇bus
debeant vocari abſentes.No.per glo.in c.præſentiũ.
quę incipit ibidem,reſidentium.de teſti.in vj.& ſupe
rius tetigi.nam concludit gl.ibi, ꝙ regulariter nõ eſt
neceſſaria vocatio abſentium. fallit in tribus caſibus
ibi poſitis per gl.d.autem Ant.hic dicebat, ꝙ in acti-
bus grauibus requiratur vocatio abſentiũ niſi appa-
reat in iure contrarium ſtatutũ: ſed in leuibus nõ eſt
neceſſaria vocatio, niſi appareat contrariũ iure ſtatu
tum.Et iſtã dr̃iam ſm eum tenet Inno.in c.j.ĩ.de no.
ope.nun.ſed vt dixi in c.apoſtolica. tutius vr̃ eſſe te-
nendum theoricã,& doctrinã gl.q̃ cõiter tenetur, vt
ibi dixi ſupra gl.in ver.Titius. de quo autem remoto
loco vocãdi ſunt abſentes eo caſu quo vocari debẽt,
vr̃ ꝙ ſi ſint intra prouinciam vocari debent, dũmodo
fieri cõmode põt:ſed vbi ſint extra ꝓuinciã non vr̃r
neceſſarij vocari, niſi ꝯmode vocari poſſint:vt leg.&
no.in c.corã.ſ̃.de elec.& eo.ti.qđ ſi.ut.& qđ legi.&
no.in c.fi.de maio.& obe.Et ſic tranſit do.Ant.licèt
non ita declaret,& in effectu ſequitur glo.cũ limita-
tione Io.An.do.Flo.hic dicebat,ꝙ cõiter intelligitur
gl.iſta velle,ꝙ in vniuerſalibus eccleſijs ſufficiat ma-
ior pars. in ſecularibus aũt requirant̃ duæ partes.de-
mũ dicit ſcđm Io.And.ꝙ in quibuſlibet vniuerſitati-
bus oportet,ꝙ duæ partes ſint præſentes, & intelligi
debet duabus partibus vocandorũ:vt legi.& no.ſ̃.de
ele.in c.eccleſia. & ſic ſcđm eum non procedit illud
qđ multi dicunt: videlicet, ꝙ in collegiatis eccleſijs
ſufficiat p̃ſentia maioris partis: q̇a imo reꝑit̃ ꝙ ſint
p̃ſentes duæ partes vocãdorũ,& valebit,ꝙ fiet a ma-
iori parte ipſarũ duarũ partiũ.facit,qđ hr̃ de elec.q̇a
ꝑ ꝑ.de quo remittit ad no.ꝑ ſe in c.licet. & c.nobis.
& c.eccleſia.ij.ſ̃.de ele.& de maio.& obe.c.fi.remit-
mit ẽt ad no.per Spec.in tit.de ſyndico.in prin.& ſic
reſidet.Sed aduerte inquantũ dicit gl.velle,ꝙ in vni-
uerſalibus eccleſijs ſufficiat maior pars:in ſecularib⁹
aũt requirant̃ duæ partes,non vr̃ bene dicere,quia ſi
14 gl.bene ponderetur hoc non dicit. ¶ †Itẽ aduerte,q̇a
id qđ dictũ eſt: qđ ſufficit duas partes vocãdorũ eſſe
p̃ſentes.bene facit,qđ no.Inn.in c.cum olim.in vlti.
col.ſ̃.de ele.vbi aperte vr̃ hanc opi.ſequi gl.rñ.iij.in
c.fi.de maio.& obe.vr̃ velle,ꝙ ſufficiat maiorem par-
tem vocandorum eſſe p̃ſentem, & ibi plus ẽt vr̃ con
cludere gl.ꝙ vbi abſentes ſunt in tali loco,ꝙ nõ ſunt
vocandi,ꝙ qñ ſit dixi ſuperius.& no.in c.coram.ſ̃.de
elec.qđ tunc in minori parte capituli p̃ſente reſideat
ptãs capituli.ſed vt dixi in primo dicto gl.præal.Inn.
& Io.And.illud non vr̃r tenere, vt patet ex ſupradi-
ctis.An aũt in ſecundo dicto procedat gl. illa patebit
15 ex eo,quod ſtatim dicam. ¶ †Vnde etiã aduerte,qđ
inquantum dictum eſt,qđ ſufficit duas partes vocan
dorum eſſe præſentes:debet intelligi, qñ ante termi
num iuris volũt expedire actum:puta electionis. Nã
tunc ſi ille ad quem ſpectat poteſtas conuocandi ca-
pitulum ſtatuit terminum ante terminum iuris:& fe
cit vocari abſentes ſufficiat duas partes vocandorum
eſſe p̃ſentes termino ſtatuto:& voluit Inno.in d.c.cũ
nobis olim. Et quis habeat poteſtatem conuocandi
capitulũ,no.per Inn.& Io.An.in c.j.ſ̃.de mai.& obe.
ſed vbi canonici vellent in termino iuris expectare
actum electionis. de quo in termino iuris habetur.ſ̃.
de elec.quia propter. tunc notabiliter dicit Inn.in d.
c.cum nobis olim.quod quia terminus iuris interpel
lat pro homine.ĩ.de loca.potuit. & quod hr̃ in l.ma-
gnum.C.de contrahen.& commit.ſtipu. & in l.ij.C.
de iure emphy. tunc dicit ꝙ ſi etiam minor pars capi
tuli, vel vocandorũ ſit præſens in fine ipſius termini
iuris, ꝙ poterit procedere ad electionem etiam alijs
non vocatis, q̇a ſatis intelliguntur vocati ex diſpoſi-
tione iuris per terminum ſtatutum a iure,& plus etiã
vr̃ ibi velle,quòd etiam ſi eſſet vnus ſolus qui tũc re-
periret̃ in eccleſia de capitulo, quòd tunc in illo reſi-
det totum ius capituli propter negligentiam aliorũ.

argu.

argu.eorum quæ hñc.ſ.de poſtu.præla.gratū. & qđ
hr̃ in l.ſicut.ff.quod cuiuſq; vniuer.in quibus patet,
quòd etiam in vno ius vniuerſitatis reſidere pōt. qđ
tene menti diligenter pro limitatione eorum quę ſu
perius ſunt dicta. ſecundū prædicta poteſt intelligi
ſcđm dictum glo.tertio poſitę in dicto c.fi.de maio.
& obdien.¶ Vlterius ſcias, & attende, ꝙ Innoc.in d.
c.cū nobis olim. poſuit de materia appellationis ex-
16 traiudicialis. ¶ † Itē attende, quod licèt cōiter docto.
tranſeant cum iſta gloſ.iuncta limitatione Io.An.&
ſic, quòd in vniuerſitate eccleſiaſtica requiratur, qđ
adſint duę partes vocandorum. & ſic vr̃ velle, qđ nō
requiratur, quòd ſint duę partes illorū de capitulo.
tamen hæc opi.non videtur iure probari: imo videt̃
potius probari oppoſitum per iura hic allegata p Io.
And.qa ſi benè inſpiciant nō probāt hoc, nam.c.fi.
de ma.& obe.hoc nō pbat, & gl.iij.ibi poſita. & hoc
nō probat: imo potius vult quòd ſufficiat maiorē par
tem vocandorū eſſe præſentem: vt ſuperius dixi, nec
etiam id, quod hr̃.x.q.ij.hoc imo potius videt̃ face-
re ad oppoſitum: qa vr̃ quòd ſufficiat maior pars reſi
dentiū. Nec ob.c.obeuntibus. qa ibi non dr̃ qđ duæ
partes vocādorum debeant eſſe præſentes. ſed dr̃, ꝙ
ſi religioſi debēt itereſſe electioni Epiſcopi: ſi illa fiat
eis non vocatis non ſortiretur effectū. nec obſt. etiā.
l.quoties.C.de allega.quia ibi nō dr̃, qđ dicit Ioan.
An.ſed dr̃, ꝙ qñ aliquis in legatū mittitur, decurio-
nes debeant atteſtari de eius virtutibus. Compoſtel.
in c.quia p p.ſ.de elec.ſimpliciter tenet ꝙ in vniuer-
ſitate eccleſiaſtica ſufficit maiorē partem eſſe pſentē
facit, qđ hr̃ hic: & in hoc.c.ſecus in vniuerſitate ſe-
culari. de quo tetigi.in d.c.fi..ſ.de maio. & obe.vbi
dixi ꝙ iſta opi.vr̃ verior de iure, licèt opi.Ioan.And.
cum ſit cōis canoniſtarū veriſimiliter ſeruarētur in
practica. Nunc autem ſubtilis conſiderando videret̃
mihi poſſe attentari, ꝙ etiam in vniuerſitate eccle-
ſiaſtica requirantur duæ partes illorum qui ſunt de
vniuerſitate eſſe pſentes, quia nō reperimus expreſ-
ſe de iure canonico cautum eſſe ꝯrium. & clarū eſt
de iure ciuili vr̃ ꝙ debeant duæ partes eſſe præſentes
ipſius vniuerſitatis: vt patet in iuribus hic allega.&
ideo vr̃ ꝙ ex quo non reperitur expreſſe diſcordātia
inter canones, & leges, ꝙ debeamus in iure canoni-
co ſtare, qđ eſt expreſſum in iure ciuili: vt legitur &
not. in c.j.ſ.de no.ope.nun. & licèt canones dicant
ſtandū eſſe maiori parti: non tñ hic excludunt ꝙ non
debeant eſſe pręſentes duæ partes: ſicut in ſimili vr̃ ꝙ
lex dicit, qđ id, qđ maior pars vniuerſitatis facit om
nes feciſſe videnť.l.qđ maior.ff.ad munici. & tñ in-
telligitur ꝙ duę partes adſint.l.nulli.& l.planè.ff.qđ
cuiuſq; vniuerſ. Et per pdicta vr̃ etiam ſatis pbabi-
liter poſſe defenſari dicta opi.quam voluit hic gloſ.
ſanè intellecta: vt in dicta l.nulli.& l.planè.fateor tñ
vt dixi.ſ.qđ ſeruaretur opi.Ioan.An. in practica. An
autem de iure ciuili vocandi ſint abſentes. Bart.in l.
omnes populi.ff.de iuſti.& iure.vr̃ velle, ꝙ non: ſed
ſufficiat fieri in loco in quo actus debēt geri per va-
cationem generalem, vel per ſonū campanę, nō aūt
requiritur vacatio abſentium. allegat, quod habetur
in l.nominationum.C.de decur.lib.x.vult tñ, qđ ad
minus debeant eſſe duę partes vniuerſitatis pſentes,
vel repreſentantes vniuerſitatē, ſeu populum: vt no.
gl.in rub.C.quæ ſit lon.conſuetu.vr̃ tñ ꝙ in actu ele-
ctionis fiendę, qđ etiam per vniuerſitatem ſecularē
debeant vocari abſentes: ſicut vocant̃ in vniuerſita-
te eccleſiaſtica, cum expreſſe non reperiat̃ ꝯriū p id,
qđ hr̃ in d.c.j.de no.oper.nunt. & illa.l.nominatio-
nū. poſſet intelligi ꝙ ſufficit duas partes eſſe pręſen-
tes, qñ ſcilicet vocati fuiſſent abſentes, niſi ꝯſuetudo
aliud haberet: & hr̃ in l.minime.ff.de legi.& ſ.de cō
ſue.cum dilectus. ¶ In glo. fi.ibi: & licitas conſuetu-
17 dines.& ſic vult gl.ꝙ † nō extendit̃ ad illicitas in du-
bio, nec illicita ſtatuta ſi illa gñaliter ſunt iurata.&
de hoc eſt caſus expreſſus in c.j. de iureiur.in vj. qđ
eſt notandū de ptātibus, & rectoribus qui quotidie
iurant ſimpliciter, & in genere ſeruare ſtatuta. nam
tale iuſm reſtringitur ad licita. & nullatenus exten-
ditur ad illicita. & idem ſi iurauit ſeruare conſuetu-
dines ciuitatis, vel eccleſię, idem reſtringitur ad lici-
tas non autem extenditur ad illicitas. tranſgreſſor.
aūt cōſuetudinis licitæ vr̃ peccare, & puniēdus, ſicut
tranſgreſſor iuris in c.in his.vt xj.diſt. ¶ In eadē glo.
ibi: ſtatim ſunt periuri intellige lato ſumpto vocabu-
lo: quia iurauit, quod debet. facit, quod dixi in nota-
18 bilibus. Et no.benè tex.cum glo. ꝙ † ſaltem ex cauſa
vr̃ eſſe licitum venire contra conſuetudinē iuratā. de
quo per glo.in d.c.in his.xj.diſt. & dicit hic do. Flo.
ꝙ differentia eſt, an iuretur conſtitutio, an cōtēta in
ipſa conſtitutione. de quo remittit ad notata p eū.ſ.
de pben. dilecto. Et plus hic non dicit propter præ-
dicta Ioan.An.reuocat in dubium, & ſimiliter domi.
Anto.& do.Pe poſt eos, quid ſi ſtatutum aliquod eſt
iuratum, an capitulum poterit venire contra eum ſi-
ne pœna periurij. Glo.Ioan.tangit in d.c.in his.xj.di
ſtin.vbi gloſ. vr̃ velle ꝙ ex cauſa poterit venire cōtra
tale ſtatutum. ſed ipſe idem Ioan. in c.cum omnes.
ſ.de conſti.ſimpliciter, & indiſtinctè dixit cōtra ſta-
tutum iuratum poſſe venire: vt refert.hic Ioan. And.
licèt domi.Ant. aliter referat dicta Inno. ſed vr̃ hic
melius tuliſſe Io.An.& Io.Mona.& Archi.In c.vno.
de cleri.non reſi.in vj.tenent ſtatutum iuratum, vel
conſuetudinem iuratum non poſſe in melius refor-
mari per capitulum propria autoritate. allegant, qđ
hr̃ de iureiuran.ſi vero.& c.venerabilem.de elec.di-
cunt tñ ꝙ conſuetudine hoc poſſet per notata in di-
cto c.in his.Ioan.An.hic concludit, ꝙ communiter
tenetur ꝙ fienda ſit differentia: an ſimpliciter fuerit
ſtatutum iuratum per ipſos de capitulo, ſeu de vni-
uerſitate. An vero fuerit ſtatutum iuratum, & etiam
id quod continetur in ſtatuto. Nam primo caſu dicit
communiter teneri, ꝙ ſi ſtante ſtatuto aliquid fiat
contra ſtatutum: tunc contrafacientes ſunt periuri.
19 ¶ † An autem actus factus contra ipſum ſtatutū iura
tum.& ſic contra iuramentum teneat, licèt contra-
facientes ſint periuri. An vero ſit nullus tetigit Inno.
in c.dilecto.ſ.de pben.& Io.An.poſt eum: vbi etiam
per do.Anto.& dom. Flo.& ibi plenariè dixi de hoc
articulo. Si autem capitulum, vel vniuerſitas reuo-
cat ſtatutum, quod dicit poſſe reuocari ex mera vo-
luntate ipſorum ſtatuentiū: ſi a ptāte eorū pēdebat
facere ſtatutum. facit qđ hr̃.j.de re.iur.omnis res.&
in l.nihil tam naturale.ff. de reg.iur. tunc dicit, ꝙ li-
cèt poſtea faciat contra ipſum ſtatutū nō ſunt piuri
ex quo ſtatutum fuit ſublatū: quia ex quo iuratum
fuit ſeruare ſtatutū intelligit̃ ſcđm eū, donec duret
ipſum ſtatutum. & ſic ſublato ſtatuto amplius non
obligabit iuīm. pro quo allegat in ſimili, quod hr̃ in
c.venerabilē.ad finē.ſ.de elec.& j.de cenſi.ſignifica
uit.vbi patet. ꝙ iuīm præſtitum alicui ratione digni
tatis finita dignitate non obligat ipſum iurantē, fate
tur tñ ꝙ illi qui volunt caute agere, qñ faciunt ipſum
ſtatutū, & iurant ipſum ſeruare faciunt etiam ad cau
telam ſpeciale ſtatutum, ſeu ſpecialē mentionē ꝙ nō
intendunt, quòd iuramentum præſtitum ſine obſer-
uantia ſtatuti impediat eos quominus poſſint illud
tollere, & immutare ēt ex nuda voluntate. Bar.tñ in

l.omnes populi.in iij.q.principall.in verſi.circa me-
diũ.licèt do.Ant.nec do.Pe.faciat mẽtionẽ,nec etiã
do.Flo.aliter vr̃ dicere. Nam dicit ꝙ ſi ſtatutũ iuratũ
fuit factum cum autoritate ſuperioris,quæ ad id re-
quirebatur,quod tunc non poterunt reuocare illud
ſtatutum:nec etiã eſt veriſimile ꝙ ſuperior velit dare
ptãtem reuocandi ne aperiet viam periurijs.facit qđ
hr̃ in l.j. C. ſi aduerſus vendi. Si autem erat ſtatutũ
ꝙ poterat facere ſine autoritate ſuperioris : tũc dicit
ꝙ erunt periuri ſtatuendo , vel faciendo contrarium.
Sed certè in hoc vltimo verior videtur opi.Ioã. An.
per rationem ſuam , & quia vt ipſe etiam dicit aliàs
eſſet abſurdum, ꝙ multi ſcholares eſſent periuri qui
iurant ſeruare ſtatuta vniuerſitatis : tñ ſi poſtea ſunt
reuocata per vniuerſitatem non ſeruant ipſa ſtatuta
reuocata.& ſic videtur ꝙ iur̃m ſolum obliget donec
duret ſtatutum. Secundo caſu,quando iurant ſerua-
re ſtatutum: & etiam id, quod continetur in ſtatuto:
vt quia faciunt ſtatutum de non recipiendo aliquem
in canonicum, niſi ſit in ſacris, & iurant ipſum ſta-
tutum, & vltra hoc etiam iurant nõ recipere aliquẽ
in canonicum,niſi ſit in ſacris:& tunc dicit , qđ licèt
tollat̃ ſtatutũ non per hoc tollit̃ iur̃m,qđ de ie eſt ꝓ-
ſtitum vltra iur̃m præſtitum de ſeruãdo ſtatutum:&
ideo contraueniens erit periurus ex capite ſcđi iur̃i:
licèt nõ ex capite primi iur̃i. & intellige. ſanè vt hic
dicit do. Ant. & etiam fuit de mente Ioã. And. ꝙ illi
qui iurant incurrunt periuriũ: ſecus ſi non iuraſſent:
licèt eſſent ſurrogati loco illorũ qui iurauerunt:quia
iur̃m eſt perſonale ex parte præſtantis ipſum iur̃m:
& ideo ligat ipſius ſucceſſorem qui non iurauit. vt
legitur,& no.per Io.And.de iureiur. veritatis. & idẽ
multo fortius,qđ.ſ.dixi,qñ iuratur ſtatutum, & etiã
iuratur id, qđ continet̃ in ſtatuto procedit ſi iurarẽt
nõ recipere aliquẽ in canonicũ , niſi ſit in ſacris etiã
remoto ſtatuto.& ſubdit etiã Io.An. quoſdã dicere,
ꝙ perpetuari poteſt ſtatutum, qñ quis per ſe,vel per
ſyndicũ , vel ꝓcuratorẽ ad hoc ſpecialiter conſtitutũ
iurauit non immutare ſtatutũ, quia veniens ꝯ ſtatu-
tũ erit periurus. ſĩr ſi reuocet̃ ſtatutũ ex quo iuraue
runt nõ reuocare. Sed Io. And.dicit ſibi hoc non pla-
cere p.c. veritatis.ſ.de iureiu.cũ ibi no.Sed do. An.
hic dicit, ꝙ verum eſt, ꝙ nõ obligabit̃ ſucceſſor q nõ
iurauit aliqd non ſtatuendo,vel reuocando ſtatutũ.
ꝑ id,qđ hr̃ in d.c.veritatis, & ꝑ ea, q̃ ſuperius dixi.
Sed illi qui iurarũt non reuocare vident̃ eſſe periuri
reuocando, ſicut & qñ iurarũt id qđ continet̃ in ſta-
tuto:& poſtea ꝯ̃faciũt.& hoc ſatis puto fuiſſe de mẽ-
te Io. An.ꝑ c.veritatis.qđ alleg.& ſ̃m hoc vr̃ ꝙ iur̃m
præſtitum de non reuocando ſtatutũ non impediat
reuocationẽ ſtatuti, licèt reuocando quis incurrant
periuriũ.facit qđ no.in ſimili per Ioã.An.in regula,
qđ ſemel.de re.iur.in Mercu.li.vj. vbi concludit, ꝙ
licèt teſtator iurauerit nõ reuocare teſtm̃ tñ potuit
reuocare,quia non potuit ſibi legẽ imponere a qua
nõ licuit diſcedere.l.ſi q̃s in prin.teſtamẽti.de leg.3.
licèt incurrat periurium:ex quo iur̃m poterat ſerua-
ri ſine interitu ſalutis æternæ. Bart. tamen in hoc de
periurio vr̃ aliter dixiſſe in d.l.ſi q̃s in prin.teſtamẽ-
ti.de quo plenè dixi.in c.cum contingat. in materia
iur̃i.ſ.de iureiu.vbi tetigi quæ opi.ſit verior.ꝓ dicto
Io.An.facit,qđ legi.& no.in c.ſi.de ꝓc. in vj.vbi pa
tet ꝙ ꝯſtituens ꝓcuratorẽ iurat nõ reuocare , qđ ni-
hilominus poterit reuocare licèt incurrat ꝑiuriũ , vt
ibi ẽt vr̃ velle gl. & ſic patet ꝙ licèt ſtatuẽtes ꝓmit-
tant,& etiã iurãt nõ reuocare ſtatutũ nihilominꝰ ẽt
poterũt ipſum ſtatutũ reuocare:vr̃ tñ ꝙ incurrũt ꝑiu-
riũ vt prędixi.¶ An aũt, qñ reuocant ſit fienda ſpãlis

mẽtio de ipſa clauſula reuocatoria , vel de ipſo iur̃o
inferius tanget̃.Ex ꝓdictis habes dicta Ioã. An.&
facit etiam quod ipſe no.in Spe.in tit.de iureiur.§.in
ſuper.verſi.q̃d ſi alius.& qđ.ĩ.dicetur.do.Pe.hic trã
ſit cũ Io.An.ſed d.An.hic addidit aliqua,quę tetigit
Pau.in cle.j.de regula.& q̃ etiã tetigit ibi:Io.de Lig.
20 & etiam hic.Vnde aduertẽdũ ꝙ † circa primũ caſum
qñ videlicet illi de capitulo , ſeu de vniuerſitate iu-
rant ſeruare ſtatutum .& ꝯcludit̃ per Ioã. An.ꝙ tunc
ꝯfaciẽtes ſunt periuri, niſi primũ ſtatutum fuerit re-
uocatum.Pau.in cle.ꝓal. limitat hic procedere,qñ
ſingulares de capitulo non capitulariter:ſed ſingula
riter veniunt contra ſtatutũ:quia tunc benè incurrũt
periurium,quia eorũ ꝑtãte illa ſingulariter cõſidera-
ta non pendet tollere ſtatutũ: ſed demum , qñ capi-
tularìter,& collegialiter volũt tollere ſtatutum,ideo
qñ non capitulariter contrauenirũt:q̃a tunc ſtat radix
& eius ꝓhibitio & iur̃m : & ideo tunc contrafaciẽdo
21 incurrũt ꝑiuriũ.An aũt † ſtatutũ ꝯtra ſtatutũ iuratũ ,
vel iur̃m annulletur,ſeu ſit nullũ:an vero valeat,ſeu
contrafaciens ſit periurus tetigit Pau. in d.cle.j:reci-
tando opi.& præcipuè diſtinguentium inter factum
ſpirituale,& non ſpirituale de quibus plenè in d. c.
dilecto. ſ. de præben. finaliter ibi ſequitur opi.Ioan.
An.licèt Archi. in c.omne qđ.xxij.q.j. videatur ſeq
prædictam diſtinctionem quæ originaliter fuiſſe vr̃
Inno.in d.c.dilecta.ſuper quo recurrendum ad ea,q̃
plenè dixi in c.dilecto.Si autem collegiũ,vel capitu
lum collegialiter veniat contra ſtatutum. tunc dicit
Pau.in loco ꝓal.ꝙ licèt expreſſe non reuocent ſtatu-
tum:tñ tacitè intelliguntur reuocare faciendo col-
legialiter contra ipſum ſtatutũ. per id , qđ hr̃ in d.c.
cum acceſſiſſent.& d.c.cum M.Ferrarien.ſ.de con-
ſti.& c.ꝓ illorum.ſ.de ꝓben.& iõ non incurrũt ꝑiu-
riũ,ſicut nõ incurrũt,qñ expreſſe reuocãt:vt eſt dictũ
cum [illegible]ſſi , & taciti eadem debet eſſe conditio.ꝑ
id,quod hr̃ in l.cum quid.ſi cer.petat. & hoc allega.
quia ſi ſicut expreſſe reuocato ſtatuto conſecutiuè
intelligitur ſublatum iur̃m.& ita etiam vr̃ dicendum
qñ tacitè tollitur ſtatutũ. & ꝓ hoc etiã allegat, quia
in momento in quo collegialiter ꝯtrafaciunt ex cõi
ꝯſenſu tacitè tollitur ſtatutum: vt patet ex iuribus.ſ.
allega.ergo eodem tp̃e,ſeu eodẽ momento nõ poſ-
ſunt habere locum tam contrarij effectus videlicet ꝙ
tollatur ſtatutũ, & ex ꝙ ipſo.& eodem facto in eodẽ
momẽto ſequat̃ effectus ſtatuti, & ſit periuriũ cũ in
eodẽ inſtanti, idẽ nõ dẽat eſſe cauſa diuerſorũ ꝯtra-
riorũ,& ſic remotionis ſtatuti , & periurij. facit ꝙ hr̃
in c.maiores.ver.ſed adhuc .ĩ.de baptiſ.& qđ notat̃
per gl.in c.j.lvij.diſ.& ſ̃m eum qđ no. Inno.in c.ꝓte-
rea.el.ij.ſ.de appel.vbi concludit , qđ ſi ſuperior di-
cit excommunico te ſi elegeris, ꝙ electio erit nulla
ſi deueniatur ad actũ electionis quaſi facta ſit ab ex-
cõicato. facit ꝙ hr̃ in c.cũ dilectus.ſ.de cõſuetu.q̃a
ſ̃m eum ,licèt in eodem inſtanti videatur concurrere
electio,& excõicatio tñ ex ordine intellectus ꝓſumi
tur actũ excõicationis ꝓceſſiſſe : q̃a gladius ſpiritua-
lis omni alio gladio ſ̃m Inn.eſt penetrabilior: vt ele
gãter ibi dicit,quia rñdet Pau.qđ ibi ſunt duo actus
ꝯcurrẽtes in eodẽ momẽto. ſ.electio. & excõicatio:
ſed hic eſt vnicus actus.ſ. contrauentionis ꝯtra ſtatu
tũ q ĩ eodẽ momẽto dẽt operari ꝯtrarios effectus: vt
ſuperius eſt dictũ.& ſic reſidet Pau.in ꝓalle. cle.Do:
Ant.vero hic volens ſubtiliter conſiderare iſtum ar-
ticulum dicit:ꝙ iſta quæſtio eſt de puncto,ſicut in ſi-
mili habent Lgiſtæ in l.Aretuſa.ff.de ſta.hom.cũ ibi
notatis.ꝑ doct.& ideo ſubtilis ſ̃m eũ,& pro tanto di
cit ꝙ minutatim hẽmus diſtinguere momẽta.vñ ſ̃m
eum

cum,cũ punctus quæſtionis pendet in hoc a quo mo
mento facti pendeat remotio ſtatuti: an videlicet,ab
ipſa p̄paratione faciendi contra ipſum ſtatutũ. An a
facto,dum eſt in fieri,an vero in facto, dũ eſt in per-
fecto eſſe:& ſic qñ eſt contrauentio. Si dicat̃ ꝙ remo
tio ſtatuti pendet a p̄paratione facti, vel contrauẽtio
nis contra ſtatutum,tunc ſcd̃m Pau.diceret verum,ꝙ
primo reperiret̃ ſublatum tacitè ſtatutũ anteq̃ eſſet
contra factũ:& ideo non incurrererẽt periurium. Vn
de vr̃ idẽ dicendum.Si dicat̃ ꝙ ſurgat a fine facti con
trauentionis,dum eſt in fieri:quia eadẽ eſt ratio.Si au
tem dicatur,vel ꝯdictionis, ꝙ ſurgat a fine facti con-
trauentionis,vel contra ſtatutum,& ſic ab ipſa perfe
ctione contrauentionis,qđ vr̃ eſſe verius ſcd̃m eum:
quia ipſi canonici ante perfectũ actũ contradictionis
poſſunt pœnitere, & ſic ꝯñr non tolleretur ſtatutum.
facit, qđ hr̃ in ſimili in l.qui falſum.ff.de fal.& quia
vr̃ in dubio intelligendum de facto,cum effectu.arg.
eorum,q̃ hñr in c.relatum.de cle.non reſi.& ff.quod
quiſq; iuris.l.iij.§.hęc verba.canonizata.de pœ.diſt.
j.§.hoc aũt.& ſ̃m eum magis dubium. An procedat
dictũ Pau.Vnde dicit,ꝙ hæc p̄ſuppoſitio, ꝙ remotio
ſtatuti tacitè ſurgat ſine facti contrauentione, & ſic
a facto perfecto ipſius contrauentionis oportet ſuc-
ceſſiuè videre a quo ſurget periurium,an a p̄paratio
ne facti contrauentionis: an vero a proſecutione ip-
ſius facti contrauentionis,& in hoc concludit ꝙ q̃tũ
ad Deum vr̃ pro conſtanti ponendũ,ꝙ ſurgat a prępa
ratione,vel ꝓſecutione ipſius facti: qa iam in animo
ſuo firmauerũt facere ꝯtra id qđ eſt iuratum:& iõ cũ
remotio ſtatuti ſurgat a fine facti,vt eſt dictũ,& piu-
rium a principio ipſius facti:tunc prius eſſet periuriũ
q̃ eſſet ſublatum ſtatutum. Si autem haberemus,qñ
incurratur periurium quo ad forum contentioſum,
& qñ ſurgat ipſum periurium quo ad dictum forum:
& tunc dicit,ꝙ credit, qđ a fine facti cõtrauentionis
ſurgat periurium:& ſic reperietur ꝙ in eodẽ puncto,
ſeu momento concurrit remotio ſtatuti, & incurſio
periurij: ideo tunc eſt conſiderandũ ſcd̃m eum, ꝙ in
ordine p̄dictorum intellectus p̄cedit,ſeu intelligatur
præcedere,& concludit, ꝙ prius intelligatur præce-
dere periuriũ,q̃ remotio ſtatuti. Mouetur in effectu
per id,qđ no.Inno.in c.præterea.ij.s̃.de appel.& fa-
cit,qđ no.de ſen.excom.venerabilibus.in vj.nã vin-
culum iur̃i eſt vinculũ Dei & hominis. & ſic eſt vin-
culũ ſp̃uale: ſed remotio ſtatuti eſt ſimpliciter actus
hominis.¶ In iſtis autem actibus Dei, ſeu ſpirituali-
bus vr̃ ꝙ ſint pęnetrabiliores,q̃ ſint actus hominum,
& velociores:vt voluit Inn.in d.c.p̄terea.& etiã.s̃.te
tigi.& ideo per prius vr̃ ſurgere ex ordine intellect⁹,
q̃ remotio ſtatuti.ſequens autem remotio non tollit
periurium p̄cedens, vt de ſe patet. ¶ Item ſcđo pro
hoc allegat e:qa ex contrauentione ſtatuti ꝓ hoc, vt
factũ contrauentionis eſt perfectũ, cũ verba debeant
intelligi cũ effectu,de cle.non reſi.relatũ.vr̃ ꝙ ſtatim
ſurgat periurium ex contrauentione facta contra ſta
tutũ,& iur̃m,& ſucceſſiuè remotio ſtatuti,& ſic poſt
actum perfectum cõtrauẽtionis vr̃ ſurgere immedia
tus actus periurij, & ſucceſſiuè mediatus actus remo
tionis ſtatuti.& ſic vr̃ ꝙ actus periurij tanq̃ actus im
mediatus p̄cedat ipſam remotionẽ ſtatuti tanq̃ ipſũ
actum mediatum,& nõ immediatũ Et ex p̄dictis cõ
22 cludit ꝙ † venientes ꝯtra ſtatutum,licèt veniant col-
legialiter ex cõi ꝯſenſu erũt periurij, ſi expreſſe pri⁹
ſtatutum non fuit ſublatum,licèt diu in d.cle.j.dicat
oppoſitum.Io.tñ de Lig.in præal.cle. vr̃ tenere idẽ ꝙ
d.Ant.& p̄cipuè per no.per Inn.in d.c.p̄terea.Si aũt
ſtatutũ prius expreſſe fuiſſet ſublatũ.tunc clarũ eſt ꝙ

non incurreret periurium:per ea quæ.s̃.dixi per Ioã.
An.& ſic trãſit hic d.Ant.cum limitatione tñ de qua.
j̃.dicã.Sed dom.Flo.in c.dilecto.s̃.de p̄ben.vr̃ tenere
opi.Pau.& cum illa ibi tranſit, & cũ ipſa ẽt ibi tran-
ſiui.Vnde aduerte,quia vr̃ opi.Pau. verior de iure ex
23 eo † quia ex quo ipſi canonici collegialiter congrega
ti poſſent expreſſe tollere ſtatutũ:ita etiam vr̃ ꝙ taci-
te collegialiter veniendo contra ſtatutum intelligan
tur tacite ipſum ſtatutum reuocare.& ꝯñr ꝙ non ha-
beat locum pœna periurij.nam cũ incurrerent periu
rium,& pœnam periurij, ſi non intelligerentur tacite
reuocare ſtatutum in dubio debẽt veriſimiliter intel-
ligi,ꝙ intelligatur tacitè voluiſſe reuocare ſtatutũ ne
incurrant pœnam periurij.arg.l.merito.ff.pro ſocio.
& eius qđ hr̃ in l.illud.ff.de acq.hære. vbi ille qui re
pudiat hæreditatẽ ab inteſtato, cũ eſſet ſibi delata ex
teſtamento:vnde quia non poterat repudiare ab inte
ſtato,quia taliter non erat ſibi delata,niſi prius repu-
diaret ex teſtamento,tacite ex ordine intellectus in-
telligitur prius repudiare ex teſtamento repudiatio-
ne facta ab inteſtato. Sic igitur dicunt in propoſito,
ꝙ ex quo canonici poterãt expreſſe tollere ſtatutum,
& ꝯñr euitare periurium: quia iur̃m non obligat niſi
durante ſtatuto:vt dixi.s̃.poſt Io.And.ita vr̃ ꝙ colle-
gialiter veniendo contra ſtatutum tacitè,& per prius
ex ordine intellectus intelligãtur ſuſtuliſſe ſtatutũ,
ne aliàs incurrerent periurium.Et per p̄dicta põt rñ-
deri ad rationes.d.Ant.& Io.de Lig. qa illud qđ no.
Inn.in d.c.p̄terea.loquitur qñ erant duo actus diuer
24 ſarũ ꝑſonarũ:quia dixit † iudex,ſeu ſuperior: excõi-
co te ſi elegeris:nam ſi poſtea eligis iſto caſu incurris
excõicationẽ, & ſic electio non valebit tanq̃ facta ab
excõicato: quia actus excõicationis eſt tanq̃ gladius
ſpiritualis.& ꝯñr penetrabilior,& velocior intellige-
tur p̄ceſſiſſe actũ electionis.hic aũt eſt vnicus actus.ſ.
contrauentionis contra ſtatutum qui pendebat a po
teſtate contrauentionis,ſi intendebat per prius tolle-
re ſtatutum.ideo nimirum, ex quo pendebat a ptãte
eorũ tollere ſtatutum, ſi per talem actum ꝯtrauentio
nis intelligatur tacite per prius ſuſtuliſſe ſtatutum,ſi-
cut potuiſſent expreſſe,ne aliàs incurrãt pœnã periu-
rij.ar.eorum,quæ hñr in d.l.merito.& præal.l.illud.
& pro prædictis ẽt facit:quia mens excõicati facit im
pedire actũ electionis,& ꝯñr velle ꝙ excõicatio p̄ce-
dat actũ electionis: qa aľs excõicationẽ ſequẽtẽ actũ
electionis non tolleret̃ electio p̄ambula. & ſic veriſi-
militer mens excõicantis fuit in volendo, ꝙ p̄cedat
ipſa excõicatio actum electionis,quæ habet regulari
ſ̃m mentem ipſius excõicantis: non ſcd̃m mentẽ ip-
ſius eligentis,& facientis cõtra excõicationẽ,cum id
non pendeat ab ipſius ptãte,ſed in caſu ꝓpoſito agit̃
de actu conuentionis pendente a ptãte ipſorũ cõtra-
uenientiũ:qa veriſimiliter intelligi debẽt ipſam ꝯuẽ-
tionẽ velle taliter facere, ꝙ nõ incurrant pœnã periu
rij,ex quo hoc pñt.ar.d.l.merito.& d.l.illud. & facit
25 qđ j̃.dicet̃.¶ †Circa ſ̃m qñ iurãt ſeruare ſtatuta,& id
qđ ꝯtinet̃ in ſtatutis, cõiter tenet̃,ꝙ licèt tollat̃ ſtatu
tũ, tñ ſcd̃m vim ipſius iur̃i incurrunt periurium con
trauenĩẽdo.Io.tñ de Lig.in d.cle.j.tenuit ꝯtriũ dicẽs,
ꝙ qñ iurant ſtatuta,& contenta in ſtatuto, vr̃ ꝙ caſſa
to,& remoto ſtatuto non ligentur ad periuriũ etiã ex
vi ſecundi iur̃i:quia non vñr principaliter iurare cõ-
tenta in ſtatuto:ſed cõſecutiuè,& ſic acceſſoriè ad ip
ſum ſtatutum per id qđ no.Inn.in ſimili in c.venera-
bilis.s̃.de exce.vbi concludit,ꝙ producens inſtr̃m vr̃
approbare,& confiteri contenta in ipſo inſtrumento
conſuetudinę ad ipſum inſtr̃m. ideo caſſato inſtr̃o
nõ præiudicabit ſibi confeſſio prædicta.Et ſic eodem

modo in propoſito vr̃ ꝙ ex quò iurando ſeruare contenta in ſtatuto habeāt reſpectū ad ſtatutū, intelligaẽ tale iuſm, donec durat ſtatutū. & plures vr̃ velle Ioã. de Lig. dixi. ſ. in c. ↄſtitutus. ſ. de reſcri. ꝙ ſi iuraui ſeruare ſtatuta, & contenta in ſtatuto, & ẽt expreſſe iuraui id, qđ continẽ in ſtatuto non faciendo mentionẽ de ſtatuto, qđ ſi incontinenti fit poſt iuſm præſtitum ſuper ſtatuo, & ſuper contentis in ſtatuto, ꝙ tũc tale iuſm nõ ligabit ſublato ſtatuto: quia ex quò incontinenti fit, vr̃ intelligendū ſm ꝓcedẽtia. ar. l. lecta. ver. dicebã. ff. ſi cer. peta. ſecus qñ ex interuallo iuraẽ id, qđ continẽ in ſtatuto non facta mẽtione ſtatuti: qa tunc tale iuramentū ligabit etiã ſublato ſtatuto, & ſic intelligaẽ dictū Ioan. An. & id qđ cõiter tenent doc. Sed aduerte, qa vt hic tangit do. Ant. vr̃ ꝙ dictū Io. An. qđ eſt cõe dictū doc. poſſit ſaluari: qa ſi canonici iurant ſeruare ſtatuta. & iurant ẽt ſeruare contẽta in ſtatuto conſiderato, ꝙ primū iuſm obligabat ſolū donec duraret ſtatutū: ſi eodẽ modo intelligamus ſm illud, ſcđm nil adderet ad primū: & ſic eſſet ſuperfluū, & nugatorium, ꝙ in dubio nõ debemus ꝓſumere: imo potiꝰ interpretari, qđ alqđ opereẽ. ar. l. ſi qñ. de leg. j. & decre. ſi Papa. de priuil. in vj. Item ex quo eſſet ſuperfluū, & nugatoriū conſequenter induceret peccatum per id, qđ hr̃ in c. & ſi Chriſtus. de iureiu. & ideo vr̃ intelligẽdū ſcđm iuſm, vt aliqd addat ad primū ꝙ voluerunt æquè, & principaliter iurare per ſe contenta in ſtatuto, ſicut & ipſum ſtatutum: & ſic qđ obliget ſcđm ẽt ſublato ſtatuto: nec hẽt obſtare dictum Inn. in d. c. cū venerabilis. quia rñdet do. Ant. ꝙ ibi non eſt peccatū ſi confeſſio ſit nugatoria. ſecus in iuſo. & ideo in dubio dẽt intelligi, vt aliquid addat: vt ſ. dixi. d. tñ Flor. in præal. c. dilecto. tranſit cū dicto Io. de Lig. vt ibi dixi: ſed verior vr̃ opi. do. Ant. vt etiã tetigi in d. c. dilecto. & in præal. c. conſtitutus. de reſcri. ¶ Aduerte tñ, qa vt hic dicit. d. An. Io. An. nõ ꝓdicit expreſſe, qñ iurant ſtatuta, & contenta in eo: ſed loquiẽ, qñ iurant ſtatuta. & etiã iurant id qđ cõtineẽ in ſtatuto: & ſic põt intelligi, qñ iurant ſeruare id qđ continẽ in ſtatuto non facta mẽtione ſtatuti. quo caſu vr̃ ꝙ ex vi ſecundi iuſi obligentur ad periuriū cõtraueniendo ẽt ſublato ſtatuto. & idem vr̃ dicẽdum, qñ iuraſſent ſtatuta: & etiã contenta in ſtatuto etiam caſſato ſtatuto: quia tunc ceſſaret ratio Io. de Lig. ex quo apparet de mente iurantium: vbi aũt non præcederet iuſm de ſeruando ſtatuta: ſed ſimpliciter iurarent ſeruare contenta in ſtatuto, & aliud iuſm non ꝓſtarent: vrꝙ tunc poſſit procedere opi. Io. de Lig. quia tunc ceſſat ratio do. Ant. ex quo aliud iuſm non pręcedit. facit, quod dixi in d. c. dilecto. & in c. conſtitutus. & omnia quæ dixi. ſ. do. Ant. hic ſequendo dictã ſua limitat illa dicens, ꝙ procedunt, qñ iuſm concernit vtilitatem alterius, vel pietatem, vel Dei reuerentiam, & ſibi placitū: quia tunc canonici nõ pñt ſe abſoluere a iuſo, cū principaliter concernat vtilitatẽ alterius ſm no. in c. ꝓterea. a. j. de ſponſ. & in Spe. de iureiu. §. j. ver. quid ſi aliquis. & in ti. de leg. §. nunc oſtẽdendum. ver. hoc quoq;. ſecus dicit ſi iuſm concerneret ſolum vtilitatem priuatã in vniuerſitate, ſeu ipſorum canonicorū: quia tũc dicit ꝙ reiecta omni diſtinctione de qua. ſ. dixi. & ſic ſiue iurauerunt ſolum ipſa ſtatuta ſeruare, ſiue iurauerunt ſtatuta, & contenta in ſtatuto: vel id qđ continẽ in ipſo ſtatuto etiam non facta mentione ſtatuti: vel iurauerũt ſeruare cõtenta in ſtatuto etiam caſſato ſtatuto eodem momento quo vniuerſitas, ſeu ipſum capitulum deliberat venire contra ipſum ſtatutū videretur ſibi remittere iuramentū, qđ põt ex quo ſolum concernit vtilitatem ipſorum, per id qđ hr̃ in c. ꝓterea. in locis ſuperius allegatis: ideo tunc non curant periurium committẽdo non ex ſublatione ſtatuti: vt voluit Pau. ſcđm eũ: ſed ex remiſſione, & abſolutione iuſi pro quo allegat: qa ſi duo iuraſſent ſe accipere in vxorẽ, & iurant & demum de cõi concordia poſtea quilibet ↄtrahit cum alio in illo inſtãti videẽtur ſe abſoluere a iuſo: & ſic eodem modo in propoſito videtur, ꝙ ſit ꝓſumẽdum ſcđm eum, qđ velit ſe abſoluere, nam eum poſſint ſe abſoluere, vt eſt dictū vr̃ ꝙ veriſimile eſt, ꝙ velint ſe abſoluere, ne aliàs incurrant delictum periurij. facit licèt nõ alleget, qđ hr̃ in d. l. merito. ff. pro ſocio. Et not. benè iſtam rationẽ, quia optime facit ad id, quod dixi. ſ. ſuſtinendo opinionem Pau. quia dato ꝙ non poſſint ſe principaliter abſoluere a iuſo, qñ iurarunt ſeruare ſtatuta: tñ quia intelliguntẽ iuraſſe ſeruare donec durent ipſa ſtatuta: vt ſuperius dictum fuit, & ſic expreſſe tollendo ſtatuta in cõſequẽtiã poterunt tollere iuſm, ſeu facere ꝙ non haberet locū: & ideo vr̃ ꝙ ex quo poterunt euitare periurium expreſſe reuocando ſtatutum: ita vr̃ ꝙ collegialiter contraueniendo tacitè intelligantur ſuſtuliſſe ſtatutū, ne incurrant pœnam periurij, ex quo ab eorum poteſtate pendebat reuocatio ſtatuti eadem debet eſſe conditio. l. cum quid. ff. ſi cer. pet. ¶ Et aduerte: quia canonici, vt ſinguli iurant ipſi capitulo, vel recipienti vicẽ capituli, non autem intelligitur ipſum capitulum iurare: quia capitulũ, ſicut & alia vniuerſitas eſt quędam perſona ficta, & repreſentata a iure. c. Romana. §. in vniuerſitatem. de ſenten. excom. in vj. & ſic caret anima. facit, quod hr̃ in l. mortuo. ff. de fideiuſ. & iõ vr̃ ꝙ qñ iuſm reſpicit vtilitatem capituli, quòd tunc capitulum intelligatur abſoluere, & ſic etiam ſi ſibinuicem præſtitiſſent iuſm tendens ad vtilitatem ipſorum vr̃ ꝙ eodem modo intelligantur ſeinuicem abſoluere, & ſic poteſt intelligi, quod ſuperius dixi poſt do. Ant. per ꝓdicta põt inferri: licèt doc. non ſic declarent quæ potuerit eſſe ratio, ꝙ licèt ſtatutum ſit iuratum per illos de capitulo: tñ poteſt tolli per capitulū: nam ſi ratio eſſe poteſt, quia vt dixi. ſ. iurant. vt ſinguli, & non vt capitulum. & ideo nimirum, ſi iuſm non impedit, quominus ipſi tanq̃ capitulum collegialiter congregati poſſint tollere ſtatutum, & ſic vr̃ ꝙ iuſm liget quandiu duret ſtatutum, & nõ vltra, qñ ſimpliciter iurauerunt ſeruare ſtatutum: vt ſuperius dixi. & etiam voluit Io. An. hic: vt ſ. recitaui. ¶ Item etiã aduerte, quia ſtatutum tendat ad vtilitatem tertij, ſi ſit iuratum non poteſt reuocari per ſtatuentes: quia nõ

26 impeditur reuocatio virtute iuramenti. quia ligat ſolum donec durat ſtatutum, vt eſt dictum, nec etiam impeditur reuocatio: licèt tendat ad ꝓiudicium tertij, qñ aliquid ad vtilitatem tertij per viam ſtatuti poteſt etiam eodem modo reuocari per viam ſtatuti: qa non poſſunt ſibi legem imponere. a qua nõ liceat diſcedere. ff. de leg. iij. l. ſi quis in principio teſtamenti. Quod intellige verum niſi ſtatutum trãſiuiſſet in contractum: quia tunc non poſſet reuocari in pręiudicium tertij, per id, quod legitur, & nota. in l. qđ ſemel. ff. de decre. ab ordi. facien. maximè per Bar. & per eundem in materia ſtatutorum in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. ¶ Item etiam aduerte inquantum dom. Ant. facit dñam inter forum Dei, & forum contentioſum quo ad pęnam periurij non vr̃ bene dicere. Imo vtrobiq; vr̃ idem dicendum videlicet, ꝙ non incurrat periurium etiam quo ad Deum, nedum quo ad forum contentioſum, niſi ex facto contrauentionis: nam licèt deliberent, & firment in animo venire contra id qđ eſt iuratum; licèt propter talem malã voluntatem peccent,

peccent,& ꝯñr pro illa veniãt puniendi quo ad Deũ
qui etiam malas cogitationes punit.vt leg.& not.de
pę.diſt.j.§.cogitationis.& facit,qđ leg.& no.ĩ c.j.de
eo qui mit.in poſſeſ.& in palea teſtĩn.iij.diſt. tñ non
poteſt dici,ꝙ incurrant periurium, niſi qñ contraue-
niunt. & ſic ex facto contrauentionis : quia tunc ve-
niunt contra iuſm,& non ante:& ideo tunc ſolum vi
dentur incurrere periurium etiam quo ad Deũ , ne-
dum quo ad forum contentioſum ẽt per ea q̃.ſ̄.dicta
27 ſunt patet.¶†Quid iuris,qñ quis iurat ſeruare ſtatu-
tum etiam ſublato ſtatuto,& etiam illud qđ cõtineť
in ſtatuto. Nam dicit.d.Ant.ꝙ ſi ſtatutum concernat
vtilitatem aliam,q̃ ipſorum propriam ſtatuentiũ , &
iurantium non poterunt ſe abſoluere , ſecus qñ con-
cernat vtilitatem priuatam ipſorũ, per id qđ.ſ̄.dixi .
Cõmuniter tñ vt dixit d.Flo.in d.c.dilecto.ad caute
lam petunt abſolutionem a ſuperiore,& ſuſpendunt
ſtatutum,& ſic ſæpe ſeruant doc.collegij. ¶An autẽ
de iure ſit neceſſarium, ꝙ abſolutionẽ a ſuperiore pe
tant,ſatis patere poteſt ex ſupradictis.Quid autem ſi
apponant clauſulam,ꝙ non poſſit tolli ſtatutum , an
nihilominus poterit tolli ſaltem quando fuerit iura-
tum,Io.An.hic tangit do.Ant.aliquid tangit de ma-
teria in addi.Spe.in ti.de iurciu.§.j.ver.quid ſi aliqs.
vbi allegat pro,& contra.& nihil concludit.Sed do.
Ant.hic dicit dici poſſe:vt ſ̄.eſt tactum.quia poterũt
tollere illam clauſulam, ſi ſolũ vtilitatem eorum re-
ſpiciat.ar.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de lega.
iij. aliàs non poſſet tollere , quin incurrerent periu-
rium ſcđm eum.ſed vt dixi,ſi reſpiciat ſolum vtilita-
tem ipſorum bene poterunt tollere.quia videntur ex
mente,& ordine intellectus ſe abſoluere a iuſo.Nec
obſt.ſm eum, ꝙ iuramẽtum habeat vim clauſulæ de-
rogatoriæ:quia rñdet , ꝙ id procedit quo ad vtilitatẽ
actus:ſed non quo ad illaqueandum ad periuriũ pro-
pter præſumptionem volendi delinquere. facit.l.me
rito.ff.pro ſocio.& per prædicta etiam dicit , ꝙ ſi iu-
rant ſtatutum,& promittant non cõtrauenire,nec il-
lud reuocare.& ſic etiã iurãſt, ꝙ non poterunt illud
tollere,ſeu reuocare, ſi concernat fauorm alterius:ſe
cus ſi concernit fauorem iurãtium: quia pñt ſibijpſis
remittere iuramentũ.¶Et per prædicta etiam patere
poteſt,qñ apponitur clauſula,qđ non poſſit tolli,vel
reuocari ſtatutum de quo tangit Io.An.in addi.prędi
cta:& vt dixi nihil concludit:licèt alleget pro,& con
tra.Sed d.Ant.dicit, ꝙ ſi clauſula concernit fauorem
ipſorum poterunt ab illa reſilire, & illam reuocare.
per id,quod hŕ in d.l.ſi quis in princ. quia in talibus
non vŕ ſibi legem imponere a qua non licet diſcede-
re.vt ibi.ſecus ſi concernat fauorem alterius . arg.co-
rum,quæ habent in c.ſi diligenti.de for.compe.& in
d.c.præterea. quid aũt ſi contra fiat clauſula nõ reuo
cata,an tenebit contra factum.ponit duas opin.Vna
eſt , ꝙ teneat ex quo aliter non apparet oppoſitũ de-
cretum.faciat,licèt nõ alleget,quod hŕ in c.dilecto .
ſ̄.de præb.Secunda eſt ꝙ actus non valeat,q̃a non vŕ
eſſe de mente eorum velle recedere a ſtatuto,ſi non
faciant mẽtionem de clauſula derogatoria.per id qđ
hŕ in d.l.ſi quis in princi.& iſta pars vŕ verior per ibi
no.licèt d.Ant.aliter non declaret hic. Sed aduerte,
quia d.Ant. non vŕ perfectè dixiſſe circa iſtas clauſu
las.nam qñq; apponunt clauſulam,qđ non poſſunt
reuocare.Et iſta vŕ eſſe inualida de iure: q̃a nõ poſ-
ſunt ſibi hanc legem imponere.d.l.ſi quis in princi-
pio teſtamenti.& expreſſe tenuit Bar.ibi.Qñq; appo
nunt clauſulam, ꝙ ſi contingat reuocari ſtatutũ , vel
contrarium ſtatutum fieri non valeat reuocatio , vel
ſtatutum ꝯriũ,niſi certa forma fuerit ſeruata.& tunc
clauſula erit valida:quia per illam vŕ velle derogã-
re reuocationi,& ſtatuto ꝯtrario fiendo. ideo non va
lebit reuocatio per ſtatutum contrarium, niſi fiat mẽ
tio de dicta clauſula.per id qđ hŕ in d.l.ſi quis.& no
tauit Bar.in d.l.omnes populi.in iij.q.principali,ſed
vbi fit mentio de clauſula,vŕ ꝙ poſſit fieri reuocatio,
& ſtatutum contrarium etiam ſi ſtatutum concerne-
ret vtilitatẽ tertij,q̃a vt ſupra dixi, qñ aliquid ſtatuiť
per viam ſtatuti ad vtilitatem tertij põt reuocare ſta-
tutum,niſi trãſiuerit in contractũ, per id qđ hŕ in d.
l.qđ ſemel.& hoc vŕ procedere ẽt ſi ſtatutũ ſimplici-
ter fuerit iuratum,quia tale iuſm non liget , niſi do-
nec duret ſtatutũ.vt ſ̄.dixi.& ſic non incurrerent piu
rium reuocando tale ſtatutum . q̃cq̃d ſenſerit hic d.
Ant.Sed vbi iuraſſent ſeruare ſtatutũ,& etiam id qđ
cõtineť in ſtatuto.bñ eſt verũ,ꝙ ſi reſpicit vtilitatem
alterius,q̃ ipſo.ũ ſtatuentiũ,ꝙ tunc contraueniendo
incurrunt periuriũ:ſaltem ex vi ſecũdi iuſi. & ſic põt
intelligi dictũ do.Ant.Vlterius dicit hic d.Ant.ꝙ in-
quãtum ſuperius eſt dictũ, ꝙ ſublato ſtatuto expreſ-
ſe tollitur in ꝯñtiam etiam iuſm,qđ liget quãdiu du
ret ſtatutum:limitat hoc eſſe verum,qñ ſtatutum tol-
litur per illos ſtatuentes,& iurantes.ſecus dicit,ſi tol
latur per ſuperiorẽ:quia nihilominus durabit iuſm .
& de hoc dicit eſſe gl.valde notabilem, & ſingularẽ:
& quæ non eſt alibi ſcđm eum in c. cum deceat . de
elect.libr.vj.in verbo effectus.& eſt ratio diuerſitatis
ſcđm eum:quia qñ ſtatutũ tolliť a ſuperiore,licèt tol
latur quo ad vinculum poſitiuum remanet obligatio
naturalis ex conſenſu,ſeu ꝑpter conſenſum ſtatuen
tium fundamento ipſius iuſi,ideo tũc durabit iuſm.
facit,q̃đ not.Inn.in d.c.cũ venerabilis. de exceptio.
quæ ratio ceſſat, qñ tolliť ſtatutũ ex conſenſu ſtatuẽ
tiũ : quia nihil remanet fundamenti habentis ſuſtine
re iuſm. Nec ob.ſi dicatur,ꝙ iuſm habet conditionẽ
in ſe quandiu durat ſtatutum , & ſic non vŕ obligari
ſublato ſtatuto etiam per ſuperiorem . quia rñdet,ꝙ
quãdo tollitur per ſuperiorem durat ſtatutũ quo ad
obligationem naturalẽ ſtatuti.& ſic reſidet.¶No.be
ne dictum do.Ant.cñ gl.pręal.& rationem diuerſita-
tis,quã aſſignat inter caſum, qñ ſtatutũ tolliť ꝑ ipſos
ſtatuentes:& caſum,qñ tollitur ꝑ ſuperiorẽ.Sed ad-
uerte,quia poſſet etiam dici,ꝙ c.cũ non deceat.cum
ſua gl.loquatur,qñ non tolliť ex toto ſtatutũ,ſed ſo-
lum in certo caſu per ipſum ſuperiorẽ. ideo tũc pro-
cedat cum non tolliť iuramentũ. Itẽ poſſet dici,ꝙ ibi
non tolliť iuramentum,nec ſtatutũ ex quo ſtatutum
fuit iuratũ,& non fuit facta mentio de iuſo , licèt ſit
facta mentio de ſtatuto,q̃a tunc non vŕ eſſe mens ſu
perioris tollere ſtatutum iuſm,qñ non facit mentio-
nem de iuramento,licèt non faciat mẽtionem de ſta
tuto, ſed ſolũ vŕ eſſe mens tollere ſtatutum ſimplex
non iuratum.ad hoc facit,qđ legi.& not.in c.conſti-
tutus ſ̄.de reſcrip.vbi patet,ꝙ qñ Papa mãdat alicui
prouideri non obſtante ſtatuto de certo numero ca-
nonicorũ,non vŕ per hoc velle derogare ſtatuto prę-
dicto,ſi eſt iuratum.& pro hoc,quia veriſimiliter faci
lius tollit vinculũ vnum,q̃ duplex, & ſic vinculũ ſim
plicis ſtatuti,q̃ vinculum ſtatuti,& iuſi:quia duplex
vinculum fortius eſt vno.vt leg.etiam & no.in auth.
itaq;.C.cõia de ſucc. & in corpore vnde ſumitur. &
in c.j.ſ̄.de treu.& pa. ¶Et ex hoc reſultat alius intel-
lectus ad d.c.cum nõ deceat.quẽ poſuit ibi gl.q̃a gl.
ibi vult,ꝙ tollať ſtatutũ,licèt non tollať iuſm.¶Sed
ſcđm ꝑdicta non intelligitur ſublatum ẽt ſtatutũ, ex
28 quo iuratũ,qđ tene mẽti ꝑ itelu.d.c.¶†Vlterius q̃-
ri poteſt , nũquid iuſm habeat vim clauſulę deroga-
toriæ.Io.An.in regula,quod ſemel.de reg.iur.libr.vj.
in quæ-

in quæſtione ibi poſita circa fi.tenuit, ꝙ ſic per.l.cũ
pater.§.filius matrem.ff. de lega.ij. & in l. cum quis
codicillis.ff.de lega.iij.& idem Bart. in l.omnes po-
puli.de iuſt.& iure.in iij.q.principali, circa fi.vbi ẽt
tangit.¶Quid ſi ſimul interueniat clauſula deroga-
toria,& iuramentum. Nam ſcd̃m quoſdam tunc, vt
iur̃m aliquid addat non poterit veniri contra actum
habentem clauſulam derogatoriam,& iur̃m, ſed ip-
ſe tenet contrarium.quia non poteſt quis ſibi legem
imponere a qua non liceat diſcedere d.l.ſi q̃s in prin
cipio teſtamenti.ff.de leg.iij.Nec ob.ſi dicat̃, ꝙ iur̃m
tũc nihil addat,quia imo operatur ſ̃m eum , nam ob
timorem,& reuerentiam iur̃i nõ ſic faciliter venitur
contra . & ſcd̃m p̃dicta tenendo,ꝙ iur̃m habeat vim
clauſulæ derogatoriæ vr̃ intelligẽdum id qd̃ notauit
Io.An.hic inquantũ dixit,ꝙ ſi ſtatuẽtes iurent ipſum
ſtatutum,pñt nihilominus reuocare ipſum ſtatutum
non obſtãte iur̃o:quia iur̃m intelligitur obligare,do-
nec duret ſtatutũ,qd̃ erit intelligendum, dũmodo re
uocando ſtatutum faciat mentionem de iur̃o . & ſic
de clauſula derogatoria.ipſe tñ hoc hic nõ dicit, ſed
ſimpliciter dicit ſtatutũ poſſe reuocari, licèt fuerit iu
ratũ.¶Aduerte tñ,q̃a d.Ant.hic vr̃ velle vt ſuperius
tetigi,ꝙ iur̃m habeat vim quo ad validitatem actus ,
ſed nõ ſimpliciter habeat vim clauſulæ derogatoriꝙ.
& ideo voluit,ꝙ qñ ſtatutum iuratum reſpicit fauorẽ
ſeu vtilitatem ſtatuentiũ,ꝙ tunc veniendo collegiali
ter contra ſtatutum videantur ſe abſoluere a iur̃o,li-
cèt aliter non faciant mentionem de iur̃o : quia non
vñr velle ſe illaqueare ad periuriũ , & etiam ſatis ꝓ-
babiliter vr̃ poſſe ſuſtineri , ꝙ iur̃m operetur quo ad
validitatem actus,vt ſi vno modo quo celebratus eſt.
non valeat,& poſſit valere alio modo,ſi pręſtitum ſit
iur̃m operetur ꝙ valeat actus eo modo quo põt va-
lere.& ſic vr̃ ꝙ habeat vim clauſulæ,ꝙ ſi non valet a-
ctus,vt geritur,valeat,vt valere poteſt . vnde actus q̃
non valebat vt teſtamẽtum,valuit vt codicillus,ſi ta-
liter valere põt , ſi interuenit iur̃m.& ſic loquit̃ .§.fi-
lius matrem.Item vbi per diſpoſita in teſtamento nõ
probaret̃ debitum ſubeſſe,tñ ſi apponitur iur̃m benè
probabunt.vt patet in pręal.§.codicillis.facit etiã ad
prædicta,qd̃ no.Bar.in l.hi qui.& in l.ſi quis pro eo.
ff.de fideiuſſo. & ſic non videt̃ bene iure probari , ꝙ
iur̃m hñat vim clauſulæ derogatoriæ.tñ vt dixit Ioã.
And.in dicta regula,ꝙ ſemel.& Bar.in d.l.oẽs popu-
li.tenuerunt contrariũ,& ideo tutius eſt,ꝙ fiat mẽtio
de iur̃o, ſicut fieri debet mentio de clauſula deroga-
toria per dictam l.ſi quis in principio teſtamẽti . imo
ſcd̃m Dy.in dicta regula,qd̃ ſemel.& refert ibi Ioan.
An.non ſufficit facere gñalem mẽtionẽ de ipſa clau
ſula,ſed fieri debet ſpecialis mentio. licèt Ia.de Bel.
aliter dixerit,vt refert Io.An.in c.j.ſuper gl.de conſt.
lib.vj.de quo per Bart. in præal.l. ſi quis in principio
29 teſtamenti.¶†Vltimo per iſtum text.vr̃ ꝙ cõſuetudo
q̃tuncunq; tp̃e introducta non poſſit præſcribi, ſi ta-
lis conſuetudo hẽt ꝙ non ſtetur maiori parti capituli
in agẽdis per capitulũ:ſed requirat̃ ꝙ totũ capitulum
contentiat:quia talis conſuetudo eſſet contra fauorẽ
eccleſiæ,cui renuntiare nõ põt capitulum.& quodã-
modo videretur fouere peccatum , cum videat̃ cõtra
vtilitatem eccleſiæ.& ſic vr̃ non valere.facit,qd̃ hr̃ in
c.fi.ſ̃.de conſue.& ĩ.de ſimo.non ſatis.& vt tãgit hic
do.Ant.vñr velle doc.ponere pro regula ꝙ illud poſ-
ſit induci per conſuetudinem . qd̃ poteſt induci per
pactum, vel qñ conſuetudo eſt ſuper iure cui poteſt
per pactum renuntiari,aliàs vr̃ ꝙ non poſſit conſue-
tudo induci.de quo per Io.An. in c.fi.ſ̃.de conſuetu-
dine.poſt gl.in ſumma materiæ conſuetudinis,quam,

ibi ponit.& facit,qd̃ eſt ibi no.ꝑ Bar.in d.l.omnes po
puli.de iuſt.& iu.vbi tangit,an aliquo caſu poſſit in-
duci per conſuetudinem,q̃ non poſſit induci per pa
ctum.¶Sed aduerte, quia ſcd̃m prædicta vr̃ ꝙ ſi capi
tulum ſtatuit,& determinat, ꝙ in aliquo actu requi-
ratur concordia maior,q̃ maioris partis, ꝙ non vale-
bit ſtatutũ,nec conſuetudo, qd̃ vr̃ contra id qd̃ hr̃ in
30 c.licet.ſ̃.de elec.Io.An.concludit,ꝙ † eſt dare tripli
cem ſpeciẽ conſuetudinis.vna eſt cõtra ius naturale ,
& contra p̃cepta legis diuinę,& euangelij.Et iſta nul
lo modo eſt p̃ſcriptibilis.facit,qd̃ hr̃.ĩ.de ſimo. nõ ſa
tis.& in auth.vt nulli iud.§.quia vero. ¶Secũda eſt,
qñ eſt contra ius poſitiuum inductum in fauorẽ vten
tiũ.& hæc eſt præſcriptibilis,cũ poſſint renũtiare ſuo
fauori.ĩ.de regula.apoſtolicam.& c.ſtatuimus. Ter-
tia eſt,qñ eſt contra ius inductũ in fauorem eccleſia-
rũ.& hæc vr̃ impreſcriptibilis per hunc tex.niſi fuerit
per Papam approbata. Et dicit.d.Ant.aduertẽdum ,
ꝙ ſi conſuetudo,vel ſtatutum determinat , ꝙ maiori
parte aliquid determinante,ꝙ ſtetur minori parti,ta-
le ſtatutũ eſt irrationabile, & ſimiliter conſuetudo ir
rationabilis eſſet,ideo nõ valeret.facit,quod hr̃ in c.
cor epi.lxix.diſt.& in c.conſuetudo.j.diſt.& in c.erit
autem.iij.diſt.Si autem determinaret capitulum , ꝙ
maiori parte aliq̃d determinante minor pars cõtradi
cens poſſet illud impedire, ſi rationabilem cãm alle
garet,vr̃ ꝙ non valeret,niſi intelligat̃,qñ allegaret,&
probaret poſtea coram ſuperiore. & ſic ꝙ poſſet im-
pedire quo ad effectũ iuris.non aũt ꝙ de facto poſſet
impedire ſolum cãm rationabilem allegando : q̃a ꝑ
hoc dari poſſet materia de facili impediendi quemli
bet actum fiendũ.& hoc ſatis vr̃ eſſe de mente iſtius
tex.cõiunctis etiam dictis doc.Si vero capitulum de-
terminaret,ſeu ſtatueret,ꝙ maiori parte aliquid de-
terminante minor pars contradicens,poſſit illud im-
pedire niſi haberet̃ cõcordia maior,q̃ maioris partis.
tunc dicit do.Ant.ꝙ ſi tale ſtatutũ fieret a ſuperiore,
vel eſſet approbatũ per ipſum ſuperiorẽ intelligo Pa
pã,qui ſupra ius eſt.ſ̃.de conceſ.p̃ben. propoſuit. &
tunc poſſet valere.facit,qd̃ hr̃ in d.c.licèt.ſ̃.de elect.
Si autẽ ab ipſa vniuerſitate,ſeu capitulo fiat dictũ ſta
tutum:nec ſit aliter approbatum per Papam. & tunc
dici poteſt, ꝙ ſi fiat circa actiones tãgentes ſolum p̃-
iudiciũ ipſorũ de vniuerſitate,ſeu capitulo, ꝙ tale ſta
tutũ poſſet valere,ex quo eorũ tantum p̃iudicium re
ſpicit.ſed ſi fieret in actibus concernentibus vtilitatẽ
eccleſi.dicit d.Ant.ꝙ tale ſtatutũ non vr̃ valere, cum
videat̃ eſſe ꝯtra vtilitatem eccleſiæ. quia aliàs impe-
diret̃ multa determinanda pro vtilitate eccleſiæ ꝑ
maiorẽ partẽ quæ in dubio vñr vtilia eccleſiæ ꝓcura
re,& p̃ſumit̃ eſſe ſanior,ex quo eſt maior:vt dixi ſu ꝑ
gl. ideo non vr̃ ꝙ valeat ex quo vr̃ eſſe ꝯ vtilitatẽ ec-
31 cleſiæ ſu ꝑ iſtum tex. ¶†Itẽ aduerte inquantum dixi
poſt Io.An.ꝙ iur̃m hẽt vim clauſulæ derogatoriæ.Io.
An.in dicta regula,qd̃ ſemel.ad fi.vr̃ limitare,qñ ſta-
tim iur̃m p̃ſtat̃ in actu, per id,qd̃ hr̃ in d.l.ſi quis in
principio teſtamenti.ſecus dicit,qñ ex interuallo in-
teruenirẽt iur̃m,qd̃ diligẽter tene menti, licèt aliud
non alleget.Sed aduerte, q̃a forte dictũ ſuum poſſet
ꝓcedere in clauſula derogatoria,quia illa,ſi apponit̃
in actu ſolẽni,puta in teſtõ , vr̃ operari,& habere ef-
fectũ, ſed vbi ex interuallo apponeret̃ forte corã duo
bus,vel tribus teſtibus.tunc vr̃ ꝙ non operet̃ ad dero
gãdum actui teſtamenti ſolenni p̃ambulo facto corã
ſeptẽ teſtibus . Si autẽ clauſula derogatoria ad teſtũ
p̃ambulũ adijceret̃ ex interuallo corã ſeptẽ teſtibus
vocatis,& rogatis,q̃a videret̃ fieri in actu ſolẽni: nõ
video quare nõ deberet operari, ex quo fit ĩ actu ſo-
lenni.

lenni. & per ipſam apparet de mente apponẽtis clau
ſulam. ſicut & qñ apponit̃ in ipſo actu. In iuſo autẽ,
q̃a illud ad ſui validitatem, & probationẽ non requi
rat niſi p̃ſentiam, vel duorũ, vel trium teſtium. facit,
qđ hr̃. ſ. de teſti. in omni negotio videret̃ ꝙ etiã ſi ex
interuallo interponat̃ iuſm, quòd dẽret habere vim
clauſulæ derogatoriæ: ſicut & ſi in ipſo actu eſſet ap
poſitum. Tene tñ menti dictum Ioã. An. Et de mate
ria, qñ ſit ſtatutum iuratum dixi in c. dilecto. ſ. de p̃
ben. & aliquid etiam in c. conſtitutus. ſ. de reſcri. Et
hæc ſufficiant loco repetitionis huius capituli.

SVMMARIVM.

1 *Interdicere non poſſunt clerici ſingulares, nec interdictum in eccleſia ponere, & an de conſuetudine hoc poſſint habere. & nu. 9.*
2 *Interdictum non poteſt de iure communi poni in eccleſia ſine autoritate Epiſcopi, & conſenſu capituli.*
3 *Interdictum in eccleſia non eſt ponendum pro debito, & delicto ſingularis, & priuatæ perſonæ.*
4 *Pœna tenere debet ſuos autores. & nu. 10.*
5 *Pœna debet limitari ad limites delicti.*
6 *Supplere poteſt iudex ex officio, & prouidere ne interdictum malè poſitum in eccleſia obſeruetur.*
7 *Interdictum in eccleſia ponere non poteſt vnus ex canonicis, vel duo.*
8 *Ius Epiſcopale, quando dicatur canonicus habere in eccleſia.*
11 *Celebrare, an poſſit Epiſcopus in eccleſia interdicta, non tamen propter delictum Epiſcopi.*
12 *Celebrare, an poſſit Epiſcopus in eccleſia ſuſpenſa a diuinis ſine pœna irregularitatis.*

a C Væſiuit. ¶ Canonic⁹ a nõ dẽt inter
dicere eccleſiã. ſed hoc fa
cere dẽt Ep̃s cũ capitulo. h. d. & ſunt duę
partes principales. Nã in prima ponit̃ cõ
ſultatio. i ſcđa rñſio. ſecũda ibi: fraternitati. ¶ In tex.
ibi: minimis. i. minus ſciẽtificis, vel inferioris gradus
ſcđm Inn. vel forte erant minores ætate, q̃ eſſent alij
ſcđm Io. And. in text. ibi: ſupponit. & infra decidit̃ ꝙ
q̃rebat̃, an teneret̃ illud obſeruare, & ſimiliter, an te
neret̃ facere ab alijs obſeruari. ad qđ rñdet̃, vt infra
ſequit̃. ¶ Itẽ ibi: ſubiaceat. ſupple, non aũt interdicat̃
eccleſia, nec vnus puniat̃ pro alio. & ſic bene ſequit̃,
1 cũ peccata &c. ¶ † No. ꝙ ſingulares canonici de eccle
ſia non habent iuriſdictionẽ, nec ptãtẽ de iure ponẽ
di interdictum in eccleſia. ¶ An aũt hoc pñt habere
2 de conſuetudine. dicet̃ in gl. j. & ſupra ea. ¶ No. ꝙ † in
terdictũ non põt de iure cõi poni in eccleſia ſine au
toritate Ep̃i, & conſenſu capituli. ¶ Nunq̃d aũt capi
tulũ ex ꝯſuetudine poſſit talẽ ptãtẽ habere ſine Ep̃o,
recurrendũ eſt ad ea quæ hñr in c. irrefragabili. §. j. de
offi. or. & co. ti. ſi canonici. lib. vj. in q̃bus vr̃ probari,
3 ꝙ ſic. ¶ Not. ꝙ † pro debito, aut delicto ſingularis, &
priuatæ perſonæ non eſt ponẽdũ interdictũ in eccle
4 ſia. facit, qđ dicet̃ ſuper glo. ij. ¶ † No. illud vulgatũ, ꝙ
pœna dẽt tenere ſuos autores, & non alios. ipſos aũt
autores tenere dẽt: quia delinquẽdo vſr naturaliter
obligati ad pœnam. per id qđ no. glo. in l. j. §. beſtias.
ff. de poſtu. & pro hoc ẽt facit ſcđm do. Flo. text. dicit
ſingularem in l. Imperatores. ff. de iure fiſ. ibi. te pœ
næ ſubdidiſti. &c. facit ẽt, licẽt ipſe nõ alleget, quod
hr̃ in §. quia vero leonis. el ij. in Auth. de non alie. col.
5 ij. ¶ † No. ꝙ pœna debet limitari ad limites delicti. fa
cit, qđ hr̃. xxiiij. q. j. nõ auferamus. Vnde dicit lex, ꝙ
non debet aliquid grauius, vel leuius ſtatui, q̃ cã deli
cti depoſcat. ff. de pœ. l. reſpiciendum. & facit etiam
ad prædicta, qđ hr̃ in c. literas. ſ. de tem. ord. & etiam
6 iura allegata hic in gl. fi. ¶ † No. ꝙ iudex ex officio p̃t
ſupplere, & prouidere, ne in eccleſia obſeruet̃ inter
dictum malè poſitum a non ſuo iudice ſcđm Inn. fa
7 cit, qđ no. in c. bonæ. ſ. de poſtu. præla. ¶ † Vltimo col
ligit hic do. Pet. notabiliter, ꝙ vnus ex canonicis, vel
duo non pñt ponere interdictum in eccleſia. licẽt ſm
eum hoc ſpectet ad capitulum, quia res capituli non
ſunt ſingulorũ de capitulo. xij. q. ij. qui manumittit.
& facit, qđ hr̃ in l. qui in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de
re. diui. qđ vr̃ intelligendum ſcđm eum, niſi capitu
lũ fuit negligens, ſicut ẽt vnus ex canonicis alijs ne
gligẽtibus agere põt pro recuperatione rei eccleſiæ.
j. de re. ecc. non alie. ſi q̃s p̃sbyterorũ, & ſimiliter eli
gere alijs negligentibus. ſ. de poſtul. p̃la. gratũ. cũ ibi
not. ¶ Finaliter tñ hoc non tenet. dicens, ꝙ non vr̃ ꝙ
ptãs irrationabilis deuoluat̃ ad vnũ, vel duos de capi
tulo etiã ſi ageret̃ de recuperatione rei eccleſię. p iſtũ
tex. ¶ Sed aduerte quatenus vr̃ voluiſſe, ꝙ ad capitu
lũ ſpectat ptãs, & iuriſdictio ponendi interdictum in
eccleſia: q̃a illud poſſet p̃cedere de cõſuetudine, nõ
de iure cõi. p qđ dixi in notabilib⁹. ¶ Itẽ aduerte in
quantũ voluit, ꝙ ptãs irrationabilis in negligentiam
capituli non poſſit deuenire in vnũ, vel duos de cano
nicis. illud verũ vr̃, ſaluo niſi terminus eſſet ſtatutus a
iure ad iuriſdictionẽ exercendã, q̃a tunc vr̃ ꝙ in ne
gligentiã aliorũ in fi. termini deuolueret̃ ad vnũ, vel
duos diligentes. per id qđ not. Inn. ſ. de ele. cũ nobis
olim. & qđ dixi. ſ. eo. in c. j. ¶ In gl. j. ibi: de vſu pallij.
c. j. & ſcđm hoc bene cõcordabit rñſio cõſultationis.
poſſet ẽt dici, ꝙ licẽt q̃ſitũ fuiſſet eccleſię cathedrali.
tñ Papa latius voluit rñdere, tã de eccleſia cathedra
8 li, q̃ de alijs. ¶ † In ea. gl. ibi: non hẽt ius Ep̃ale in ipſa
eccleſia. Qñ aũt dicat̃ habere ius Ep̃ale canonicus in
eccleſia, dicebat Philippus, qđ eo ipſo, ꝙ habebat cũ
p̃benda curã in eccleſia annexã p̃bendæ. ar. eorũ, quę
hñr. ſ. de p̃b. extirpandæ. §. q̃a vero. quo caſu poterit
eccleſiã interdicere, cũ hoc videat̃ eſſe de cura. ſ. de
ele. dudũ. ij. & q̃a decanus ẽt interdicit eccleſiã. ſ. de
app. dilectis. ibi tñ vr̃ loqui, qñ ex conſuetudine hẽt
dictã ptãtẽ, vt ibi vr̃ ſentire glo. ¶ Sed aduerte, q̃a li
cẽt q̃s hẽat curã in eccleſia non tñ hẽt ptãtẽ interdi
cendi eccleſiã. nec interdicendi, vel excõicandi pſo
nã certã, niſi aliud haberet de cõſuetudine, licẽt poſ
ſet gñaliter excõicare ſcđm formã. c. ſi ſacerdos. ſ. de
offi. ord. cũ ibi no. & iõ licẽt. d. Ant. & alij ſic ſimpli
citer trãſeũt hic cũ dicto Philippi. tñ Io. Cal. cautius
fuit locutus in ſuo tractatu de eccleſiaſtico ĩterdicto.
in tertio mẽbro principali. ver. q̃d de ſimplici canoni
co. vbi dicit, ꝙ ſi canonicus habeat p̃bendã cui ſit ec
cleſia curata annexa, ſi ex conſuetudine hẽt iuriſdi
ctionẽ ſpiritualẽ in ipſa eccleſia curata. tunc poterit
ponere interdictũ in eccleſia. per id qđ hr̃ in c. ſuper
co. de p̃b. in vj. & ita intelligit gl. iſtã. Et ſic vr̃ intelli
9 gendũ dictũ Philippi. ¶ † An aũt aliàs cõſuetudo poſ
ſit ſimplici canonico dare ptãtẽ interdicẽdi eccleſiã.
Inn. hic dicit, ꝙ dato ꝙ conſuetudo poſſet dare iuriſ
dictionẽ ſimplici canonico. allegat, de offi. del. in lite
ris. dicit ꝙ ſimplici canonico nõ habẽti iuriſdictionẽ
non poterit dare ptãtẽ interdicendi eccleſiã, licẽt in
p̃lato ſit ſecus. per id qđ hr̃. ſ. de ap. dilectis. & ſic trã
ſit. d. Ant. & d. Pe. d. vero Flo. hic dicit, ꝙ ex quo con
ſuetudo põt dare canonico iuriſdictionẽ, q̃a qui vult
ꝯñs, vr̃ velle antecedens ſine quo illud eſſe non põt.
arg. eorũ, q̃ hñr in l. illud. ff. de acq. hære. & ſ. de offi.
del. in c. p̃terea. & c. ex literis. & ff. de procu. in l. ad rẽ
mobilẽ. & l. ad legatũ. & ſic pertrãſit. Hoſt. vero vide
bat̃ hic velle, ꝙ conſuetudo non poſſit dare ptãtẽ in
terdicendi eccleſiã ſimplici canonico. q̃a iſta pœna
vr̃ eſſe periculoſa, & quodãmodo irrationabilis, cum
vnus puniatur pro alio, qđ fieri nõ dẽt vt hic innuit̃.
Io. Cal. in p̃al. ver. quid de ſimplici canonico. fatet̃ ꝙ
conſuetudo nõ põt dare ptãtẽ interdicendi eccleſiã
ſimplici canonico noĩe ſuo, ſed noĩe p̃bendæ ſuæ, ſi
cut vide-

a Canonici. Sup hoc ea. ſi quęras an vnus puniatur pro delicto alterius. diſtingue ſ hoc ſecundum d. H. Boyche. in prin. c.

cut vř voluiſſe hic Inno.qui dixit, ꝙ conſuetudo pōt
dare canonico iuriſdictionē ſuper aliquos, puta ha-
bitantes in p̄benda ſua,& in territorio ſuæ p̄bendæ:
& tunc non ſolū per talē conſuetudinē poterit inter-
dicere homines ipſius p̄bendæ,vel excōicare: ſed ēt
in territorio ſuæ p̄bendæ.Dicit tñ Inno.ꝙ non poſſet
conſuetudine introduci ꝙ ꝓ factis cōmunibus eccle
ſiæ vnus canonicus interdicat, vel excōicaret homi
nes eccleſiæ. nā non debet ligare illos qui non ſunt
ſubditi: ſinguli aūt de capitulo non ſunt dñi omniū,
vel rerum ipſius capituli, ſed ipſum capitulū.xij.q.ij.
qui manumittiť. & talis ſortè conſuetudo erat in ec-
cleſia Claramonenſi q̄ hic reprobať ſm eum. Ad p̄-
dicta facit,qđ no.Inn.& Io.An.ſ̄.de reſti.ſpo.olim,
el iij.vbi tangit, an per conſuetudinē poſſit dari ptās
excōicandi ſimplici canonico,& licèt ponat opinio-
nem,finaliter vř concludere,ꝙ ſic: ex quo eſt p̄ſona
eccleſiaſtica,& capax ꝯñr talis iuriſdictionis.tñ illud
vř limitandum,qñ cōſuetudo vellet dare iuriſdictio-
nem illā in aliquos ſubditos ipſi clerico.aliàs ſecus.
per ea q̄ hic notauit Inn.& Io.Cal. in loco præalleg.
¶Et attende etiā:quia Vincentius hic dat regulā, ꝙ
de iure capitulū non hēt aliq̄n iuriſdictionē:niſi ec-
cleſia vacante:vel niſi conſuetudo aliud habeat.facit
qđ hř in c.irrefragabili.§.j.ſ̄.de offi.ordi. ¶In gl.ij.in
fi. & ſic defectus ptātis interdicētis hic induxit inua-
liditatē ſñīæ interdicti,& hoc ēt ſatis fuit iuſtū: quia
a per iſtā pœnā interdicti vnus pro alio puniť.[a] & ſic
certo reſpectu vř irrationabilis, & ideo qñ Papa ſcri-
bit cōtra aliquē dñm, vel cōitatē ſolet excipere ſen-
tentiam interdicti in loco.facit,qđ hř in extrauagan.
ti Bonifacij quæ incipit. Prouide attendentes, & qđ
notať ꝑ Io.And.ī.de exceſ.p̄la.c.j.& de ver.ſig.cū in
partibus. ad fi. Vnde etiam in dicta extrauaganti eſt
prouiſum,ꝙ per ordinariū,vel delegatum non debet
poni interdictū gñale in loco ſine ſpeciali licētia Ro-
mani Pontificis.aliàs non ligat.facit,qđ not.Io.Cal.
in d.ver.qd de ſimplici.¶In gl.ij.in fi. hæc ſcđa pla-
10 cet do.Flor.dicens, ꝙ † qñ quis puniať pro alio non
eſt propriè pœna ſcđm eum:ſed potius q̄dam inhabi
litatio,ſeu ſubtractio dignitatū,vel bonorū. & in il-
lis redditur actio ꝑꝑ immanitatem delicti. vt patet
de pœnis.ſelicis.lib.vj.& C.ad l.Iul.maie. in l.q ſq s.
& de materia remittit ad notata.j.q.iiij. in ſumma.
23.q.3.in ſumma.d.Ant. hic ēt remittit ad notata in
regula, ſine culpa.de reg.iur.in vj.Sed aduerte,quia
prima ſolutio vř verior.quia ēt in pęna corporali in-
terdum punitur quis ꝓ alio.vt patet in paruulis, &
alijs iuſtis qui perierūt in ciuitatibus Sodomę,& Go
morrę.vt hř in §.item peccato.ad fi.alle.in gl.Pœna
aūt ſpirituali non fuerunt tales puniti. non tñ q̄s dēt
puniri pro alio pęna ſpirituali.fallit tñ in pęna inter-
dicti gñalis iuſtè prolati,vt hic innuitur,& no.per gl.
11 in locis pręal.¶†Vltimo quęri pōt,an eccleſia inter-
dicta.non tñ ꝑꝑ delictum Epi,an Eps poterit ibi ce-
lebrare.Hoſt.tenuit,ꝙ ſic, vt ſic ſpiritualis ſpōſus ſpi
rituale debitū ſponſæ ſuæ reddat,cū ſcđm eum face-
re dēt non obſtante nulla exceptione.ī.de coniugio
lepro.c.ij.& dicit,ꝙ hoc facere poterit Eps ſcđm te-
norem priuilegij Epis conceſſi.de quo.ī.de priui.cū
nonnullis.Sed hæc opi.non placet Io.And.quia tale
priuilegiū locū habet de interdicto generali, de quo
loquitur decre.alma.§.adijcimus. de ſen.excō.li.vj.
& facit,qđ no.ibi in gl. ſed in interdicto ſpeciali non
reperitur Eps priuilegiatus,& idem tenuit Io.Cal.in
tractatu de eccleſiaſtico interdicto, in ſecundo mem
bro.in ver.per p̄dicta etiam ſoluitur. & facit,qđ not.
12 gl.in d.§.adijcimus. ¶†Quid autem in ſuſpenſione
a diuinis, an interim poſſit celebrare ſine pœna irre-
gularitatis:recurrēdū eſt ad no. in c.irrefragabili.§.j.
ſ̄.de offi.ordi.& per gl.in c.ſi canonici. de offi.ord.in
vj.vbi gl.vř concludere,ꝙ tunc eccleſia non vř inter-
dicta,ſed ſuſpenſa vīdētur organa clericorum. & ſic
vř velle, ꝙ male faciat celebrans,ſi ſuſpenſio fuerit
canonici facta. per ea quæ hñr in d.c.ſi canonici. ta-
men non incurrit irregularitatem.de quo dicendum
vt ibi per gl.& per Io.An.ſuper illa.

a Pro alio puniť. Adde hic apoſtillam,quę eſt ſupra ī prī.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio perſonarum non eſt apud Deum,nec etiam debet eſſe apud iudices.*
2 *Impetrare literas, poteſt pater pro filio ad obtinendum beneficium.*
3 *Manus collatoris non afficiuntur per appoſitionem temporis in reſcripto ad conuincendam negligentiam conferre habentium beneficium.*
4 *Manus collatoris ordinarij non adeo ligantur per præſentationem literarum in quibus datus eſt executor ad compellendum quin collatio alteri facta teneat.*
5 *Beneficia Priora electi in Epiſcopum, an per ſolam confirmationē vacent.& nu.21.*
6 *Reuerentiam,& obedientiam præſtans alicui, vt prælato, videtur renuntiare iuri,quod habet in prælatura.*
7 *Familiaris alicuius,quando dicatur quis, & qualiter probari poteſt.*
8 *Tempus ſtatutum a iure poteſt per Papam abbreuiari.*
9 *Mandare de inueſtiendo,vel prouidendo,& inueſtire, vel prouidere, aliud eſt.*
10 *Plura iura,& plures rationes pro ſua parte allegare cautum eſt.*
11 *Poſſeſſio,an detur per inueſtituram. & nu.17.*
12 *Dominium,an per inueſtituram ſine traditione transferatur.*
13 *Ex titulo ſolo in beneficijs transfertur ius ſine traditione. & numero.16.*
15 *Poſſeſſorio recuperandæ agere non poteſt beneficiatus nomine ſuo ante adeptam poſſeſſionem:poteſt tamen agere nomine eccleſiæ.*
15 *Traditione clauium transfertur poſſeſſio.*
17 *Mandare quandoque ponitur pro rogare, quandoque pro præcipere.*
17 *Electio facta de aliquo ad dignitatem qui tpe electionis erat ſolum in minoribus ordinibus ipſo iure non valet.*
19 *Tolerantia quid operetur.*
20 *Tacita renuntiatio beneficij ſurgens ex aliquo actu contrario iuri ipſius beneficij valet etiam ſine autoritate ſuperioris.*
22 *Renuntiatio beneficij expreſſa, vel tacita facta coram iudice incompetenti,an teneat.*

EX ore. Cōis ordinatio eccleſiæ ꝑ cō
tradictionē vniꝰ cuius nō in-
tereſt non impediť.h.d.& in prima poniť
deciſa facti narratio. in ſcđa cāæ deciſio.
ſecunda ibi:quia vero.Prima facit duo. nā primo po-
nit partium comparitionē. ſecundo ponit allegatio-
nem Ber.q̄ continet formā literarū apoſtolicarū, an-
nuli immiſſionē:executoris dationē,& capituli rebel
lionem.ſcđa ibi:ex parte.Secunda ēt facit duo. nam
primo ex triplici motiuo concludit contra Ber.ſecū-
do confirmat electionem p̄poſiti exprimentis quare
& Bernardo ſilentium imponit.ſecunda ibi:nos attē-
1 dentes.¶†In tex.ibi:ſedentis.& infra deciditť, quod
hř.ī.de priui.ex ore.nā ibi dř.Ex ore ſedentis in thro
no ꝓcedit gladius bis acutus,quaſi ꝑcutiēs ad dextrā
& ſiniſtram,ne in parcēdo vbi iuſtitia ſuadet.facit de
iud.nouit.vbi apud Deum nō eſt acceptio p̄ſonarū.
& ſic non dēt eſſe apud habentem iudicare.¶Itē ibi:
elegerunt,& infra.licèt in lectura do.Ant. hic ponať
quędam deciſa.tñ dic melius,ꝙ deciditur illud ꝙ hic
tangiť in gl.iij. ꝙ videlicet ipſi.H.Bernardus p̄buerit
reuerentiam tanq̄ p̄poſito.& tandem mortuus eſt ip
ſe.H.& ꝙ poſt mortem eius canonici volebant ꝓce-
dere ad nouam electionem. Bernardus hoc ſentiens
proteſtatus fuit hoc non facere,& appellauit, ſi con-
tra facerent: tñ hoc non obſtante canonici fecerunt
aliā electionē.& ꝑꝑ hoc inter iſtū vltimū electum,&
ipſum Bernardum orta fuit cōtrouerſia ꝑꝑ q̄ partes
acceſſe-

acceſſerunt ad ſedē Apoſtolicā corā Inno. ſurrogato
Celeſtino. & ꝓ pte Bernardi fuit allegatū ꝓut colli-
gi pōt ex ſuperius dictis. ꝓ parte vero vltimo electi
fuit allegatū id, qđ colligi pōt ex ver. quia vero. & tā
dē fuit ꝓnūtiatū ex vltimo electo. vt patet ex ſequē-
2 tibus. ¶ †No. ꝙ in cauſa bñficiali, ſeu pro bñficio ob-
tinendo pōt pater impetrare literas pro filio. & ſic
vř ꝙ coniuncta ꝑſona poſſit literas bñficiales impe-
trare abſq; ſpāli mādato pro coniuncto. de quo in c.
3 nōnuli. circa fi. ſ. de reſcrip. ¶ †No. ꝙ per appoſitio-
nē tēporis in reſcripto. ad cōuincendā negligentiam
conferre habentium bñficiū non afficiuntur manus
ordinarij collatoris. nec etiam expirat gratia per la-
pſum dicti temporis, qđ vř cōtra ea, quæ hñr in cle.
cum ei quem. in verſi. ſecus. cum ibi no. de ꝯceſ. ṗb.
¶ Sed potes dicere ꝙ hic loquiř, qñ tp̄s adijcitur in
mādato qđ fit alicui, vt prouideat, ibi aūt loquiř, qñ
tp̄s ad adijcitur in acceptione beneficij, ſeu fiendę
de beneficio. quo caſu imputādum eſt illi qui infra
tp̄s non acceptat. negligentia aūt habentis conferre
non debet nocere ei cui dēt fieri collatio. & iſta eſt
4 rō tex. ¶ †Not. ꝙ per ꝑſentationē literarū in quibus
datus eſt executor ad cōpellendū non afficiunř ma-
nᵘ ordinarij collatoris, ꝗ collatio alteri facta teneat,
nec ſimiliter afficiunř ꝑ ſtatuitionē termini factā ab
executore ſtatuēdo terminū ad rñdendū, vt hic pa-
tet. ſecus aūt ſi executor inhibuiſſet ordinario ne al-
teri ꝯferret. de quo, & quibᵘ modis afficianř manus
ordinarij collatoris. plenè. ĭ. nota. de ꝯceſ. præben. ſi
ſoli. lib. vj. vbi glo. magiſtra plenior de corpore iuris.
5 ¶ No. ꝙ per ſolā confirmationē † electi in Ep̄m vi-
dentur priora beneficia vacare, quod videtur eſſe cō
tra ea quæ habentur. ſ. de elec. cum in cunctis. & fa-
cit, quod habetur. ſ. de conceſ. præb. poſt electionē.
de quo eſt dicendum vt dicitur in d. c. cum in cūctis.
6 & inferius dicetur poſt glo. ¶ †Not. ꝙ per exhibitio-
nem reuerentiæ, & præſtationem obedientiæ alicui
vt ꝑlato vř renuntiare iuri, qđ hēt in ꝑlatura. & hoc
ideo, quia facit actum contrariū iuri ſuo: ſicut etiam
qñ quis procurat, vel aduocat pro alio ſuper re ad
ipſum pertinēte. facit, quod legi. & not. ſ. de tranſa-
ctio. ex literis. & in l. penul. ff. de inoffi. teſt. ſecus qñ
quis non faceret actum cōtrariū iuri ſuo: ſed ſimplici
ter taceret, q̄a nō cēſereř ꝯſentire, nec iuri ſuo renū-
tiare cum de eius præiudicio agatur. vt voluit Inno.
ſ. de electio. in geneſi. de quo no. per gl. in regula is
qui tacet. de reg. iur. in vj. Et de materia, an tacens ha
beatur pro conſentiente, vel contradicente. tangitur
per Legiſtas, & maximè per Barto. in l. quæ dotis. ff.
ſolu. matri. & per Archi. vij. q. j. qualiter. & c. ſi ſer-
uus. liiij. diſt. vbi vř dicere poſt Tancre. ꝙ ſi ordina-
retur præſente aliquo electo ad aliquā dignitatē: &
tacente cōferat bñficium, quod ſpectabat ad ipſum
ante electionē. & ꝯfert ipſo tacente, & ꝑſente ꝙ in-
telligiř iuri, ꝙ habebat in tali beneficio renuntiare.
adeo ꝙ non poterit ad illud redire etiam ſi cōtingat
electionē de ipſo factā caſſari. Sed ꝯtrariū tenuit Io.
An. in mercu. ſuꝑ dicta regula. is qui tacet: quia ex
quo agebatur de eius ꝑiudicio tacens intelligi non
dēt cōſenſiſſe per id qđ not. per Inn. in d. c. in geneſ.
¶ Pro Tancre. Archi. tñ fortiter facit: quia vbi agiř
de pręiudicio iuris realis tacentis ſi eius cōtradictio
poſſet impedire actū ſi non ꝯdixit intelligiř conſen-
ſiſſe. vt leg. & no. per gl. in l. Caius. ff. de pigno. actio.
& etiam per glo. ſ. de ꝑſumpto nomine. & no. etiam
ꝑ Bart. in l. quæ dotis. ff. ſol. matr. & ideo cū collatio
non potuiſſet fieri taliter ꝙ ꝑ illā ius acq̄rař ſi ꝯdi-
xiſſet ille de cuius ꝑiudicio agebař & q̄ habebat ius

in bñficio, quod confertur. ideo vř ꝙ ſi non contra-
dixiſſet fieret ſibi ꝑiudiciū, ſicut & fit in præiudiciū ta-
centi, & non contradicenti, qñ res ſua aliū obligatur
ipſo ꝑſente iuxta ea quæ notā. in d. l. Caius. & in d.
c. nōne. & ꝑ hoc vř poſſe ſuſtineri opi. Tancre. & Ar
chi. Nec obſt. regula Io. An. q̄a hēt locū qñ agiř de ꝑ-
iudicio obligationis ꝑſonalis: quia tūc tacens nō hř
pro cōſentiente. l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de ꝓc.
& idem ſi agatur de ꝑiudicio iuris realis, qñ tacens
non poſſet impedire actum contradicēdo. per id, qđ
hř in l. rem alienam. ff. de cōtrahen. emptio. & quod
no. in d. l. Caius. & l. quæ dotis. ¶ Not. ꝙ propter ex-
hibitionē reuerētię vř ꝓbari ſubiectio, ſimiliter etiā
quando quis paruit ſnīæ alicuius tanq̄ ſuperioris. de
7 quo per Inn. in c. olim. el. iij. ſ. de reſti. ſpoli. ¶ †Qua
liter autem poſſit probari ꝙ quis ſit de familiaribus
8 alicuius not. Bart. in l. j. §. familię. ff. de publi. ¶ †No.
ſecundum do. Pet. ꝙ tempus ſtatutum a iure poteſt
abbreuiari per Papam. nam tempus datum a iure ad
conferendū propoſiturā erat ſex menſium. ſ. de cō-
ceſ. ꝑben. nulla. & tñ arctatur hic ad ſpatium menſis.
inferior autem a Papa nō vř poſſe arctare, niſi vbi re
periatur expreſſum. vel niſi clauſula legitima ſubſi-
ſtente ſecundū ea quæ leg. & not. ſ. de appel. cum ſit
Romana. & c. ꝑſonas. & per Bar. in l. ij. ff. de re iudi.
¶ Aduerte tñ diligenter, ꝙ hic ſtatuitio termini facta
per Papam non habuit afficere manus ordinarij col-
latoris ad quē dirigebař mandatum. qđ eſt valde no
tandum. & hoc ideo forte, quia de ſtatuitio termini.
velut acceſſorio mandati de prouidendo non videř
debere afficere, ſeu ligare manus ordinarij. ſicut nec
mandatū de prouidendo. ſ. de pręb endis. dilectus. &
facit, qđ hic tangitur in glo. in verb. ſi mandatum ad
finē. ¶ Nota ꝙ pendente ſtatuitione termini in actu
extraiudiciali non impeditur aliquid innouari, ꝓut
factum fuit pendente termino ſtatuto ab executori-
bus. ſecus vř pēdēte termino. dato in actu iudiciali.
per id, qđ leg. & notatur in l. ſiue pars. C. de dilatio.
9 & in c. ſignificante. ſ. de ap. ¶ †Nota, qđ aliud eſt in-
ueſtire, vel prouidere. aliud dare mandatum de in-
ueſtiendo, vel prouidendo. facit quod habetur in c.
penul. de electio. lib. vj. & in l. bone fidei. cū ibi nota-
tis. per But. ff. de eo, qđ certo loco. & facit etiam, qđ
notatur in l. in emendis. C. de cōtrah. emp. & in l. ſer
ui electione. ff. de leg. j. in quibus tractař, an aliud ſit
velle emere, vel velle eligere. temere, vř eligere. facit
ēt qđ no. in l. qui ſe patris. C. vnde liberi, vbi tāgitur
an ꝑ illa verba volo adire hęreditatē inducař aditio.
¶ No. quod per appellationē factum per illum cuius
non intereſt non dēt actus impediri. facit, quod ha-
betur. ſ. de elec. cum inter. R. ¶ Not. ꝙ Papa vř poſſe
reſtringere, & determinare electionem fiendam ad
certam perſonam. An autem hoc poſſit inducere ſta-
tutum, vel conſuetudo. recurrēdum eſt ad ea quæ le
guntur, & no. ſ. de ele. cum ita. & de conſue. cum di-
lectus. ¶ Aduerte tamen, quia licèt Papa hic manda
ret prouideri certæ perſonæ. tñ quia nō appoſuit de-
cretum in literis non fuerunt affectę manus ordina-
rij collatoris. ideo valet electio de alia perſona facta
10 per ipſum ordinarium, ad quem ſpectabat ele. ¶ †Vl
timo no. ꝙ cautum eſt plura iura, & ſucceſſiuè plures
rationes allegare pro parte ſua. & ſic debent facere
ſcđm Io. An. cauti aduocati. nā quæ non proſunt ſin
gula, multa iuuāt. vt no. ſ. de teſti. præterea. & etiam
de cautela eſt ſcđm eū, ꝙ potiores rationes in fin. re-
11 ſeruet vt ſic melius, & citius iudex illas ꝑcipiat. ¶ †In
gl. j. in fi. no. ex hac gl. ſcđm do. Flor. ꝙ per inueſtitu
rā vř dari poſſeſſio. & ſic vř innuere iſta gl. ſcđm eū.

ipſe vero

ipſe vero dicit,ꝙ imo iſta inter ſe differunt. videlicet
inueſtitura , & poſſeſſio : licèt qñq; inueſtitura acci-
pitur pro datione poſſeſſionis.vt patet ex hac gl.qñ-
que vero accipiatur pro collatione.ſ.de cōceſ.ꝑben.
propoſuit. propriè tñ inueſtitura ſecundum eum eſt
propriè approbatio collationis iā factæ de quo etiā
per gl.& ibi etiam plenè.de inſti.auto.itate.& ſic di-
cit poſſe intelligi iſtū text. vt ſit ſenſus, ꝙ Celeſtinus
deſignauit annullū in ſignum inueſtiturę.l. faciēdæ,
vt ſic poſtq̄ fuiſſet aſſumptus in ꝑpoſitum. iſte.B.in-
ueſtireẽ cū dicto annulo.Et ſubdit hic Inn.dicere, ꝙ
per talē inueſtiturā non transferẽ dominiū ſine tradi
tione regulariter.ꝑ l.in traditionibus.C.de pac.fallit
in aliquibus caſibus.& ꝓcipuè.l.primę.C. de dona.
q̄ ſub modo.de quo etiam remittit ad not. in c.ij.ſ.
de conſuet.& facit,qđ diceẽ.j.in gloſſ.ſuper ver.& ſi
mandatū.Sed aduerte primo : quia an per inueſtitu-
ram transferatur poſſeſſio: non bene declarauit.dicā
ſuꝑ dicta gl.in ver.& ſi mādatū.& tetigi in d.c.auto-
12 ritate. ¶ † Itē ſcđo inq̄tum dicit ꝙ per inueſtiturā nō
transfertur dominiū ſine traditione.Inno. intellexit
illud verū in rebus tēporalibus. ſed vbi qs inueſtireẽ
de bñficio vacante per habentē ꝑtātem conferendi ,
dixit Inn. ꝙ transferẽ ꝑ talē inueſturā ius in bñficio
abſq; alia traditione ex quo interuenit cōſenſus ha
bentis ꝑtātē conferendi,& illius qui inueſtiẽ,ſicut &
acq̄ritur ius ex electione eſt bñficium in qua ꝯcur-
rit conſenſus eligentiū, & electi.ſ.de elec.eum inter
13 canonicos. & ꝙ in bñficijs † ex ſolo titulo transfera
tur ius in ipſo bñficio abſq; traditione. bū facit , qđ
leg.& no.in c.ſi tibi abſenti, de ꝓb.lib.vj.& qđ no.ꝑ
doc.ſ.de de conſtit. cum.M.¶ In gl.& ſi mandatum.
ibi:non efficitur quis poſſeſſor. ſed certè pōt dici,ꝙ
hic non colligiẽ ꝙ dicit gl. quia non apparet , ꝙ hic
fuerat inueſtitus. facit,quod dixit ſuperius ſuꝑ gl.j.
¶ In eadē gl.ibi.c.ex literis.dic,ꝙ ibi interuenit actus
determinatus a cōſuetudine ad adipiſcendū poſſeſ-
ſionem.ideo nimirum ſi per illū acquiritur poſſeſſio.
hic ſecus.facit,qđ no.in d.c.ex literis.¶ In ea.gl. ibi:
ꝯtra ſanctorū: ibi diciẽ ꝙ clerici denominati, vel in-
troducti in bñficium ſi expellāiur pñt repetere poſ-
ſeſſionē qua ſunt ſpoliati,& dicit hic Io.Cal.ꝙ dū ibi
dr̃,vel introductio:dēt exponi,vel, pro idest.& ſic ap
paret ꝙ ibi fuit tradita poſſeſſio. hic ſecus. Dicit tñ
14 aduertēdū ꝙ licèt † bñficiatus ante adeptam poſſeſ-
ſionē nō poſſit agere noīe ſuo iudicio poſſeſſorio re-
cuparādę.tñ poterit agere nomine eccleſię,vt voluit
15 Inn.Io.An.in c.cū ſuꝑ.ſ.de cau.poſ. & ꝓprie.¶ † In
ea.gl.ibi:moderamine.ibi:dr̃ ſm Io.Cal.ꝙ ex ſolo ti
tulo abſq; traditione trāſfertur dominiū in eccleſiā ,
de quo ibi.& ĵ.de deci.tua.per glo.non aūt dr̃ , ꝙ ex
ſolo titulo quæratur poſſeſſio. & eodē mō pōt rñde-
ri ad.l.vt inter diuinum. q̄a in caſibus ibi poſitis de
iure ciuili.transfertur domininm in eccleſiam. facit
qđ no.ſ.de ꝯſue.in c.ex literis.¶ In ea.gl.ibi.l.claui
16 bus.dic ꝙ † ibi per traditionem clauium transfertur
poſſeſſio.quia per claues reſtringuntur, & reſeruanẽ
res clauſulæ. & iō per traditionem illarū ſatis vr̃ ex-
primi voluntas rerū tradēdarū q̄ erant in loco cuius
claues traduntẽ . ſed hic inueſtitura , & annulus vñt
eſſe actus ſeparati ab ipſo bñficio.& ideo nō vr̃ eſſe
ſignum traditę poſſeſſionis,niſi per prius ad hoc de-
ſtinatione hominis deſtinētur. facit ad prædicta, qđ
no.in c.coram.ſ.de offi.delega.¶ In ea.glo.ibi: q̄uis.
dic,ꝙ ibi qs fuit iuſſus mitti in poſſeſſionē licèt non
potuerit ꝑꝑ inundationē.ideo ceſſante inundatione
aquarum ſine alia traditione acq̄riẽ poſſeſſio. q̄ rō
hic ceſſat.& ꝓcipuè , quia hic nō fuit iuſſus mitti in
poſſeſſionē. ſed mādatū fuit factum, vt eligi deberet
ipſe Bernardus.¶ In ea.gl.ibi:contingit.ad iſtud.c.&
ad ſequentē q̄ eodē caſu loq̄ẽ,dic ꝙ ibi ꝓceſſit iuſſus
iudicis,vt mitteretẽ,qs in poſſeſſionē . ſed ꝓpter dolū
aduerſarij fuit impeditus. ideo habetur perinde acſi
17 fuiſſet miſſus. & ſic nō obſt.¶ † An autem ſit verum
ſimpliciter ꝙ per inueſtiturā non transferatur poſ-
ſeſio . Conclude , ꝙ interdū ſumitur inueſtitura pro
collatione iuris . vt q̄a ſit de bñficio vacante ꝑ hñtē
poteſtatē conferendi non ꝓcedente alia collatione.
facit,qđ habetur.ſ. de conceſ.præben.propoſuit. &
tunc per talem inueſtituram non acquiritur poſſeſ-
ſio:quia ſatis fatigatur in trāſferendo ius in ipſo bñ-
ficio.facit qđ no.per gl.in l.j.in prin.ff. de acqui.poſ.
Aut inueſtitura non ſumitur pro collatione iuris. vt
quia non fit ꝓcedēte collatione.& tunc ſi talis inue-
ſtitura eſſet deſtinata per conſuetudinē vt transferaẽ
poſſeſſio. tunc transferetur per ea , quæ habentur in
d.c. ex literis. Si aūt ſuper hoc non reperitur cōſue-
tudo.tunc dicit do.Ant.hic ſimpliciter,ꝙ per illā nō
transfertur poſſeſſio.& ſic intelligatur glo.hic poſita.
¶ Sed potes dicere hoc verum, qñ inueſtitura fieret
in abſentia rei.ſecus ſi in ꝓſentia ꝑ id,qđ leg. & no.
in l.ꝓdia.ff.de acqui.poſſeſ.& facit qđ dixi in c.trāſ-
miſſam.ſ.de inſtitu.auto.¶ In eadem gloſ.in fi.& de
hoc recurrēdum eſt ad ea quæ plenè hñr in c.ſi ſoli.
de conceſ.ꝓben.li.vj.¶ Et aduerte , quia Ioan.And.
videtur fateri dictum glo. qū Papa mandauit proui-
deri:quia mandare idem videtur eſſe, quòd rogare.
l.j.ff.manda.& xxiij.q.iiij.in c. Guiliſarius. conūcta
gl.licèt interdum etiā præcipiatur per verbum man-
do.l.ſi quidem.ff.de actio. & obligatio.quaſi videa-
tur ſentire ſecus eſſe ſi ꝓciperet prouideri. Sed do.
Anto.hic dicit , ꝙ non vr̃ eſſe differentia inter man-
dare,& ꝓcipere quo ad ꝓpoſitū , quia etiā ꝓceptum
nō inducit,niſi obligationē ꝑſonalē.& ſic eadē rō eſt
quæ in mandato.ſed quo ad alia poſſet eſſe differen-
tia ſcđm eum.& plus non dicit de hoc, an inter pręc-
ceptum,& mandatū ſit aliqua differentia. tangiẽ ꝑ
Legiſtas in l.ſæpe.ff.de offi.pręſi.vbi per gl. & etiam
per gl. in c.ꝙ præcipitur.xiiij.q.j.& ibi etiā ꝑ Arch.
aliq̄d etiā tāgiẽ per glo.in c.qm̄ Abbas.ſ.de offi.de-
leg.& ibi etiā tetigi. ¶ Quid autem ſi Papa ꝓhibeat
ne alteri conferatur beneficium . dic,ꝙ non tenebit
collatio.facit , quod hr̃ de reſcri.c.j.li.vj.& in d.c.ſi
ſoli.In quibus etiam patet q̄d iuris ſit in inhibitione
facta per executorem.facit etiam , qđ hr̃ de conceſ.
ꝓben.conſtitutus.& de reſeruatione, & inhibitione
Papæ,& eius effectu.vide in tex.& gl.in c.ſi eo tem-
pore.de elec.li.vj.& ibi etiā tangitur de decreto Pa-
pæ, an afficiat ignorantes.¶ Quid autē de decreto le
gati.tangitur per gl.in c.ſi apoſtolicæ. de ꝓben.in vj.
18 & in c.j.de concel.ꝓben.eo.li.¶ † In gl.certa ratione.
ibi:in minoribus ordinibus cōſtitutus. No.hunc tex.
cū gl.ꝙ electio facta de aliquo ad dignitatē q̄ tēpore
electionis erat ſolū in minoribus ordinibus ipſo iu-
re non valet qđ tene mēti . de quo in cap.dudum.el
primo.ſ.de electio.¶ In gloſ.penul.ibi.l.Herennius.
§.vltimo. potes dicere , ꝙ ibi non agitur de renun-
tiatione: ſed de acquiſitione facienda in officio de-
curionatus.quo caſu non ſufficit, quòd quis perce-
perit ſalariū tanq̄ decurio. quia per talē actū non fit
quis decurio. ſed ꝑ electionē canonicā , ſeu legiti-
mè factā.l.nominationū formā. C. de decu.li.x.do.
vero.Flo.hic ſoluebat,ꝙ hic allegabaẽ renunciatio nō
ad inferendū ꝙ iſte q̄ litigabat cū ipſo.B. ex hoc ac-
19 q̄ſierit ius ad excludēdū ipſum.B.¶ † In ea.glo.ibi.c.
dilecto.potes ſoluere, ꝑ ea q̄ hñr ibi ī gl.ī ver.rece-
piſti.

plſti. vel potes dicere ſm Io. An. & Hoſt. hic, ꝙ licèt ibi Eps tolerauerit tanq̃ canonicũ illũ ꝯ quẽ poſtea egit aſſerendo illũ non eſſe canonicũ hoc facere potuit: quia interdũ tolerantia iuncta cum actu tendit ad tollendũ ius priuatũ partis: & tunc bñ operaẽ ad p̃iudiciũ ipſius. & ita loquiẽ hic. Interdũ vero tendit ad tollẽdũ ius publicũ. & tũc nõ oneraẽ. facit, qđ hẽ in l. iuriſgentiũ. §. ſi paciſcar. cum ibi no. ff. de pac. & ita loquiẽ hic. nã ibi facta fuerat collatio canonicatus ꝯtra conſiliũ Lateranen. ꝯtra qđ Archieps, vel legatus non potuit diſpenſare. ideo nimirũ ſi ibi fuerit auditus Eps. facit qđ leg. & no. ſ. de elec. noſti. hic autem. B. poterat renuntiare iuri ſuo. ideo faciendo actũ illi ꝯrium vẽ tacitè renuntiare ad p̃dicta facit, qđ hẽ in c. cũ veniſſent. ad fi. ſ. de inſti. & ꝙ Eps non poſſit diſpenſare ꝯtra conſilium. not. gl. in c. cũ dilecti. ſ. de electio. & facit etiam, qđ notauit gl. in cle. generalẽ. ad fi. de æta. & qnali. & idẽ vẽ dicendũ in legato etiã de latere. per id qđ no. gl. valde no. in c. fi. de hære. li. vj. facit etiã, qđ no. per Io. An. in c. fi. ſ.

20 de offi. Archiepi. ¶ † In ea. gl. ibi: valet etiã circa autoritatẽ &c. Nota diligenter hanc glo. quæ vẽ ſingu-

a laris, ꝙ tacita renuntiatio ª beneficij quæ ſurgit ex aliquo actu contrario iuri ipſius beneficij: valet etiã ſine autoritate ſuperioris. ſecus in expreſſa renuntiatione. Sed cõiter tenetur ꝯtrarium, videlicet, ꝙ etiã tacita renuntiatio non valeat ſine autoritate ſuperioris. & ſic in præiudicium ipſius ſuperioris quominus poſſit retinere inuitum in beneficio ipſum tacitè renuntiantẽ. per id, qđ leg. & no. ſ. de p̃ben. de multa. vbi ꝯcludit, ꝙ ſi habẽs bñficium curatũ, & acceptat aliud non curatum ſine autoritate ſuperioris videaẽ renũtiare primo. & valeat renuntiatio quo ad ipſius p̃iudiciũ, ſi ſuperior vult ipſam ratam habere cũ non valeat in p̃iudiciũ ipſius ſuperioris, ſi nõ vult ipſam ratã habere de quo etiã ibi dixi. & ideo vt p̃dixi poſſet ẽt ſuperior ipſum reuocare ad primũ bñficiũ, & facere ꝙ dimittat ſcđm beneficiũ. Et ex p̃dictis diciẽ do. Flo. ꝙ ſingulariter eſt hoc not. ꝙ licèt renuntiatio bñficij facta in manibus non legitimi ſuperioris non valeat in p̃iudiciũ ſuperioris. tñ valet quo ad ipſum renũtiantẽ ad hoc vt de ipſa poſſit excipi in iudicio in oĩbus, & per oĩa acſi eſſet legitimè facta, quod eſt ſingulariter notandũ ſm eũ. Do. vero Pe. hic dicit, ꝙ hic nõ habebat ius in re licèt haberet ius ad rem. & ideo potuit renuntiare ſine autoritate ſuperioris. ꝑ id, qđ leg. & no. in c. ij. ſ. de tranſla. p̃la. & in c. ſi electio. de elec. in vj. hic enim iſte. B. non fuerat inueſtitus de bñficio. vt hic innuiẽ in litera. in ver. quia vero. & ſic nõ habebat ius in re, ſed ad rẽ in ipſo bñficio. & iſta ſolutio vẽ eſſe etiã bona quo ad hunc tex. & ceſſaret tunc dubium, an tacita renuntiatio bñficij poſſit fieri ſine autoritate ſuperioris. quia illud ꝓcedit qñ quis hẽt ius in ipſo bñficio. ſecus, quãdo non habet ius in ipſo, ſed ad ipſum conſequendum. ¶ In ea. gloſſ. ibi: vero procuratori. ibi: dicitur, ꝙ ſi ſtipulor a te dari decem mihi, aut Titio non poſſum te prohibere expreſſe quominus ſoluas Titio, ex quo in ſtipulatione fuit adiectum. ad ſolutionẽ, tñ ſi litẽ ꝯteſtor ꝯtra te petendo a te ipſa decẽ tacitè intelligeris prohibitus ne ſoluas Titio. & ſic deinceps nõ poteris ſoluere me inuito. facit ẽt ad dictũ gl. qđ legi. & no. in l. ij. C. de pac. per Legiſtas. vbi patet, ꝙ tacitũ pactum plus operatur q̃ expreſſum, qa tacitũ valet etiã abſq; p̃ſentia ptis: ſecus in expreſſo, vt ibi not. ¶ In ea. gl. ibi: dũ dicit nõ. Et ꝓ iſta rõne facit, qđ hẽ in l. planè. ff. de leg. j. vbi patet, ꝙ ſi teſtator vult legatũ alicui factũ in aliũ transferre. & ſic a primo adimere licèt nõ valeat legatũ quo ad pſonam eius in q̃ vult trãsferre. tñ primus non poterit petere ex quo teſtator vult ab illo adimere. Nec obſt. qđ hẽ in regula: non p̃ſtat. de reg. iur. in vj. quia ibi non loquiẽ de renuntiante iuri ſuo de quo hic loquiẽ. ¶ In ea. gl. in fi. nam hic mortuo Henrico ex quo vacabat p̃poſitura vẽ ꝙ potuiſſet. B. habere ius in illa. Sed iõ hic nõ habuit propter renũtiationem tacitè per eum factam, & per alia q̃ hic dicunẽ in tex. & de materia, qñ res deuenit ad caſum a quo põt habere principiũ. tangitur per Legiſtas, & maximè per Bart. in l. pluribus. §. ſi placeat. ff. de verb. obl. & facit, qđ hẽ in l. quia in

21 eum. ff. ad l. aqui. ¶ † Extra gl. põt opponi, quia vẽ ꝙ per ſolã confirmationẽ electi in Epm non perdant priora bñficia. imo oportet, ꝙ expecteẽ conſecratio, vel lapſus tpis de conſecrandis Epis. ſ. de elec. cũ in cunctis, cuius contrariũ vẽ hic innui in litera, vt etiã tetigi in notabilibus. Soluit Innoc. primo, ꝙ iſte tex. debet ſuppleri per illũ. Vel ſcđo põt inteligi ꝙ Eps expreſſe renuntiauit prioribus bñficijs in manibus ſuperioris. Vel tertio poteſt intelligi ꝙ Papa ex certa ſcientia voluit cõferri nõ expectato dicto tpis lapſu, qđ facere potuit cũ ſit ſupra ius. de ꝯceſ. p̃ben. ꝓpoſuit. Nõ aũt ſibi placet id, qđ dicũt qdã, videlicet, ꝙ eoipſo, ꝙ electus, & ꝯfirmatus in Epm conſentit capitulo, vt aliũ eligat ad ptiora bñficia: ꝙ ꝓ hoc priora bñficia vacẽt, qa nõ hẽt ptãtẽ renuntiãdi in manibus capituli ad ꝙ ſpectat electio tantummodo termino elapſo. ſecus dicit ſi cõſentit et prælato habenti ptãtẽ ꝯferẽdi dicta bñficia: qa tũc valeret renũtiatio. quaſi velit ꝙ in manibus collatoris, ſeu habẽtis ptãtem cõferendi bñficiũ poſſit fieri renũtiatio, licèt nõ in manibus habentis eligere: qa poſt electionẽ reqriẽ confirmatio ſuperioris. ſ. de elec. quali. & c. tranſmiſſa: Do. vero. Ant. hic vẽ velle ꝙ non valeat renuntiatio etiam ſi fiat in manibus collatoris, ſeu habẽtis ptãtẽ ꝯferendi. ſaluo, niſi etiam habeat ptãtem deſtituẽdi, & priuãdi bñficiũ. ꝑ id, qđ no. Inn. de renũ. qđ ĩ dubijs. & facit, qđ no. gl. ĩ cle. vnica: de renũ. Dicit tñ ꝙ tutius eſt ꝙ fiat prius expreſſe renuntiatio, & poſtea fiat collatio, per id, qđ hẽ in c. j. ſ. de conceſ. p̃ben. Et ſm p̃dicta etiã põt intelligi, qđ hẽ in c. beneficium. de regula. li. vj. cum ibi not. de hoc, an ſufficiat ꝙ renũtiatio fiat in manibus collatoris. an requiraẽ, ꝙ habeat ptãtem deſtituendi. dicã. in d. §. admonet, & an

22 † renuntiatio expreſſa, vel tacita facta coram iudice incõpetenti teneat. tangiẽ in d. c. qđ in dubijs. & ibi etiam dicetur. Cõiter tñ teneẽ, ꝙ tenet in p̃iudiciũ renuntiãtis, licèt nõ in p̃iudiciũ ſuperioris. Et pro hoc infert, ꝙ non poſſet impetrari, vel conferri, vt vacãns: quia non cenſeẽ ſimpliciter, & omni reſpectu vacare. facit, qđ hẽ de p̃b. ſi tibi abſenti. li. vj. ſed demum diceẽ oĩno vacare, ſi ſuperior habet ratã renuntiationẽ tacitè, vel expreſſè. ¶ Itẽ ſcđo põt opponi, ꝙ collatio alteri facta lite pendente nõ tenet. vt in c. j. & ij. vt lite pendente. li. vj. cuius cõtrariũ hic vẽ innui. Soluit Hoſt. ꝙ literæ erant nullæ tanq̃ ſurreptitiæ. per id qđ hic dẽ in gl. antepe. & ideo ꝓceſſus fuit inualid⁹. ſ. de reſcr. conſtitutus. & c. ad audientiã. el ij. Cõtrariũ procedit, qñ literæ eſſent aliquæ, & ſic proceſſus aliquis. Vel põt dici ſcđm d. Ant. ꝙ hic executor extraiudicialiter ꝓceſſit. & ſic nulla erat litis pendẽtia. dicit ẽt ꝙ vbi lis pendeat inter duos ꝯtẽdentes de beneficio habeat locũ. d. c. j. & ij. tñ qñ lis pẽdet cũ collatore, non priuaẽ ex hoc poſſeſſione ſua: & valebit, qđ aget non obſtante pẽdẽtia talis litis, ꝑ id, qđ leg. & no. in c. j. & ij. & ſ. vt lite penden. de quo in text. & gl. & ꝑ doc. in c. j. & ij. ſ. de reſti. in inte. ¶ Vltimo põt opponi

a Tacita renunciatio. Add hic diſtictio. quã poſuit Hẽr. Boy. I pria. huius c.

opponi,ꝙ ex quo ꝑ Celeſtinũ iſte.B.fuerit inueſtitus
de ꝓpoſitura aureo annullo ſibi deſtinato,collatio al
teri facta non tenuerit.de præben. ſi poſtquam.& c.
ſi clericis.lib.vj. Soluit Inn.primo,ꝙ hic anullus fuit
traditus in ſignũ inueſtituræ.ſ.faciendæ.nõ aũt factæ.
nã iſte.B.fortè non erat in curia.& ſic non fuit inue-
ſtitus.ſed mãdabatᷓ executoribus,vt facerẽt ſibi ꝓui
deri de ꝓpoſitura.& facta collatione illũ annullo in-
ueſtirẽt.& hæc vrᷓ literæ ↄformari.¶Põt dixi ſcd̃o ſm
Inn.ꝙ licèt hic allegaretᷓ inueſtitura. non autẽ ꝓba-
batur.ſecus aũt ſi fuiſſet ꝓbata:quia ex tali,vel ſimili
ſigno inueſtituræ factæ per hñtem ptãtem bñficium
conſerendi transfertᷓ ius in beneficio ſi vacat:quia ꝑ
talẽ inueſtiturã declaratᷓ voluntas conferentis bñfi-
cium:& etiã ipſius ſuſcipientis.qđ ſufficit ad ius ac-
quirendũ.ſicut ↄſenſus eligentiũ,& electi.ſ̃.de elec.
cũ inter canonicos. licèt in ↄ̃ctibus ꝑ inueſtiturã nõ
tranſeat rr̃ dominiũ ſine traditione.per id, qđ hrᷓ in
l.in traditionibus. C.de pac.& idẽ dicit in poſſeſſio-
ne,niſi illa corporaliter apꝓ̃hẽdatᷓ.ꝑ l.ij.§.in admit-
tẽda.ff.de acq.poſ.de hoc tñ,an,& qñ per inueſtitu-
rã acqratᷓ poſſeſſio dixi ſuꝑ gl. ĩ verbo, & ſi mãdatũ,

S V M M A R I V M.

1 *Redditus, ſiue bona capituli non poteſt Epiſcopus pro reſtauratione fa brica ſine conſenſu capituli exponere.*
2 *Maiori parti,an, & quando ſtetur in actibus tangentibus præiudiciũ particularium perſonarum de capitulo. & nu.3.*
4 *Collectã an imponere pñt illi de collegio pro debito neceſſario ſoluẽdo.*

EX parte. Prælatus cum maiori pte
capituli ↄtradicẽte mino-
re ſtatuere põt quo ad neceſſariã repara-
tionẽ fabricæ eccleſiæ, qđ conſerre quili-
bet canonicus teneatᷓ.h.d. In prima facti narratio,&
deciſa ↄſultatio.in ſecunda rñſio.ſcd̃a ibi:ſtatuimus.
¶In tex.ibi: & ĩ.deciditur,ꝙ aliqui ex canonicis cõ-
tradixerunt.& ꝑꝑ hoc Archiep̃s conſuluit Papã qd
eſſet fiendũ,& rñdet.vt ſequitᷓ.¶†No.ex text. ꝙ pro
eccleſia ad reſtaurationem fabricæ non põt Ep̃s ſine
cõſenſu capituli exponere bona,vel redditus capitu-
li.Et ſic no.ꝙ etiã pro actu pio non põt Ep̃s ſine cõ-
ſenſu capituli aliquid de bonis capituli exponere.
¶No. ꝙ ad incõmodũ ſubiecti,& in declarationem
iuris ipſius põt Ep̃s ſtatuere cauſa legitima ſubſiſten
40 ¶†Quærit demum d.Flo.an feudũ reuerſum ad eccleſiam poterit prælatus infeudare etiam poſt annũ, qñcunq; voluerit etiam poſt annum reuerſionis.quidam magni doc.ſm eum conſuluerunt,ꝙ ſic.ſed dicit,ꝙ non bene conſuluerunt, & non fuerunt bñ copioſi in canonibus.nam ſm canones dicendũ eſt contrarium ſm eum:vt no.Arch.in c.j.xxxv.q.viij.vbi dicit Arch.ſcđm eum,ꝙ poterit inſeudare ſolum intra annum computãdum a t̄pe reuerſionis ad eccleſiã, & non poſtea illius c.vbi patet,ꝙ dicũtur nuptię nouæ,quæ intra annum ſunt contractæ.¶ Ad idem allegat quod hr̃ in l.fi.§.quoties.ff.de pub.vbi mancipia dicuntur nouitia, quæ nondum anno ſeruierunt, & anno completo dicuntur vetera. & ſic ꝙ eadem materia feudi dicetur de nouo reuerſum intra annũ tñ. & ſic poſt annum dr̃ applicatum menſæ, qđ dicit eſſe ſingulariter notandum. ¶Et p̄dicta intellige vera niſi appareret,ꝙ prælatus ideo non infeudaſſet: quia volebat inuenire bonum vaſallum: nec prius potuit inuenire.¶ Et ex prædictis hẽs vnum modum ꝑ quẽ feuda incorporantur menſę p̄lati.Alium modum ponit Bar.in l.ſi vacantia.C.de bo.van.li.x. qñ per officiales reputatos bona ſcriberenť ĩ libro vbi ſunt alia bona menſalia.facit qđ hr̃ in d.l.ſi vacãtia.& l.ſi qñ. co.ti.& quod dixi poſt eum.ſ.de reb.eccl.non alie. c.vt ſ.Et in prædictis duobus modis, idem vr̃ tenere Bar.in d.l.ſi vacantia.Et quo ad primum allegat, qđ hr̃ in d.c.vt ſ.ſed certe,vt hic dixi, ille tex.non ꝓbat, ꝙ poſt annum dicatur de menſa, ſi ante non ſit facta inſeudatio:imo potius ꝓbat oppoſitum, vt ibi latius declaraui,& ibi etiam rñdi ad no. per Archid.in c.j. xxxv.q.viij.¶Quo ad ſecundum modum vr̃ poſſe dici,ꝙ ille eſt contra mentem dicti.c. vt ſ.& d.l.ſi qñ. & d.l.ſi vacantia.non vr̃ obſtare: quia vr̃ loqui in diuerſo caſu:vt ibi dixi.vnde prout ibi tetigi. vr̃ demũ dicere incorporata menſæ,qñ per ipſum quadraginta annorum ſic fuit obtenta ad vſum menſæ, & iſtud de iure verius,per ea quæ ibi dixi. tene tñ menti dictos duos modos quos poſuit hic do.Flo.& etiã Bar. in d.l.ſi vacantia.ꝑꝑ autoritatem eorum.¶ Vltimate quærit d.Flor.quia hic permittitur prælato inſeudare rem feudalem occupatam per illum a quo de facili non poteſt reuocari, quid erit de non feudali, ſi erit ſimiliter occupata per eum a quo de facili nō poterit reuocari:an poterit alteri inſeudari,vt ſic faciliter redeat ad eccleſiã.¶ Refert d.Flor.ꝙ quæſtio fuit de facto in ciuitate Paduana t̄pe quo Io.An.ibi legebat.& conſuluit Io.And. ſuper hoc ꝙ fieri non poterat ex eo: quia id ſolum permittitur de re feudali. ¶ Nec obſt.ſi dicatur, ꝙ prælatus non poterat inſeudare,& ſic vr̃ ꝙ erat eadem quæ in feudo:q̃a cũ iſtud ſit exorbitans a iure cōi non debebit extendi ad aliũ caſum.ar.regulæ,quæ de iure.de reg.iur.in vj.Vnde debebit tunc habere recurſum ad ſuperiorem,& vltimate ad Papam pro recuperatione ipſius rei. & ꝓ prædictis facit: quia ſi permiſerũt infeudari dicto caſu res non feudales poſſet aperiri via fraudibus:quia prælatus volens amico inſeudare de nouo poſſet ꝓcurare ſibi, & ab aliquo potente, vt ſic poſſit amico ſuo inſeudare. malitijs aũt via non eſt aperiẽda.ĩ.de diuor.quanto.¶ Vltimo potes addere, vt dixi.ſ.poſt Inn.ꝙ bona quæ ſunt conſtricta infeudari,vel data in emphyteuſim: q̃a in illis alius habet vtile dominiũ, & eccleſia ſolum directum:vt voluit glo.in c.j.de c. Conradi.de vſi.feu.talia bona non cenſentur de mẽſa,ſeu vſibus prælati.& hoc voluit gloſ.ſing.in c.frequens.in glo.no.j.de exceſ.præla.

a ¶Viſum. Do.Andre. Sicu. ponit ſuper hac rub. multũ tractatũ, & multa eleganter more ſuo dicit. vide eum.

¶De pignoribus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Cautio eſt ſimplex.*

a ¶Viſum [a] & tractatum eſt in titulis p̄cedentibus de multis ſpeciebus cōtractuum ex quibus res eccleſiæ poſſent alienari ſaluis in certis caſibus: verũ q̃a poterat dubitari:an & qñ poſſint res eccleſiæ pignori obligari, vel alia cautio ſuper eis interuenire: ideo fuit hic poſita iſta rubr. ¶De materia hr̃ in decretis.x.q. ij.& in c.hoc ius.poſt principiũ. ¶ Et aduerte,per id

1 qđ hic dr̃:& de alijs cautionib⁹,ꝙ multiplex eſt†cautio:vt hic tangit d.Pe.de Ancb.nam quædam eſt cautio ſimplex,& nuda.& hæc conſiſtit in ſola promiſſione.l.ſancimus.C.de ver.ob. Quædã iuratoria in qua interuenit promiſſio cum iuřo.ſ.vt lit.non cōte.qũ. §.in alijs.Quædam eſt cautio ſufficiēs,vel idonea,& iſta dr̃,qñ promiſerunt,& interuenerunt etiam fideiuſſores,vel pignora.l.ſi mandata pignora.§.fi.ff.mã. facit qđ no.in c.j.de ſequeſt.poſ.& fruc. Quædã aũt eſt cautio pœnalis, & fit qñ aliquid permittit ſub pęna.l.ij.§.ſi dubitetur.per gl.ff.de iud. ¶An aũt qñ fit mentio de cautione in dubio debeat intelligi de nuda cautione.an vero de fideiuſſoria, vel pignore: recurrẽdũ eſt ad gl.cũ ibi no.per doc.in l.ſancimus.C. de ver.ob.quia aut verbũ, cautio, ꝓferť cũ adiectione ſufficienti,vel idonea,& tunc intelligitur,ꝙ dẽant dari etiã fideiuſſores,vel pignora per d.l.ſi mandato. §.fi.Aut vero ꝓfertur ſine alia adiectione, & aut ꝓfertur a lege ciuili,vel ꝯtrahentibus:& tũc ſufficit nuda pro-

da promiſſio.d.l.ſancimus. aut profertur a lege prætoria:& tunc requirit̃ ꝙ fiat cũ fideiuſſoribus, vel pignoribus:per id qđ hr̃ in l.ꝓtorio.ff.de præto.ſtip.Et
adde qđ ibi dixi,ꝙ ſufficit nuda cautio,vr̃ ꝙ ſatis debeat fieri cũ obligatione bonorũ per l.filio.& qđ ibi
no.maxime per Bar.ff.vt lega.no.caue.ſatis etiam vr̃
ꝙ tunc debeat promitti ſub pœna cum faciliter fieri
poſſit:licèt non faciliter poſſent dari fideiuſſores,vel
pigno.facit,quod no.gl.in d.c.ſi dubitetur.

SVMMARIVM.

1 *Presbyteri appellatione comprehenduntur clerici inferioris ordinis habentes aliquam adminiſtrationem.*
2 *Ornamenta eccleſiæ pro diuinis officijs deputata prohibentur pignorari.& nume.6.*
3 *Neceſsitas non ſubijcitur legi.*
4 *Libri eccleſiæ non benedicuntur.*
5 *Animæ hominum ſunt cunctis rebus proferendæ.*
6 *Res ſacræ in nullius bonis ſunt.*
7 *Res eccleſiæ pro quibus cauſis poſsint obligari.*
8 *Iura incorporalia eccleſiæ,an poſsint pignori obligari.*
9 *Nomen debitoris,an poſsit in pignore alteri obligari.*
10 *Liber homo non poteſt in pignus dari.*
11 *Captiuum ab hoſtibus redimens : an poſsit illum retinere ad ſibi ſeruiendum.*
12 *Vendere filium,an,& quando poſsit pater.*
13 *Vendere poteſt pater filium propter famem,ſed non econtra.*
14 *Condemnatus pro debito,ſi nõ cedit bonis poteſt capi,& incarcerari.*
15 *Capi an poſsit aliquis.*
16 *Mulier,an poſsit capi pro cauſa criminali.*
17 *Debitor qualiter poteſt caute pro debito capi , & extrahi de domo.*
18 *Debitor,an poſsit renuntiare legi prohibenti debitorem capi in domo.*
19 *Ceſsionis beneficio,an per pactum renunciari poſsit.*
20 *Cogi,an poſsit quis præciſè ad factum.*
21 *Operas ſuas imperpetuum locare,an poſsit quis.*
22 *Soluens pro carcerato eo inuito,an poterit ab eo repetere.*
23 *Soluens pro condemnato ad decem , vel ad amputationem manus eo inuito,an poſsit repetere.*
24 *Pater qui ſoluit pecuniam pro filio capto ab hoſtibus,an computabit in legitimam.*
25 *Capi olim poterat debitor pro debito,& tradi creditoribus puniẽdus.*

NVllus presbyter. Sine cã rationabili non dẽt res eccleſiæ alienari.b.d.
ſm d.Ant.vel aliter ſm d.Flor.res eccleſiæ non debent pignorari ſine neceſſitate.b.d.ſm eũ. Et primo ponitur
dictũ.In ſecũda exceptio,ſcđm eũ.Vel aliter.Res eccleſiæ hic deſcriptæ non pñt pignori obligari: niſi vrgẽte iuſtiſſima neceſſitate.h.d.& in quo differat iſtud
1 ſummariũ ab alijs dicã in gl.¶†In tex.ibi:presbyter.
latè ſumitur vt cõprehendat ẽt clericos inferioris ordinis habentes aliquã adminiſtrationẽ: qa in illis eſt
eadẽ rõ.facit,qđ hr̃ in c.ij.de coha.cle.& mu. Itẽ ibi:
2 in vadiũ,vel pignus:& ſic facit titulũ. ¶†No.hic multas res mobiles eccleſię,q̃ prohibent̃ a clericis pignorari niſi vrgẽte neceſſitate , hodie eſt prouiſum in cle.
ſi beneficiorũ.de deci.ꝙ res hic nominatæ, & aliæ, q̃
ſunt deputatæ ad ornamenta eccleſiæ nõ pñt capi,pignorari,vel diſtrahi. aut modo aliquo tolerari ꝑ collectionẽ decimarũ.Alia aũt ornamenta eccleſiæ,quę
non eſſent deputata pro diuinis officijs bene poſſent
capi,vel pignorari ꝑ ipſos collectores:vt ibi voluit gl.
3 ¶†No.ꝙ in caſu neceſſitatis:aliàs prohibita conceduntur:nec mirũ,qa neceſſitas non habet legem: ſeu nõ
ſubijcitur legi.l.j.C.de ope.lib.de conſe.diſt.j.ſicut.
& de conſue.quãto.vnde in caſu neceſſitatis, qñ qs
aliter non euaderet licitè ſe defendendo alium occideret.in cle.ſi furioſus.de homi.& l.ſcientiam.§.qſitus.cum alle.ff.ad leg.Aquil.& ſimiliter alienam domum licet deſtruere cauſa arcendi incendium.l.ſi
alius.§.belliſſimè.ff.quod vi aut clam.Et etiã furtum
cõmittere in c.iij.& quod ibi no.ĩ.de fur.Nam vt ibi
dicit gl.tꝑe neceſſitatis, ne quis famæ pereat,intelliguntur omnia cõia . ideo ne quis famæ pereat licitũ
erit furari tñ,ꝙ ipſe ꝑꝑ hoc non pereat : & ſimiliter
etiam ꝑꝑ neceſſitatem famis pater põt filium occidere:vt tangit gl.¶†In ea.gl.ibi:nõ benedicuntur, libri
4 ſcilicet eccleſiaſtici,qđ intellige ſingulariter,ſed fallit in miſſali,qui debet benedici. & habet orationes
ſuas in libro pontificali.dicit tñ Io.An.ꝙ calix,& patena,& veſtimenta ſacerdotalia bene habent certam
benedictionem,vel certã ꝯſecrationem:vt colligitur
ex bis quæ hñr in c.vno.ad fi.de ſac.vnc.& ita voluit
Hoſti.finaliter,tñ dicit Io.And.ꝙ æquè põt diſtingui
inter bñdictionẽ,q̃ fit cũ vnctione,vt contingit in ea
q̃ fit in calice,& patena:vt patet in d.c.vno.Et benedictio q̃ fit ſine vnctione etiã contingit in ea q̃ fit de
miſſali,& de veſtimentis ſacerdotalibus.¶Forte voluit Io.An.ꝙ vbi fit benedictio ſine vnctione , ꝙ põt
dici ꝓcedere ſtricto ſumpto vocabulo, ſed latè ſumpto vocabulo.Põt ẽt dici res ſacra q̃ etiã non benedicit̃:prout vr̃ voluiſſe Hoſti.¶Et per prædicta vr̃ ꝙ gl.
non bene facit miſcere veſtimenta,& alia q̃ benedicuntur cũ libris qui non bñdicunt̃ . tñ gl.põt ſaluari
quo ad tex.quia oẽs res hic noĩatæ prohibent̃ pignorari,niſi in caſu poſito in litera.¶In ea.gl.in fi. potes
dicere , ꝙ illa quæ hic noĩantur fortius prohibent̃ in
pignore obligari,q̃ aliæ res eccleſiæ ex eo: quia ſunt
deputatæ ad cultũ diuinũ: & ideo licèt aliæ res eccleſiæ poſſint alienari ſuadẽte aliqua neceſſitate,vel vtilitate eccleſiæ:vt in c.nulli.alle.in gl.& xij.q.ij.c.ſine
exceptione . tñ vr̃ ꝙ res hic nominatæ non poterunt
ꝑꝑ neceſſitatem alienari:ſed demũ ꝑꝑ iuſtiſſimã cauſam neceſſitatis:puta ꝑꝑ captiuos redimendos:vel ꝓpter alimentationẽ pauperũ qui aľr ali nõ pñt : vt tãgit gl.ſequens.& l.ſancimus.C.de ſacroſ.ecc. & per
hoc patet ꝙ differunt res hic noĩatæ ab alijs rebus eccleſiæ,& pro tãto dedi tertium ſummariũ.¶In gl.ij.
ibi:& ꝓ ꝑdicto intellectu bene facit tex.ĩ.& l.ſancimus nemini.C.de ſacroſ.ecc.& xij.q.j.præcipimus.
qui vr̃ velle,ꝙ ẽt ſit ſpeciale in dictis caſibus ex eo: qa
5 † animæ hominũ ſunt ꝓferẽdæ cũctis rebus. facit qđ
dicetur ſuper gl.ſeq. ¶In gl.ij.ibi:caperentur.ſup.&
aliunde non poſſent redimi . & eodẽ mõ.ſupple,qđ
ſubijcit gloſ.pro pauperibus alendis.ſupple,qñ bene
6 aliunde ali non pñt. ¶†In ea.gl.ibi:a cõtrario ſenſu.
Nam dicta iura vñr velle, ꝙ res q̃ non ſunt in noſtro
commercio,& ſic vendi non pñt, nõ pñt ẽt obligari:
ſed res ſacræ non ſunt in noſtro commercio: quia in
nullius bonis ſunt.inſti.de rerum diui.§.ſacra . ideo
videtur ꝙ non poſſunt obligari.facit.l.j.§.eandem.al
leg.in gl.quæ dum dicit.ff.e.ti.l.puta legaliter.ff.quę
7 res pig.obli.poſ.¶†In ea.gl.in fi. idem tenent Goff.
& Inn.& ſic videtur velle Flo.& pręcdicti,quòd aliud
ſit ſcđm leges:aliud ſit ſecũdum canones.& ꝙ canones in hoc præualent,& ſic videtur velle gloſſ. quòd
ſecundum leges etiam in caſu , de quo in gloſſ.non
poſſunt res nominatæ in litera pignori obligari . ſed
Hoſt.tenet contrarium dicens,ꝙ etiam ſecundum leges in dicto caſu poſſunt obligari:vt eſt caſus in §.ijſdem pœnis.allega.in gloſſ.& bene facit quod habetur in l.ſancimus nemini.& ſic gloſ. non videtur bene dicere.ſed do.Flor.ſaluat gloſſ.inquantum dicit,
ꝙ canones præualent ex eo: quia canones expreſſius
dicunt quàm leges, ſed certè ſatis exprimitur in legibus.d.§.ijſdem.& in d.l.ſancimus nemini.& ſicut ꝑdicta ſaluatio non videtur bona : & per conſequens

gl.non vĩ bene dixiſſe. Quod autem pro dicta cauſa
poſſint res obligari.dic ꝙ ſic:quia veriſimile eſt Chri-
ſtũ q eſt dñs rerum eccleſiæ in c.eãm.de verb.ſig. &
per Inn.in c.cũ ſup.de cauſa poſ. & vĩ etiam velle, ꝙ
bona eccleſiæ diſtrahantur& obligenẽ pro redẽptio-
ne captiuorum:& ſic pro redemptione animarum,cũ
pro illis etiã effuderit ſanguinẽ ꝓpriũ:& ideo obliga
tio facta de dictis rebus valet , ſeu volente dño tenet
per id,qđ hẽ in l.alienam.ff.de pig.actio.facit ad p̃di
cta qđ no.xij.q.ij.in c.hoc ius.in glo.quia ad ꝓpha-
nas.vbi gl.tangit,an qñ iſte res obligantur in caſu li-
cito cadat ius obligationis in illis. nam ſcđm vnam
opi.ꝙ ſic,ꝙ poſſint res ſacræ obligari . vĩ tñ qñ vẽdit
calix, vel patena dẽre conturbari,ſi vẽderet priuato.
per id, qđ hẽ in l.ſancimus nemini. vel fortè etiã põt
dici ſpeciale,ꝙ poſſit vendi in eadem forma.videtur
tñ ꝙ priuatus non deberet illis vti ad vſum ꝓphanũ:
ſed poſſet vendi alteri eccleſiæ , vel alicui ſacerdoti
indigenti.per id,qđ dixit glo.j.ſecundũ alium intel
lectum quẽ ponit gl.prędicta,q̃ incipit ad ꝓphanos.
põt dici,ꝙ in eis ꝯſtituitur ius pignoris in rebus hic
noĩatis:tales poſſunt retineri,ex quo pignoranẽ:acſi
in eis ꝯſtituerẽ obligatio:ſicut in ſimili dicitur,ꝙ ẽt
interdum pro re non obligata retinetur pignus. fa-
cit,qđ not.in c.ex reſcripto.ſ.de iureiurã.& xxiij.q.
8 viij.c.vt pridẽ.¶†Extra gl. q̃ritur de vno:an iura in-
corporalia poſſint pignori obligari : puta iuriſdictio,
iuſpatronatus , & ſeruitutes perſonales.& reales,&
pedagiũ.Barto.tetigit in l.ſi is qui.§.an vſuſfructus.ff.
de pigno.vbi concludit, ꝙ ſi conſiſtant in noĩbus,vt
iuriſdictio,& ius,qđ habet dñs in vaſallo, vel patro-
nus in liberto.& iſta non poſſunt obligari, niſi in cã
magnæ neceſſitatis:vt hẽ in l.pro hærede.§. qui tñ.ff.
de acquir.hæredi. & in l.ij.C.de ope.liber.& in l.cũ
vero.in princi.ff.de fideicom.liber. ¶Quædam ſunt
iura quæ cõſiſtunt in re:vt iuſpatronatus in eccleſia,
ius percipiẽdi pedagium in loco : & ſi ſunt aliqua ex
quibus non percipitur cõmodũ pecuniariũ : tunc nõ
poſſunt obligari.de re iud.l.cum Bertoldus.& qđ hẽ
in l.planè.ff.de leg.j. ſecus ſi ſunt talia ex quibus cõ-
modũ pecuniarium poſſit percipi;. per ea quæ hñr in
d.§.vſuſfructus.& ibi patet,ꝙ vſuſfruct⁹ põt obligari
& ſic ſeruitus perſonalis:& etiã põt obligari ſeruitus
filialis,ſi eſt ſeruitus prædiorum ruſticorũ :puta ſer-
uitus eundi de vno fundo ad aliũ. ſecus in ſeruitute
vrbanorũ prædiorũ.l. in his qui.§.ſi.cũ l.ſeq. qđ in-
telligit ibi Bar.ꝓcedere,niſi obligatio prædij vrbani
fieret eo caſu in quo eſſet ratio quę eſt in ſeruitute p̃
dij ruſtici.nã tũc idẽ eſt dicendum. ar.l.illud.ff.ad le.
9 Aquil.& ſ.de tranſl.c.ij.¶†An aũt nomen debitoris
poſſit in pignore alteri obligari.& dicit,ꝙ ſic l.nomẽ.
C.quæ res pig.ob.poſ. Et ex tali obligatione quærĩ
vtilis actio cui obligatur nomen ꝯtra debitorẽ,cuius
nomen obligatur:vt patet in l.nomen.An autẽ dicta
vtilis actio poſſit intentari contra debitorẽ ipſum nõ
facta excuſſione bonorũ obligantis ipſum nomen.tã
git Cy.in d.l.nomen.& concludit,ꝙ ſic:licẽt aliàs ſit
qñ res corporalis fuit obligata : quia contra tertium
poſſeſſorẽ non poſſet agi,niſi prius facta diſcuſſione
bonorũ debitoris,in auth.hoc ſi debitor.C.de pig.&
idẽ Bar.in l.ſi ꝯuenerit.ff.de pig.ac.& q̃a olim de iu
re antiquo nõ erat neceſſe p̃tendere excuſſionẽ.l.di-
ſtractis.C.de pig. & ſolũ reperiẽ mutatũ in reb⁹ cor-
poralib⁹:iõ ĩ incorporalib⁹ erit ſecus,cũ correctio ſit
euitãda , & nõ hẽat locũ niſi expreſſe.l.p̃cipimus.C.
de appel.c.cũ expediat.de elec.in vj.Labor.hoĩs ẽt ſi
nõ ſit ſoluẽdo nõ dẽt ꝓ debito retineri, & nõ põt cõ
10 mode diuidi.¶†Nota ꝙ liber homo nõ p̃t in pignus
dari etiã in ſubſidiũ aliarũ rerũ deficientiũ: imo ho-
die puniẽ recipiens liberũ hoĩm in pignus perdit de-
bitum,& tñ de ſuo ſoluit,& etiã corporali ſupplicio
puniẽ:vt probaẽ in auth.vt nulli iudicũ.§.q̃a verum.
col.x.Et ratio eſſe põt,q̃a res quæ non ſunt in noſtro
cõmercio nõ pñt obligari.l.j.§.enim.ff. q̃ res pig.ob
li.poſ.liber aũt homo non eſt in dñio alicuius.nam
ẽt nemo eſt dñs ſuiipſius, vel mẽbrorũ ſuorũ : intel-
lige , vt poſſit quis dici habere ipſum dñium quo ad
proprietatẽ:prout habet in illis rebus.l.liber homo .
ff.ad l.Aquil.aliàs autem bene videtur eſſe dñs mẽ-
11 brorũ ſuorum quo ad poteſtatem vtendi illis. ¶†In
gloſſa ibi:ab hoſtibus retinetur. ſupple ſi redimaẽ ab
aliquo.nam redimens põt retineri illũ ad ſeruiendũ
tanq̃ ſibi obligatũ:qđ eſt verũ hodie vſq; ad q̃nquẽ-
nium.ſi aũt ſeruierit p quinquẽniũ poſt redẽptionẽ:
tunc recuperat libertatẽ.l.ab hoſtibus.& l.vlt. alleg.
in glo.recuperat etiam illam ſi reus remittat ſibi ius,
12 quod habet in eo.l.Senatus.§.ſi.ff.de leg.j.¶†In ea.
glo.ibi:in maxima neceſſitate.puta pp famem: vt hẽ
in l.ij.alle. in gl. qđ non debet extendi ad alium ca-
ſum, cum in exorbitantibus a iure non debeat fieri
extenſio.de reg.iur.quæ. in vj.& qđ ibi not.per Dy.
& Io.And.ĩ.de inſan.& langui.c.vno. Refuſo tamen
pretio emptori recuperabit filius priſtinã libertatẽ:
vt probaẽ in l.ij.alle.ſ.cũ ibi no.An aũt anteq̃ pro eo
ſoluaẽ debitum,vel detur ſeruus. æqualis valoris fi-
lius venditus ſit ſeruus creditoris.an vero ſit obliga-
tus ſeruire creditori tanq̃ ſeruus.tetigit glo.d.l.ij.vbi
ponit opi.finaliter dicit,ꝙ interim ſit ſeruus. qđ te-
ne menti.Et per prædicta dixit Iaco.de Are. vt refert
12 Cy.in d.l.ij.ꝙ ſi quis † hẽt panẽ,& vidit patrẽ ſuũ, &
filiũ ſuũ famę perire,ꝙ potius dẽt ſubuenire pr̃i q̃ fi-
lio:quia pater põt vendere filiũ propter famẽ: nõ aũt
filius patrem propter dictam neceſſitatẽ:licẽt alij ali-
ter dixerunt.quod tene menti.¶In eadem gl.ibi , ex
reſcripto.de hoc dic,vt no.per gl.& doc. vĩ tñ ꝙ qñ
ab hoſtibus Romani imperij, vt ſunt infideles datur
obſides Imperatori pro aliqua cauſa,vel Papæ,ꝙ ta-
les interim poſſint teneri tanq̃ obligati per l. diuus.
ff.de iure fiſci.& ideo tales ſunt innominati , quod
ſerui cẽſenẽ quodãmodo.Adeo,ꝙ nõ poſſunt teſtari
vt ibi dicitur.ſed vbi liber homo datur pro obſtagio
occaſione alicuius debiti priuatę perſonæ:an tunc id
fieri poſſit hẽ in c.ex reſcripto. de iureiu.& ibi ẽt di-
xi.nam ſine eius conſenſu non põt dari: vt hic patet.
An autem,cum eius conſenſu dari poſſit:& ſi deẽ, an
aliqđ ius q̃ratur, necnon,vide ea,quę hñr in d.c.ex
reſcripto.gl.tñ in l.ij.C.de patri.qui fi.diſtraxe.dicit
ꝙ licẽt de iure liber homo non poſſit dari obſidẽ pro
debito:ſed per conſuetudinẽ vſurpatũ eſt contrariũ:
& ſic qđ in die de facto ſeruatur. Conſuetudo autem
13 habet vim legis.l.de quibus.ff. de legi. ¶†In eadem
gl.ibi:ordinarium.i.regulare.Idem ibi cũ bonis cedit
liber vadat.& ſic vult gl. a ꝯ̃rio ꝙ ꝯdẽnat⁹ pro debito
ſi nõ cedit bonis poſſit capi,& incarcerari. & hoc cla
rius dicit gl.ſequens.qđ intellige verũ,qñ ꝯdẽnatus
nõ ſoluit id ad qđ eſt ꝯdẽnatus:nec alius pro eo , &
ante facta excuſſione bonorũ ipſius ꝯdẽnati nõ aliàs
niſi facta fuit excuſſio non vĩ poſſe incarcerari ex eo
maximè,ad hoc vt poſſint capi nomina debitoris pro
executione ſnĩæ debet præcedere excuſſio bonorũ:
& demũ,ſi non reperianẽ mobilia, nec ĩmobilia: vel
deuenietur ad capiendũ noĩa pro executione ſnĩę.l.
a diuo Pio.§.in venditione.ff. de re iudic. ſic multo-
fortius dicimus,ꝙ anteq̃ deueniaẽ ad captionẽ pſo-
næ debebit fieri diſcuſſio bonorum debitoris.Primo
mobiliũ.Secundo immobilium.Tertio noĩa debito-
rum.&

rũ.& ſi his nõ põt ſatisfieri debitori tunc poterit de-
ueniri ad capturã pſonæ condẽnati in ſubſidiũ.& ita
voluit glo.q̃ reputaĩ ſingularis in l.pe.ff.de ſuſpe.tu.
& ibi per Bart. & hoc tene menti pro limitatione,&
declaratione huius gl.& ſequentibus.& eius,qđ le-
gitur & nota.in l.j.C.qui bo.ce.poſ.¶In eadem gl.
in fi.Ioã.And.poſt Hoſti.addit alios caſus in quibus
quis põt capi.Nam aliud eſt in libero hoĩe ſuſpectus
& malemerito ratione maleficij cõmiſſi.s̃.de depo.
c.j. ¶Itẽ in teſte vacillãte.l.ex libero.ff.de qõ.Item
in raptore virginis, ſi fugiat ad eccleſiã non ſeruatur
ei vita, ſed cogitur ſeruire vbi ſe redimat ĩ c.raptori-
bus.xxxvj.q.j.& q̃tum tẽpus debeat ſeruire.Do.non
dixit,ſed dicit,ꝙ erit in arbitrio iudicis : vt voluit gl:
in illo c. præallegato.c. de raptoribus.ſuper verſi.ad
deſeruiendum.gl.tñ tranſiuit ad alium intellectum.
¶Item eſt,& alius caſus in committente crimen ca-
pitale : vel quia inducat pœnam capitalem.l.j.C.de
rap.vir.dum tñ ducatur ad iudicẽ poſt capturã intra
tempus ſtatutũ.l.capite quto.ff.de adult. qđ eſt tp̃s.
xx.horarũ:vt patet.Item aliud eſt in iudice q̃ poteſt
pro cauſa criminali faceret quẽ capi:& etiam de do-
mo extrahi:vt no.in l.ſed & ſi his. ff.de in ius vocan.
& in l.nemo de domo.ff.de regu.iur.facit,quod ha-
betur in l.j.C.de offi.diuer.iudi.quod dicit do. Ant.
procedere except a muliere , per id quod hr̃ in d.l.j.
cum auth.ibi poſita. ſed melius facit, quod habetur
in auth.nouo iure.C.de cuſto.reo.de quo inferius di
cetur. ¶Item fallit de debitore ſugiente cum pecu-
nia.l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.quæ in frau.cred.&
not.in c.cum non ab homine.s̃.de iudi. ſuper prima
glo.& ibi etiã not.An hoc procedat in laico volente
capere clericum ſugientẽ cum pecunia, & cõiter te-
netur:ꝙ ſic:ſi capiaĩ,vt ducaĩ ad iudicẽ eccleſiaſticũ:
licèt aliq̃ ꝯ.de quo plenius ibi no.¶Itẽ fallit , qñ q̃s
eſt debitor in diẽ quæ nõdũ venit,& ſuſpectus eſt de
fuga,nõ p̃t tũc capi,vt creditorẽ faciat ſecurũ , dẽbit
tñ prius de ſuſpectione cõſtare.l. hoc aũt.§.j.ff.ſi cui
plus q̃ per leg.fal.¶Item fallit in debitore publica-
rũ punitionũ.l.ij.C.de rap.tribu.& ſic reſidet Io.An.
& do.Ant.poſt eũ.Si autẽ potes dicere clarius,& me
lius in hac materia:prout tetigit Bart. in l. ſacrilegij.
§.Labeo.aliàs eſt l.cum eo.ff.ad le.Iul. pecu.Et tãgit
15 etiam do.Pet.poſt Bar.¶†Vnde dic ſi quæratur , an
quis poſſit capi.Quod aut quæritur,vt quis poſſit ca
pi a priuata perſona:aut an poſſit capi a publica:puta
a iudice,vel eius autoritate.Primo caſu aut quęritur:
an quis poſſit capi a priuato pro debito:& tunc dic ꝙ
non poteſt capi per l.non eſt ſingularis.ff.de reg.iur.
Fallit , qñ debitor alicuius fugit cũ pecunia debita:
quia tunc põt capi, vt pbãt in d.l.ait prætor.§. ſi de-
bitorẽ.ſuperius allega.Et vĩ ꝙ poſſit capi, vt ducatur
ad iudicem : cuius autoritate recuperet pecuniã,per
ea quæ hñr in d.§.ſi debitorẽ . An autem licitum ſit
laico capere clericum debitorẽ ſugientẽ cũ pecunia
debita dixi. ſuperiꝰ.& no.in c.cũ nõ ab hoĩe.s̃.de iu
di.ſuper.j.gl.Aut quæriĩ, an pro crimine poſſit quis
capi per priuatã perſonam:& tũc dicit, ꝙ ſi repetitur
delinquens in actu criminis:& ſic in fragranti crimi-
ne poterit capi , ſi crimen ſit tale,ꝙ inducat pœnam
capitalẽ:aĩs pœnã corporalẽ.l.j.de rap.virg.l. ſi q̃s in
ſeruitute.ff.de fur.& intellige ꝙ poterit capi , vt de-
tineaĩ vltra ſpatiũ.xx horarũ , ſi intra illas ducaĩ ad
iudicẽ.l.capite quinto.ff.de adul.Scđo caſu,qñ quæ
riĩ,qñ q̃s poſſit capi a iudice,vel eius autoritate.con
cludit Bar.vt.s̃.quia aut q̃riĩ,an q̃s poſſit capi p cri-
mine. & dicẽdũ eſt, ꝙ ſic.& p illo poterit extrahi de
domo:vt no.gl.in l.nemo de domo.ff.de re.iur.& in
l.ſed & ſi his.ff.de in ius vocan.& probaĩ in l.ſi vero
q̃s cõprehenſorũ. in auth. vt nulli iudi. col.ix. Fallit
ſcđm Bar.in muliere q̃ non põt capi , nec extrahi de
domo etiam pro cauſa criminali per l.j. C. de off.di-
uer.iudi.cũ auth. ibi poſita. ſed certe ibi nihil dr̃ de
cauſa criminali, ſed ſolum dr̃ , quòd pro caſu ciuili,
vel fiſcali non dẽt mulier extrahi de domo nec capi.
16 ¶†Vnde in hoc, ſi q̃riĩ:an mulier p cauſa criminali
poſſit capi.recurrendum eſt ad auth. noui iuris,C.de
cuſt.reo.ibi vr̃ dici,ꝙ mulier poſſit capi pro crimine,
ſed tñ non debet incarcerari , ſed detrudi in aliquo
monaſterio cuſtodienda.Hodie vero de cõſuetudine
ſeruaĩ , ꝙ poniĩ in carceribus ſeparatis a carceribus
hoĩm,vt docet experiẽtia: aut q̃riĩ, an poſſet q̃s capi
a iudice,vel eius autoritate pro debito:& tũc dicit,ꝙ
pro debito fiſcali poteſt quis capi per d.l.cũ eo. alias
eſt.§.Labeo.vt pręd ixi.non tamen debebit incarce-
rari,niſi fuerit in contumacia non ſoluendi per l.ne-
mo.C.de exac.tribu.lib.x.ibi, tamen vr̃ velle,ꝙ non
ponatur in carceribus, ſed detineatur in palatio ſub
cuſtodia.facit qđ not.Cy.in l.j.C.qui bo.ce.poſ.in j.
q.aut quæritur , an poſſit quis capi autoritate iudicis
pro debito priuatæ perſonæ:& tunc aut quæritur,an
poſſit extrahi de domo.& dicendum ꝙ nõ.l.plerique.
ff.de in ius voc.in l.nemo de domo.ff.de reg.iur.aut
q̃ritur,ſi reperitur extra domũ,an poſſit capi.& tunc
dicit,ꝙ aut aliàs fuit in iudicio , & præſtitit cautionẽ
de iudicio ſiſti.& tunc poterit capi,ſi nõ cõpareat ad
finẽ,vt veniat ad procedendũ in cã,in auth. de exhi.
re.§.ſi vero.etiã q̃dã iurẽt nõ tñ incarcerabiĩ, ex quo
non conſtabat de debito.aut aliàs nõ fuit in iudicio ,
& tunc dẽt capi anteq̃ citatus fuerit ter , vel vnica ci
tatione perẽptoria,& nõ ꝯpareat. Poſtea autẽ erit in
arbitrio iudicis,an velit ipſum facere capi, vt veniat
ad pcedendũ.an vero procedat ad alia remedia pdi
ta a iure ꝯ contumacẽ:de quibus in l.cõſentaneũ.C.
qũo,& qñ iud.pro debito tñ nõ debebit poni in car-
ceribus anteq̃ cõſtet de debito:& ſic anteq̃ ſit condẽ
natus.Poſtea vero ſic,& ſic poſt ſnĩam ꝯdẽnatoriã q̃
tranſiuerit in rẽ iudicatam poterit capi pro debito,&
incarcerari,ſi nõ ſoluit intra tempus ſtatutum a iure
de quo in c.quærenti.s̃.de offi.dele.& hoc ſi non ce-
dit bonis.ſecus ſi cederet bonis,vt voluit gloſſ.& ſic
tranſit Bar.in loco p̃all.& d.Pe.hic: ſed qđ dixit cõ-
dẽnatũ non ſoluentẽ,ſi non cedit bonis poſſe capi,&
incarcerari,intellige verũ ſi priꝰ facta fuit excuſſio bo
norũ ipſius debitoris.primo mobiliũ.ſcđo ĩmobiliũ,
& tertio nominũ debitorũ.& ſi ex illis non poſſit ſa-
tisfieri , aliàs nõ p̃cedẽte dicta excuſſione de iure cõi
non poſſet capi quis p debito,& incarcerari.p id qđ
no.gl.in l.ij.§.pe.ff.de ſuſpec.tut.vt s̃.tetigi.qđ tene
menti.ſtatuta tñ qñq; aliter pujident,& illa ſeruãda
eſſent in loco ſuo.per id , qđ hr̃ in l.oẽs populi.ff.de
17 iuſti.& iur.¶†Ex his tñ quæ dicta ſunt dat Bar.cau-
telã ad hoc,vt poſſit debitor priuatæ perſonæ capi p
debito, ſeu detineri in carceribus. nam ſi debitor ci-
tatus ter ſit ꝯtumax,& non cõpareat,& ſtet in domo
& illam non exeat,poterit iudex rõne cõtumaciæ il-
lum mulctare:& ſic imponere ſibi mulctã, ſeu pœnã
applicandã fiſco.per id, qđ hr̃ in l.j.ff.ſi quis ius di-
cen.non obtem.& facit,qđ not.in c.tuæ.s̃.vt lit.non
ꝯteſta.& in l.mulctarum.C.de modo mulct.vñ pro-
pter illam poterit extrahi de domo,cũ ſit pęna crimi
nalis.Propterea,quia imponitur ratione cõtumaciæ
quæ cenſetur eſſe delictum.l.omne delictum.§. con
tumacia.ff.de re milita.& q̃a pęna venit applicanda
fiſco.vñ etiã ex hoc cenſetur cã criminalis.p id,qđ
no.gl.in l.iij.ff.de ſepul.vio.in §.j.& poſtq̃ fuerit ca-

Cogi an quis poſſit præciſè ad factum. vide in l.j.§.hoc autem iudicium.ff. de op.no.nū. & ibi, per doc.

ptus pro dicta cauſa poterit recōmendari in carceri-
bus ꝓ debito ipſius priuati.per id,qđ legit̃, & notat̃
maximè ꝑ Bar.in l.ij.ff.de cuſt,reo.qđ tene mēti.Et
per p̄dicta ſit expedita materia. An & qñ poſſit quis
capi.¶ In gloſ.fina.ibi:ſi bona cedit.Aduerte tamen
vt tangit hic do.Flo.ꝙ demum poteſt cedere ſi fatea-
tur ſe debitorem,vel ſit conuictus,& condēnaus. nā
tunc aliter non poteſt cedere bonis,niſi creditor cō-
ſentiat per l.penul.ff. de ceſſ.bon. & ibi per gloſſ. &
18 Bartol.¶ †Sed iuxta prædicta quæri poteſt nunquid
legi prohibenti quem capi pro debito,poſſit per pa-
ctum renunciari.Spec.tetigit in ti.de renun. & con-
cluſione.§.j.ver.item eſt beneficium.vbi vr̃ dicere ꝙ
aliqui tenebant,ꝙ ſic.& propter hoc ſcđm eū aliqui
doct.Bonoñ.qñ mutuabant pecuniam ſcholaribus
faciebant eos renunciare legibus prædictis:vt ſic pro
debitis poſſent detineri,ſed ipſe tenet cōtrarium di-
cens,ꝙ pactū non valet.per id, quod hr̃ in l.ob es. &
Imo.in auth.ibi poſita.C.de act.& oblig.fallit ſcđm
eum in ſcriptoribus qui pñt in carceribus poni,vt cō
pleant ſcripturas quas promiſerunt ſcribere. per id,
quod not.glo.in l.ſtip.§.ſiue.ff.de noui oper.nun.&
ſimiliter fallit in obſidibus qui tanq̃ obſides ſe ob-
ligarunt.per id,qđ hr̃ in c.ex reſcripto.de iureiuran.
de quo dicēdū,vt ibi hr̃,& etiam ſuperius dixi ſuper
prima gl.Io.And.in addi.Spec. ſuper dicto ver.item
eſt beneficium.dicit ꝙ hæc quæſtio recidit in illam,
19 an † per pactum poſſit renuntiare beneficio ceſſionis
bonorum dato a iure.nam videtur ꝙ ſic: quia olim ꝑ
legem antiq̃ poterat quis capi pro debito , vt not.in
l.j.& in l.fi.C.qui bo.ce.poſſ.ergo videtur ꝙ poſſit ꝑ
pactū induci.ar.l.non impoſſibile.ff.de pac.In cōtra-
rium facit : quia induceret tale pactū q̃dā ſpeciē ſer-
uitutis.facit l.Titio centum. §.j.cū ibi no.ff.de cōdi.
& demon.quæ non poteſt induci etiam per conſen-
ſum.l.nec ſi volens.C. de liber. cau. & l.j.& ij. ff.de
libe.cau. & hanc partem tenebat Dy. & etiā Richar.
Malum.p id,quod hr̃ in præalleg.l.ob es.& in auth.
ibi poſita.ſed Iaco.de Are.vt tangit Cyn.in l.j.C.qui
bo.ce.poſ.diſtinguit an renunciatio fiat in cōtractu ,
& tunc valebit tanq̃ veſtita cohærētia contractus: an
poſtea ex interuallo tunc non valebit per l.iuriſgen-
tium.§.quinimo.ff.de pac.& hanc opi.dicit do. Flor.
hic eſſe veriorem de rigore iuris.nam poteſt quis te-
neri in carceribus eo volente: puta pro obſide , vt.ſ̃.
dictū eſt:nec vr̃ eſſe contra bonos mores ex quo cō-
ſenſit:& lex permittere videtur.C.qui bon.ce. poſ.l.
vlti.ſed alia opi.ſcđm eum eſt benignior. & ideo ſe-
quenda per c.fina.ſ̃.de tranſac.Barto. in l.alia.§. ele
ganter.ff.ſolu.matr.tenet, ꝙ rñ tale pactum, & talis
renunciatio non valet,fallit in duobus caſibus. Pri-
mus eſt,qñ debitor diſſipaſſet bona in fraudem cre-
ditorū per.l.fi.circa fi.ff.quę in frau.cre.Secūdus eſt
ſi tempore quo cōtraxit ſciebat ſe non eſſe ſoluēdo.
& doloſè illud tacuit per l.penul. ff.de iure do. aliàs
non valeat per rationes Dyn.nec ob. ꝙ olim poterat
fieri per legē captura anteq̃ introduceret̃ beneficium
ceſſionis:quia non ſequitur ꝙ poſſit fieri per pactum.
nam licèt aliqñ illud,qđ fit per legem poſſit fieri per
pactum: nō tñ ſemper omne id,qđ pōt fieri per legē
pōt fieri per pactū,vt probat̃ ex his q̃ legunt̃. & not.
in l.neq; pignus.§.priuatorū.ff.de re.iur. facit, quod
no.per Bart.in d.l.nō impoſſibile.& in l.omnes pop.
in illa qōne,ſuper quibus poſſint fieri ſtatuta.Itē non
ob.§.quinimo. quia loquit̃ in alia materia in qua nō
induceretur ſpecies ſeruitutis. Item non ob.c.ex reſcri
pto.de iureiur. quia illud per conſuetudinē eſt vſur-
patū,ꝙ dētur obſides pro debito, ſed de iure eſſet ſe-
cus vt voluit gl.in l.ij.C.de patri.qui fil.diſtra.& di-
20 xi ſuperius.¶ †Et p̄dicta faciunt,nunquid quis poſſit
cogi præciſè ad factum, & an quis poſſit locare ope-
ras ſuas in perpetuum . ſuper primo fuerunt multæ
opi.de quibus per Bar.in l.ſtipulationes non diuidū-
tur.ff.de verb.obl.in viij.q.ibi finaliter concludit, ꝙ
rīr non poteſt quis cogi præciſè ad faciendum illud
ad qđ quis ſe obligauit,ſed ſufficit ſoluere intereſſe,
ſi non facit per d.l.ſtipulationes. in ver.celſus. & in
l.ſi quis ab alio.§.fin.ff.de re iudi.facit, qđ no.Inno.
in c.ſacro.ĩ.de ſent.excō.fallit,qñ quis eſt obligatus
ad aliquid faciendum ex diſpoſitione legis,vel ex ob
ligatione ſuccedēte loco obſonis legalis per dictam
l.ſtipulatio.§.ſiue.Item fallit, quando quis ex vltima
voluntate eſſet obligatus per ſe.l. fideicōmiſſa.§.fi.
de lega.iij.& hoc,qñ aliquid eſt fiendum extra iudi-
cium.Si vero eſſet fiendum in iudicio : an tunc poſſit
cogi quis præciſè ad illud faciēdum , recurrendū eſt
ad notata per text.& gl.cū ibi not.l.ſed & hę.§.præ-
ter.ff.de procu.& per prædicta dicit Bart.ꝙ de ſupra-
ſcripta nō poſſet carcerari, vt ſic p̄ciſè cōpellatur ad
ſcribendum,ſed poſſet liberari ſoluendo intereſſe, li
cèt glo.dixerit contrarium in d.§.ſiue. quem videtur
ſequi Spec.in loco ſuperius allegato.& miratur Bar.
quomodo ſcriptores non deſtruxerunt iſtā gl.Io.An.
in addi.Specu.dicto verſi.item eſt beneficium.videt̃
dicere,ꝙ ſi fuit electa induſtria perſonæ. prout in du
bio præſumitur per l.inter artifices.ff.de ſol. ꝙ pote-
rit tūc pręciſè compelli,& in carceribus detineri , ſi
timeatur de fuga. ſecus ſi non eſſet electa induſtria
perſonæ.& iſtam partem vr̃ tenuiſſe Cy. Bar.tamen
non placet de iure,ꝙ etiam ſi ſit electa induſtria pſo
næ poſſit præciſè cōpelli:imo ſcđm eū debet liberari
ſoluēdo intereſſe.& ſic gl.præal.nō vr̃ vera ſecūdum
eum,niſi dicatur,ꝙ propter fauorē publicum, & ſtu-
dij procedat illud, qđ dixit illa gl.eo caſu quo electa
fuit induſtria.& hæc opi.vr̃ eſſe communis.& vr̃ etiā
ſatis æqua, licèt de rigore iuris opi.Barto.poſſet de-
fenſari.Et quia dixi,ꝙ regulariter non pōt quis cogi
præciſè ad factū,ſed ſufficit præſtare intereſſe poteſt
eſſe dubium , an hoc procedat, ſi interuenerit etiam
iuramentum.do.Ant.hic tenet ꝙ ſic:quia iuramentū
vr̃ regulari ſcđm naturā obligationis ſuper qua in-
terponit̃.ar.l.fi.C.de non nume.pecu.ſed certe in cō
trarium eſt gl.parua.ff.de condi.ob cau. l.ſi pecuniā.
& illa vr̃ verior:quia iuramentū debet impleri in for-
ma ſpecifica in c.ad noſtram.el.j.cum ibi no. ſ̃.de iu
reiuran.licèt Inno.In hoc articulo fuerit varius,vt pa
tet ex his quæ tāgit in c.per tuas.de arbi.& c.veniēs.
de iureiuran.& ibi de hoc dixi,& aliquid etiam teti-
21 gi in d.c.per tuas. De † ſcđo,an qs poſſit locare ope-
ras ſuas in perpetuū.tangit gl.in l.iij.ff.de vſufr.nam
vr̃ ꝙ non : quia videtur inducere ſpeciem ſeruitutis.
contra id,quod habetur in l. Titio.§.j.ff.de condi.&
demon.contrarium tenet gloſſ. quia poterit liberari
præſtando intereſſe , per ea quæ hñr in d.l.ſi quis ab
alio.§.fi.& in d.l.ſtipulationes nō diuiduntur.§.cel-
ſus.an autē debitor fiſcalis poſſit cedere bonis.dic ꝙ
ſic,niſi fuerit contumax non ſoluendo: qa tunc non
22 poterit, vt no. Cy.in l.j.C.q bo.ce.poſ.in j.q.¶ †An
autē ſi aliquis ſoluat pro carcerato eo inuito poterit
ab eo repetere. vr̃ ꝙ non per l.fi. C. de neg.geſt.ɔ̃riū
tenuit Io.And.in c.fi.de foro cōpe.in vj.quia intelli-
git̃ vtiliter geſſiſſe negotiū ipſius capti, ſi aliter nō po
terat exire carceres,qđ tene mēti:qa pōt de facto cō
tingere.facit qđ no.Bar.in l.Stichus.ff.de pecu.le.&
ꝑ p̄dictis faciat:qa ſtare inuitus in certo loco eſt ſpe
cies ſeruitutis p l.Titio cētū.§.j.ff.de ɔdi.& demō.a

ſeruitute

ſeruitute autem pōt quis inuitus liberari.l.j. & ij.ff.
23 de lib.cau.¶†Et aduerte:qa Bar.in d.l.Stichus.tan-
git,quid ſi aliquis ſit condemnatus pro maleficio ad
certam quantitatem pecuniæ,& ſi non ſoluerit intra
mēſem amputeī ei manus,vel pes : an ſi alius ſoluat
pro eo vellet potius ſibi amputari manū,vel pedē, q̄
ſoluere pecuniam.poterit repetere.& cōcludit ꝙ ſic.
per id qđ hř in d.l.Stichus. & idem dicit ſi quis fue-
rit condēnatus ad certā q̄ntitatem pecuniæ , & ſi non
ſoluerit intra menſem ſit bannitus de ciuitate : quia
vbicunq; timeī ne q̄s perdat membrū,vel ciuitatē ſi
pecunia non ſoluaī , vř ꝙ nō poſſet allegari pecuniā
nō eſſe ſolutā bene.& ideo poterit repeti.facit qđ hř
in l.non tm̄.ff.de app.tāgit etiam Bar.in d.l.Stichus.
an ſi pater ſoluit condemnationē pecuniariā ꝓ qua
filius ex maleficio fuit condēnatus, an talis pecunia
debebit poſtea cōputari in legitimā ſuā,& concludit
ꝙ ſi filiusfa.habebat peculiū profectitiū,vel aduenti-
tium,intelligiī pater de illo ſoluiſſe . ꝑ id qđ hř in l.
Neſennius.ff.de neg.geſt.& in l.pe. ſeu fi.ff.de peti.
hære.& ſic cōputabiī in legitimā. Si aūt nō habebat
peculiū aliquod,tunc ſi ſoluit coactus, vt q̄a fideiuſ-
ſerat pro filio:vel forte ex forma ſtatuti poterat pater
cogi ad ſoluendā condemnationem filij:& tunc com
putabit in legitimā: q̄a in neceſſitatibus nemo libera
lis exiſtit.l.rem legatā.ff.de adi.leg. & ſic non vř ſol-
uiſſe aīo donandi.ſecus ſi ſponte ſoluiſſet:q̄a tunc vř
ſoluiſſe ex pietate paterna,& aīo donandi.ar.l.j.& l.
ſi filius.C.de neg.geſt. & ideo non cōputabit in legi
24 timā.¶†Quid aūt ſi fuerat filius captus ab hoſtibus ,
an ſi pater ſoluit pecuniā pro eo redimendo cōputa-
bit filius in legitimā.concludit ꝙ non:q̄a vř pater cā
pietatis feciſſe.facit qđ hř in l.lib.C.de cap. & quod
no.Gui.de Cu.in l.frater a fratre.ff.de cond.inde.&
differt iſta q̄ō a p̄cedenti:q̄a ſupra fiebat ſol. ꝑ ꝑ ma-
leficiū filij.Hic aūt non fiebat ſolutio pro eā malefi-
cij.ideo iſte caſus eſt magis fauorabilis.Itē adde inq̄-
tū dixi,ꝙ pro debito ex cā criminali pōt quis extrahi
de domo,& incarcerari, & demū recōmēdari ꝓ de-
bito priuato.nam illud vř intelligendū,qñ pro debi-
to priuato poterat q̄s capi ſi fuiſſet extra domū:& ſic
impediebaī executio ſolū:q̄a ſtabat ī domo: de qua
non debet extrahi pro debito priuato . d.l.plerique.ff.
de in ius voc.vñ videreī ſi eſſet caſus in quo non po-
tuiſſet q̄s capi ꝓ debito priuato: q̄a nondū forte erat
ꝯdēnatus,nec ex forma ſtatuti poterat capi. nam tūc
vř ꝙ pro tali debito nō poſſet recōmendare ex quo
adhuc nō erat ortū ius ad capturā faciēdā. & iſtud fa
cis vř fuiſſe de mente Bar.in l.ij.ff.de cuſt.reo.inq̄tū
dicit ꝙ qñ ſunt duæ cauſæ ex quarū quælibet fieri p̄t
executio,ſi captus ſit in vna ꝙ poterit pro alia recom
mendari:vnde cautela eſſet, ꝙ dū eſſet captus ꝓ vna
cā liquidaretur debitū interim pro alia taliter ꝙ poſ-
ſet fieri executio:& tūc poterit recōmēdari ꝓ illa cā.
25 ¶†Vltimo pōt opponi de c.nō ſatis.86.diſt. vbi vř ꝙ
poſſit quis capi pro debito, & tradi creditoribus pu-
niendus,vel ad ſeruiendū eis.Solue ꝙ ibi loquiī ſm
iura antiqua ante inductū beneficiū ceſſionis. de q-
bus in l.j.& ibi per gl.& in l.ſi.C.q bo.ce.poſ.& ſm
legem veteres teſtamenti etiā illud ꝓcedebat:vt pa-
tet.iiij.Regū.iiij.c.Hodie vero ſecus vt hic patet. & ī
d.l.j.vel pōt dici ꝙ ibi loqī vbi ꝓ maleficio q̄s capiī.
facit.ſ.depoſi.ī c.j.& ĵ.de homi.c.ſicut dignū.§.eos.

S V M M A R I V M.

1 *Rector eccleſię non poteſt obligare rē eccleſię pro neceſſitatibus ſuis.*
2 *Succeſſores habere poſſunt clerici in bonis patrimonialibus.*
3 *Calix debet eſſe argenteus.*
4 *Obligatio acceſſoria pignoris non valet.*
5 *Creditor qui recipit rem pignori habet ius retentionis,donec ſoluatur ſibi pecunia mutuata.*
6 *Filius ex legitima vxore ante clericatum patris natus , an ſuccedet patri .*
7 *Rector vel prælatus eccleſiæ ſi pro neceſſitate ſui victus,vel veſtitus obligat eccleſiam,vel res eccleſiæ tenebitur ſucceſſor.*

a Ex præſentium. Si rector [a] ec-
cleſiæ ꝓ facto
ꝓprio rē eccleſiæ obligauit cogitur eius
hřs rem redimere, & reſtituere eccleſiæ.
h.d.Et in prima narrat factū.In ſecūda dat iudicem.
ſcđa ibi:vñ qm̄.in text.ibi: de offi.i.de illo loco.Item
ibi:p̄ſertim.expone,ꝓ maxime.licèt enim de his quę
ſunt miniſterijs ſacris deputatę:magis eſt cauēdum,
ne peteant:tñ idem in alijs.ſ.de re.eccl.non alie. in
1 c.nulli.¶†No. ꝙ rector eccleſiæ non vř poſſe obliga
re rem eccleſiæ ꝓ neceſſitatibus ſuis,licèt poſſet ob-
ligare pro neceſſitate eccleſiæ,qđ eſt intelligendū, vt
ĵ.dicet:q̄a hoc procedit, qñ neceſſitas ꝯcernebat res
patrimoniales clerici, ſecus ſi concernebat neceſſita-
tē perſonæ clerici.per id qđ legi:& no.in c.j.ĵ.de ſol.
2 & ſ.de præb.c.cū ſecđm.¶†No.ꝙ clerici in bonis pa-
trimonialibus pñt habere ſucceſſores,& hæredes.de
quo in c.j.& ij.ĵ.de ſucceſ.ab inte.¶No.vnam viam
agendi competentē eccleſiæ,qñ res eius eſt per recto
rem male alienata:quia pōt eligere rectorem,vel ſuc
ceſſorem ipſius rectoris , vt ſic eū compellat ad redi-
mēdam rem male alienatā. ¶Itē no.plures res poſſe
pro vno debito obligari,nec mirū:q̄a etiā ꝓ vno de-
bito pñt oīa bona obligari.l.fi.C.q̄ res pig.obli.pñt.
3 ¶†Item not.ꝙ calix debet eſſe argenteus . facit.ĵ.de
cele.miſ.in c.fin.¶Item no.ꝙ interdum quis p̄uenit
morte,vt emendare non poſſit q̄ male egit . & multi
ſm Goſ.ſic p̄ueniunī.facit.c.nullus. de pœn.diſt.iiij.
4 ¶†Item no. ꝙ licèt obligatio acceſſoria pignoris nō
valeat:tñ non vitiatur obligatio perſonalis cōpetens
contra debitorem,& eius hæredes;nec mirū : q̄a ac-
ceſſoriū non regulat principale, ſed potius econtra.
l.ex pupillari.ff.de vul.& pup.ĵ.de reg.iur. acceſſo-
riū.in vj.an aūt econtra,ſi non tenet,vel ex poſtfacto
extinguiī principalis obligatio,an haberet locū , qđ
ſit:& duraret obligatio acceſſoria fideiuſſoris, vel pi
gnoris.No.per Cy.in l.viue.C.de pign.& per Bar.in
l.j.§.cū p̄diū.& ibi etiā per glo.ff.de pig.& per eundē
in l.fideiuſſor obli.in prin.ff.de fideiuſ.& de materia
ēt in l.intelligere.C.de pign.vbi tangitur,an ſublata
principali actione perſonali tollatur etiam obligatio
acceſſoria hypothecæ,& concluditur, ꝙ ſi eſt eadem
æquitas tollendi ipſam acceſſoriam tollitur,aliàs ſe-
cus,de quo dicendum vt ibi gl.& doc.facit quod no.
Cy.in l.pen.C.de vſufru.¶Item no.ꝙ ita demum vř
poſſe agi contra filiū poſt mortem patris, ſi appareat
quòd teneat bona patris. & ſic non vř fundata inten
tio creditoris hęreditariorū ex ſola filiatione.Alij tñ
cōtra per illud vulgatum dictū capituli,ſi filius,ergo
hæres.ſed prima opi.verior eſt per iſtū tex. & eſt glo.
ordinaria quæ reputatur notabilis , & ſingularis in l.
ſi cum dotem.§.trāſgrediamur.ff.ſol.mat.facit qđ hř
in l.j.C.ſi vt ſe ab hær.abſt.in l.neceſſarijs.ff.de acq.
5 hære.& ibi per Bart.¶†Item not.ꝙ creditor qui reci-
pit rem pignori habet ius retentionis,donec ſoluatur
ſibi pecunia mutuata . facit.l.ſi rē.§.omnis.ff.de pig.
act.qđ eſt verum ; qñ obligatio pignoris tenet,ſecus
qñ non tenet , vt contingit in re aliena pignorata in
caſu non conceſſo, quo caſu non valet obligatio.An
aūt poſſit cōfirmari ex dñio poſtea quęſito debitori.
plene hř in l.j.in prin. & §.j.ff.de pigo.& in l.rē alie-
nam.ff.

a Si rector. Nulla ē diſparitas in ſummatione huius c. ſec. d. Ab. & An. Sic. & d.Ioā. de Imo. Super hoc.c. ſi q̄. tis , an , & quādo prę latus eccleſię poſſit rē eccleſiæ obligare.& v. trum,& qñ prælat⁹ obligans , vel ſucceſſor ipſius eā luere poſſit.diſtingue hic ſecundū d. Hen. Boyc.

nam,ff.de pig.act. ¶ Item no. caſum in quo quis cõpellit contra alium.nam compellitur filius ſacerdotis agere contra creditorẽ, vt rẽ alienã ſibi pignoratã reſtituat ſatisfacto ſibi prius debito, ex quo collige, ꝙ creditor cõtra debitorẽ repetentẽ pignus non põt ſibi referre q̃onem de dñio tertij, nec ſili̾ ſm d.Pet. de dñio ſuo ꝓprio, qđ ꝓtenderet in ſe creditor, allegat.l.nec creditores.C.de pig.act. & l.rẽ alienã.ff.de pig.act.& ibi de materia, ſed melius ꝑ Bar.in l.ſi alienã.ff.ſol.ma.vbi vr̃ velle, ꝙ licẽt nõ poſſet referri q̃õ de dñio tertij per creditorem:tñ poſſet referri de ſuo ꝓprio:q̃a illud infringeret contractũ pignoris oĩno, cũ in re ꝓpria non poſſit conſiſtere pignus.l.neq; pignus.& l.neq; ex ꝓtorio.ff.de reg.iur. & hoc qñ agit̃ actione ex contractu. facit qđ hr̃ in l.rei cõmodatæ.ff.com.ſecus ſi aget̃ act.l.ſi quis conductionis.C.locati.q̃a tũc verũ eſt, ꝙ non põt obijci etiã de dñio ꝓprio conuenti, vt ibi no.& plene per Bar.in d.l.ſi alienã.& hoc modo agendi ago, vt agas, hr̃ ſm do.Pe.in l.Iulianus.§.ſi quis colludente.ff.de acti.empt.ibi tñ ꝓpriè non agit contra procuratorem colludentẽ, vt agat, ſed vt faciat dñm approbare, quod eſt actũ, de quo dicendũ vt ibi. ¶ In gl.j.circa fi.ibi: ad inſtar minoris.nã in electione eſt minoris, an velit conuenire illũ qui fuit tutor, an vero illũ, cũ quo tutor contraxit, vt patet in iuribus allegatis in gl.& æquiparat̃ rector eccleſiæ tutori, vel curatori minoris, vt ſentit gl.fi.& no.etiã gl.fi.in c.qualiter & qñ.ad fi.de accu.& hęc vltima ſolutio eſt ipſa veritas, licẽt aliæ in ſe poſſint etiã procedere, vt dixit d.Flo. ¶ Extra glo.tñ dat̃ alia ſol.videlicet, ꝙ forte ignorauit iſte creditor rem fore eccleſiæ, ideo magis ſibi fauet̃.ar.l.liberi.cum l.ſeq.ff.de contrah.emp.Sed certe vt dicit d.Ant.& ẽt d.Pet.iſta ſol.non eſt bona.quia ignorantia creditoris nõ impediret quo minus eccleſia poſſet repetere rẽ ſuã:ex quo obligatio, vel alienatio non tenuit, ſed bene eſſet diſtinguẽdũ, an ꝯ̃ctus eſſet factus ab ignorante, vel non quo ad finẽ habendi, vel nõ habẽdi remediũ de euictione:q̃a ſciens nõ haberet.l.ſi fundũ.C.de rei ven.ſecus in ignorãte.d.l.liberi. & facit, qđ not.gl.in c.ſi q̃s ꝓ̃sbyterorũ.de re.ec.nõ alie.ꝓꝓ hoc forte Inn.aliter dixit. nã dixit ꝙ forte res fuit obligata noĩe eccleſiæ, & forma ſolennitatis eccleſiæ ſeruata, ſed ꝓ̃tiũ non fuit cõuerſum in vtilitatem eccleſiæ, quo caſu vr̃ ꝙ agi debeat contra alienantẽ, & nõ cõtra illum qui rem recipit, ſed iſta ſol.non vr̃ bona, vt tangit hic.do.Ant.ꝓꝓ ea quæ no.Inn.in c.j.ſ̃.de depoſi.vbi vr̃ concludere, ꝙ in contractu pignoris inito occaſione mutui ſuper rẽ eccleſiæ oportet creditorẽ probare pecuniã fuiſſe ꝯuerſam in vtilitatẽ eccleſiæ. iõ eo non ꝓbãte eccleſia vr̃ hr̃e recurſum immediate contra creditorẽ. & pro tanto tenet vltimã ſol.ſed d.Flo.hic ſaluat ſol.Inn.nam ſm eum Inn. vult ꝙ qñ cõtractus fuit initus noĩe eccleſiæ, & forma ſeruata, ſed non ꝯſtat verſum eſſe mutuũ in vtili.eccleſiæ, ꝙ talis ꝯtractus, licẽt non obliget eccleſiã, tñ obliget rectorẽ, ſeu ꝓ̃latũ ꝯtrahentẽ, vt teneat̃ ipſe, & ſui hæredes, & iſtud etiã tenuit Bal.vt ipſe refert in auth.hoc ius porrectũ.C.de ſac.ſan.ec.licẽt hoc ibi nõ ꝓbet̃, ſed bene ꝓbat̃.in auth.de alie.& emph.§.ſi vero q̃s.col.ix.qđ dicit eſſe ſignanter notandũ, licẽt ſm eum cõiter nõ reſeruet̃ ignorat̃. eſt tñ valde ęquũ, vt ipſe dicit, ꝙ teneat̃ ꝓ̃latus ſtare contractui, ac ſi fuiſſet validus quo ad ſui ꝓ̃iudiciũ nõ enim vr̃ audiẽdus, ſi dicat ꝯtractũ non tenere quẽ ipſe fecit, qñ de eius ſolo ꝓ̃iudicio agit̃.facit qđ hr̃ in c.diuerſis.de cler.ꝯiu.& in l.ſi creditoribus.C.de ſeruo pig.dato manumiſſo. & finaliter, an, & qñ, & qualiter ꝓbari debeat verſio remittit ad ea q̃ no.in c.j.ſ̃.de depo.& ibi dixi. ¶ In
6 gl.pe.ibi: † ante clericatũ.ſupple, ex ltĩma vxore. al̃s aũt non eſſet legitimus, facit.c.j.& per totũ.ſ̃. de fil.ꝓ̃sb.iõ non poſſet ſuccedere patri.l.j.C. de naturalibus li.an aũt patri poſſit aliquo caſu ſuccedere.hr̃ in tex.& gl.in l.ſi qua illuſtris.C.ad orficianũ. ¶ In glo.fi.ibi: curator eccleſiæ.expone.i.aſſimilari põt curatori minoris, & ſic vult gl.ꝙ rector, vel ꝓ̃latus eccleſiæ æq̃paret̃ tutori, vel curatori minoris, & hoc etiã voluit gl.in c.qualiter & qñ.el ij.ad fin.ĩ.de accu.& eſt verũ quo ad id de quo hic q̃rit̃, aliàs nõ, ꝑ oĩa eſt bona æq̃paratio, q̃a rector eccleſiæ põt vti fructibus rerũ eccleſiæ ad ſuũ cõmodũ, qđ non põt facere tutor, & iõ vt dixit Inn.in c.licet heli.ĩ.de ſimo.liberiorem cenſet̃ hr̃e adminiſtrationẽ rector, vel ꝓ̃latus quã tutor, vel curator, facit qđ no.gl.notabilis: in c.vlt.v.q.iij.Et ex ꝓ̃dictis etiã inſurgit, ꝙ ꝓ̃latus põt cõſtituere ꝓcuratorẽ ante litis ꝯte.facit qđ not.ꝑ doc.in l.j.C.de bo.mat. licẽt ſecus in tutore.l.neq;.C.de procur. ¶ In ea.gl.ibi: tenet̃ inſolidum.hoc intellige de eo, ꝙ ꝑuenit ad ipſum ſacerdotem ex dolo, vel lata culpa, aliàs non tenerent̃ hæredes ipſius ſacerdotis, ſeu rectoris, ſicut nec hæredes tutoris.l.j.& l.iiij.& vlti.C.de hære.tu.ſm Inn.& dicebat hic d.Flo.ꝙ in caſu iſto in quo cõuenit̃ hr̃s ex facto defuncti ex quaſi cõtractu. nã ſcđm eum obligat̃ rector eccleſiæ ad non diminuendũ res, & iura eccleſiæ, ſed potius ad augendũ, & ita ẽt ſolent iurare ſcđm cũ, & iõ ſi aliter faciũt tenent̃ ex quaſi ꝯ̃ctu ſeruare eccleſiã indẽnẽ, & ſurgit quaſi ꝯtractus ex eo, q̃a tacitè vr̃ ꝓ̃latus accipiendo beneficium ad hoc ſe obligare, & eius bona ẽt ad inſtar tutoris, & curatoris ſunt tacitè obligata ꝓ mala adminiſtratione, vt no.in c.ex literis. in gl.vlt.j.e. Gñaliter aũt qñ hr̃s ex facto defuncti teneat̃. remittit ad notata ad ea q̃ hñt in c.vlt.ĩ.de ſepul. ¶ Vltimo põt opponi ꝯtra tex. nã hic dr̃ ꝙ iſte ſacerdos obligauit res eccleſiæ pro ſua neceſſitate, ergo vr̃ ꝙ tenuerit obligatio, q̃a ſacerdos dẽt viuere de bonis eccleſiæ. in c.cũ ſcđm.ſ̃.de præb.Sol.ſm Io.And.q̃a illud qđ hic dr̃ ꝙ pignorauit pro ſua neceſſitate, dẽt intelligi, qñ pignorauit pro neceſſitate rei patrimonialis ſuæ, puta, pro refectione domus ꝓpriæ, nõ aũt dẽt intelligi de neceſſitate ſua pro ſuſtentatione ſuæ vitæ, & vt ſe aleret, q̃a tunc potuiſſet pro tali neceſſitate obligari res eccleſiæ, per id qđ hr̃ in d.c.cum ſcđm.& ex
7 hoc habes, ꝙ ſi † rector, vel ꝓ̃latus pro neceſſitate ſui victus, vel veſtitus obligat eccleſiã, vel res eccleſiæ tenebit̃ ſucceſſor ad tale debitũ, qđ dicit d.Flo.multos ignorare, & ſæpe accidere de facto, & ſic etiam ſe cõſuluiſſe, quod tene menti, tamen pro iſto dicto videtur etiam eſſe tex.in c.j.ĩ.de ſolu.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus iudicari debet talis ex verbis formaliter in inſtrumento deſcriptis.& nu.6.*
2 *Conditio reſolutiua contractus emptionis, & venditionis, non reddit contractum conditionalem.*
3 *Dictio, niſi, in contractibus non facit conditionem ſimpliciter, ſed reſolutionem, & quid in ſententijs, & actibus iudicialibus.*
4 *Contractus præſumitur ſimulatus ex pacto contra naturam contractus appoſito.& nu.13.*
5 *Plures poſſunt agere, & conueniri ſimul in eodem libello.*
7 *Emptio quandoque eſt conditionalis, quandoque eſt pura.*
8 *Conditionis implementum tranſit ad hæredes, licẽt referatur ad perſonas principales.*
9 *Reſolutio contractus poteſt pendere ab arbitrio alterius cõtrahentiũ.*
10 *Vnus ex hæredibus, an poſſit ſine mandato agere, & defendere nomine ſuo, & aliorum.*
11 *Ex præſumptionibus iudicatur.*
12 *Contractus ex quibus cauſis iudicetur vſurarius.*

14 Emptor

14 *Emptor non facit fructus ſuos, quando apponitur pactũ reſolutiuum contractus.*
15 *Pactum in contractu emptionis de reſoluendo contractum, ſi venditor intra certum tempus, vel cum ſibi placuerit reſtituat pretium emptori non facit præſumi contractum ſimulatum, ſi aliud non appareat.*
16 *Paruitas pretij cum pacto de reuendendo, an faciat præſumi contractum ſimulatum.*
17 *Contractus ex quibus coniecturis præſumitur ſimulatus.*
18 *Contractus, an præſumatur vſurarius, ſi quis emit rem, & eam locauit venditori pro certa annua penſione, ſiue fructuum.*
19 *Clerici poßint aliquam rudem materiam emere, & redigere illam ad aliquam formam, & ex illa lucrari, & tale lucrum dicetur ex artificio prouenire non ex negotiatione.*

a ILLO VOS. Si vſurarius[a] emit rem eo
pacto, ꝙ illam poſt tp̃s re
ſtituat venditori recipiẽdo aliqd lucri vl
tra ſortẽ fructibus, tñ in illa cõputatis in
dicabiť ɔtractus fœneratitius.h.d. & eſt cõis diuiſio.
ſcd̃a ibi: verũ q̃a. vel ibi. Rñdemus. Et aduerte ſcd̃m
d.Flo. q̃a quatenus dixi in principio ſummarij, ſi vſu
rarius emit, illud ꝓcedit, ſi exponať, dictio, p̃ſertim,
Io.j.q.iiij.§.notãdum. & ẽt do.Flo.vt ſuperius tetigi.
ſed aduerte quia vt etiã.ſ.tetigi non repetit̃ à minore
tale indebitum ſolutum ꝑ errorẽ iuris niſi mediante
reſtitutione in integrũ vt voluit gl.in d.l.interdũ.&
eſt cõis opi.legiſtarũ. & ſic vr̃ ꝙ ſecus ſit in muliere:
ruſtico:vel milite,quibus non competit reſtitutio in
integrum.Nec obſt.d.l.interdum.qa loquit̃ in mino
re.nec d.l.cum de indebito.quia loquitur qñ ſoluitur
nullo iure debitum.quo caſu bene eſt ſpeciale ꝙ ſi re
petat ſolutũ non teneatur ꝓbare eſſe indebitum qđ
ſoluerũt,licèt debet ille cui facta eſt ſolutio ꝓbare ſe
debitũ recepiſſe.licèt aliæ ꝑſonę repetentes ſolutum
tanq̃ indebitũ regulariter debeãt ꝓbare eſſe indebi-
tum id qđ eſt ſolutũ vt hic patet.¶ Itẽ aduerte quia
Bar.tenuit ꝙ ĩ pupillo ſit ſpãle ꝙ abſque reſtitutione
poſſit repetere ſolutum ꝑ errorẽ iuris indebitũ ciui-
liter.ſed naturaliter debitũ ꝑ d.l.interdum.quãuis in
maiore pupillo requirat̃ reſtitutio.gl.tñ ibi in d.l.in-
terdum.nõ facit differentiã inter pupillũ & alium mi
norẽ & vult vtrobiq; neceſſariã eſſe reſtitutionẽ.& il
la eſt ẽt cõis opi.aliorũ doc.tñ opi.Bar.ſatis vr̃ poſſe
defenſari ꝑ d.l.interdum.Item ẽt aduerte qa ſupradi
cta ꝓcedunt in obligatione naturali q̃ oritur ex con-
ſenſu,vel ex æquitate iuriſgen.Sed ſi quærit̃ de obli-
gatione naturali q̃ appellatur obligatio ad antidora,
& oritur ex illa generali & naturali æquitate. vt be-
nefacienti benefaciamus,de qua in l.ſed ſi lege.§.cõ-
ſuluit.ff.de pet.hære.tunc eſt dubiũ ſi tale debitũ na-
turale ſoluatur poſſit repeti.Bar.de hoc tetigit in l.ſi
teſtamento.§.j.ff.de fideiuſ.vbi cõcludit,ꝙ ſi ſoluitur
illud in ſpecie in qua cõtracta eſt talis obligatio.tunc
nõ poterit peti ſi ſoluatur ꝑ errorẽ iuris. vt ꝓbatur in
d.l.ſi teſtamento.§.j.ſecus ſi ſoluat̃ aliud ad qđ in ſpe
cie nõ eſt cõtracta obligatio.facit quod notauit Bar.
in l.ſi non fortẽ.§.libertus.ff.de cõd.inde.Quid aũt ſi
ſoluat̃ debitum ꝑ præſcriptionẽ ſublatũ,an poterit re
peti.dicã inferius.& hæc ſufficiãt de prima ſpecie in-
62 debiti.¶† Circa ſecundã quia indebitũ iure naturali
tñ.& ſic eſt ciuiliter debitũ.de quo gl.hic ponit exẽ-
a plum,qñ per chirographum [a] quis obligatur ſpe futu
ræ numerationis. & tunc cõcludit gl.quòd tale inde-
bitũ ſolutum põt repeti ꝑ iſtum tex.& per id qđ ha-
betur in.§.notandũ.j.q.iiij.vbi etiã de materia. & ibi
gl.Io.dicit hoc ꝓcedere quocunq; errore iuris vel fa-
cti fuerit ſolutum.& idẽ voluit hic Hoſt.& ẽt Accur.
in l.cum quis.C.de iur.& fac.igno.& in l.j.ff.de cõdi.
inde.& in l.cuius ꝑ errorẽ.ff.de reg.iur.allegat in gl.
l.cum de indebito.primo reſpõſo.ex qua ſumpta fuit
hæc decre.& alia iura allegata in gl.& ꝑ hoc eſt expe
dita gl.vſq; ad ver.ſolutũ vero.¶ Sed aduerte qa du-
bium eſt an de iure ꝓcedat exemplũ quod poſuit gl.
de iſta ſecunda ſpecie indebiti. nã ſuꝑ dicto exẽplo
fuerunt opi.vna fuit, ꝙ qñ quis in chirographo ſeu
ſcriptura cõfitet̃ ſe certã quãtitatẽ pecuniæ recepiſſe
mutuo.& talẽ cõfeſſionẽ facit ſpe futurę numeratio-
nis,ꝙ tũc ſolũ oriatur ciuilis obligatio,quia talis cõfi
tens cum tali ſolennitate inducta iure ciuili vr̃ velle
obligari ciuiliter facit qđ habet̃ inſti.de literarũ obli
gationibus.verũ quia nõ recipit numerationẽ ſed ſpe
rat illã,non vr̃ ſentire naturaliter obligari & ideo ſo-
lum dicit̃ ciuiliter obligatus ex obligatione literarũ
per chirographũ nõ aũt naturaliter & iſtã opi.tenuit
hic gl.& eã etiã ſequunt̃ gl.iur.ciuilis vt patet ex gl.
d.l.cum quis.& d.l.cuius ꝑ errorẽ.& in d.l.j.de cõdi.
indeb.& etiã ex gl.quæ habet̃ in d.ti.inſti.de literarũ
obligationibus.¶ Alia vero fuit opi.quã tenuit Iaco.
de Rauen.videlicet,ꝙ talis nõ ſit obligatus etiã ciuili
ter quia vr̃ dictã confeſſionem feciſſe ſub quadã taci
ta cõdictione,videlicet,ſi ſequatur numeratio.In de-
bito autẽ conditionali nõ orit̃ obligatio aliqua ante
aduentum conditionis l.cedere die.ff.de verb.ſig.&
l.j.ff.de condi.& demõ.tacita aũt conditio ita ſuſpẽ-
dit obligationẽ ſicut expreſſa, vt eſt gl.notabilis.in l.
itẽ qa.ff.de pac. ¶ Tertia fuit opi. Pe.vt talis ſit obli-
gatus naturaliter,& ciuiliter,ſed obſtat exceptio.mo
uetur,qa cõpetit exceptio nõ numeratæ pecunię cõ
tra agentẽ ex tali confeſſione in ſcriptura,ſeu chiro-
grapho facta.l.ſi ex cautione.& l.in contractibus.C.
de nõ nu.pe.& ſic vr̃,ꝙ vtraq; obligatio ſit orta,cum
orta videat̃ actio,q̃ nõ naſcit̃, niſi qñ vtraq; obliga-
tio eſt orta,vt legit̃,& no.inſti.de oblig.in prin.& §.j.
& ꝙ ſit orta actio videtur ꝓbari,quia competit exce-
ptio non numeratæ pecu.vt dixi.Exceptio autem eſt
actionis excluſio.l.ij.ff.de excep.Itẽ mouetur, quia
cõpetit cõditio, vt talis cautio repetat̃ l.ſi quaſi.ff.de
nõ nume.pec.& ſic vr̃,ꝙ talis cautio obligabat:qa re
petet̃ ad fi.vt diſſoluatur obligatio. priuatio aũt præ-
ſupponit habitũ.j.de deſp.impu.c.ad diſſoluendũ, &
l.decẽ.ff.de ver.obl.& in l.manumiſſiones.ff.de iuſti.
& iur.¶ Itẽ tertio pro hoc allegat,quia vbi cõtractus
habet debitã formã,licèt nõ ſit ſecutũ implemẽtũ ori
tur obligatio ciuilis & naturalis & ꝯſequẽter actio,li
cèt obſtet exceptio.l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.em.
¶ Quarto ẽt pro hoc adducit,qa vbi cõtractus habet
debitã formã nõ curat̃ de iuſtitia vel iniuſtitia cauſæ,
imo oritur obligatio ciuilis & naturalis licèt obſtet
exceptio,ſicut patet ĩ cõtractu inito ꝑ metũ vel dolũ
l.dolo.C.de inutilib⁹ ſtipulationib⁹. Sed certe [illegible]
dicat Pe.& Iac.de Ra.Cõmuniter tenetur opi.glo.&
illã ſequitur Bar.in d.l.cum qs.& pro ea vr̃ eſſe caſus
in l.q pecuniã.ff.ſi cer.pet.vbi dicit,ꝙ ſi confeſſus eſt
ſe debere pecuniã ex cauſa mutui habet in poteſtate
ne ſe aſtringat ſeu obliget.& ſic vr̃,ꝙ nõ erat oĩ obli-
gationi aſtrictus vel obligatus & ſic vr̃ ꝙ naturaliter
nõ erat obligatus ſed ſolũ ciuiliter ex quo ſecundum
formã traditã a iure ciuili ſe obligauerat,facit quod
habetur in l.pe.ff.quæ res pig.obl.poſ.& in l.j.ff.qui
pot.in pign.ha.nõ obſtant rõnes in cõtrariũ factæ,&
primo nõ obſtat rõ Ia. de Ra. qa nõ eſt verũ ꝙ cõdi-
tionaliter velit obligari imo ex quo adhibet ĩ obliga
tione ſolẽnitatẽ iuris ciuilis videtur velle ſtatim ciui
liter obligari,fateor tñ ꝙ non vr̃ velle obligari natu-

[a] Per chirographũ. Si ergo q̃ris de exceptione non nu.pec.quẽ effectũ habeat, & vtrum obligat⁹ ꝑ chirographũ ex cauſa mutui ſpe futuræ numerationis ſi ſoluat ignorãter repetere poſſit diſtingue,vt h e per d.Hen. Boych. I. ij. col.ver.ſup eo.capitulo primo.

raliter ex quo numeratió non eſt ſecuta & facit con-
feſſionem ſpe futuræ numerationis per id,qđ habeť.
in d.l.qui pecuniã.Item nõ ob.prima ratio.Pe.dũ di-
cit,ꝙ cõpetit exceptio non numeratę pecu.& ſic cõ-
petere debet actio, cũ exceptio ſit actiõis excluſio.&
cõſequẽter debet dici ortã naturalẽ,& ciuilẽ, qa am
bæ ſimul producũt actionẽ.nã dicit Bar.ꝙ licèt regu-
lariter ciuilis obligatio,& naturalis ſimul producant
actionẽ,ut leg.& no.inſt.de oblig.in prin.& §.j.tñ in
terdũ etiã ſola ciuilis põt inducere actionẽ,ſicut etiã
interdũ ſola naturalis inducit actionẽ.ff.de vſu.etiã
facit,qđ legi.& no.in l.legitima.ff.de pac.& l.iuriſgẽ.
§.quinimo.ff.eo.nec mirandũ,qa ẽt interdum nulla
pręcedente obligatione datur actio a lege,quæ appel
latur actio datiua, & non natiua, vt leg.& no.in l.cũ
mota.C.de tranſac.& ibi etiã per Bar.& ꝑ eundẽ.in
l.j.ff.de act.& obli.& dat etiam ſimile naturale,nam
Deus creauit vnũ hoiem ſine viro,& muliere,vt pu-
ta Adã. aliũ creauit ex viro ſine muliere, vt fuit Eua:
aliũ creauit ex muliere ſine viro,vt fuit Chriſtus, li-
cèt regulariter ex viro,& muliere alius homo naſca-
tur,ideo in ſimili ſecũdũ eũ nõ eſt abſonũ, qđ legiſla
tor q̃ introduxit actiones ĩtroduxerit aliquas ſine ali
qua obligatiõe,vt ſunt actiones datiuę,aliquas ex ci-
uili tantũ obligatione,aliquas ex naturali tñ, & ali-
quas ex naturali,& ciuili,ꝓut cõmuniter cõtingit,&
licèt in caſu ꝓpoſito ex ſola ciuili oriatur actio,tñ ob
ſtat exceptio ſi nõ eſt ſecuta numeratio, vt dictũ eſt.
Itẽ nõ obſtat ſecũda rõ.Pe.qa in §.offerri. obligatio
oritur ratione correlatiuæ obligationis: nõ rõne im-
plementi.nã ideo obligor tibi ad tradendã rem vẽdi-
tam:qa tu ecõtra obligaris mihi ad pretiũ.ideo nimi-
rũ ſi oritur obligatio ante implementũ, licèt compe-
tat exceptio ſi agẽs nõ impleuit ex pte ſua.vt patet.in
d.§.offerri.ſed in caſu noſtro obligatio naturalis ha-
bet oriri rõne implemẽti:qa facta eſt cõfeſſio ſub ſpe
futuræ numerationis.¶ Itẽ nõ obſt.qđ ex quo ꝯtus
habet debitã formã oriri debet obligatio vtraque, &
actio.licèt poſſit obſtare exceptio.vt cõtingit in cõtra
ctu inito ꝑ dolũ,vel metũ: qa eſt cõſenſus licèt coa-
ctus, vel extortus ꝑ dolũ l.ſi mulier.§.ſi metu.ff.qđ
met.cau.& xv.q.j.c.merito q̃rif.Sed ĩ caſu nr̃o nõ cõ-
ſenſit qs obligari naturaliter,ex quo nõ eſt ſecuta nu
meratio,ideo ſolũ obligať ciuiliter ex tali cõfeſſione
facta ſpe futuræ numerationis.¶ Item nõ obſt.qđ re
petitur cautio: qa ꝑ hoc neceſſario nõ ſeqnif, qđ ex
cautione orta ſit ciuilis,& naturalis obligatio,qa in-
terdũ repetitur cautio poſt diſſolutam omnem obli-
gationẽ.l.diſſolute.C.de cõdi.ex l.& ſic debet ẽt poſ-
ſe repeti, qñ ſubeſt obligatio ciuilis tñ.Ex prædictis
patet defenſatũ exẽplũ gl.Alij aũt ponũt aliud exem
plũ,videlicet,quãdo qs fuit condemnatus iniuſtè ad
ſoluendũ aliquã rem,vel quãtitatem.nã ſnĩa inducit
ciuilẽ obligationẽ l.iij.§.idẽ ſcribit.ff.de peculio. &
l.nepoti.ff.de ſun.inſtr.& no.ꝑ gl.in l.Iulianus.ff.de
condi.indebi.non autem inducit naturalem,qa iudi
cium redditur in inuitum l.inter ſtipulantẽ.§.j.ff.de
verb.obl.¶ Itẽ,quia ſnĩa abſolutoria nõ inducit natu
ralẽ.Sed aduerte,qa licèt in ſnĩa condẽnatoria nõ di
cať inducta ficta,vel ꝓſumpta naturalis, qa fingiť,&
præſumitur a iure cõſentire ſnĩæ ille qui non appel-
lat l.ab eo.C.quõ, & qñ iudex.& ſ.de re iud.c.qđ ad
cõſultationẽ,& hoc ſatis vř dici poſſe, qñ qs põt ap-
pellare,& nõ appellat. Sed nõ poſſet appellare, vt qa
fortè bis appellaſſet:& ſic ñ poſſet tertio appellare.ſ.
de app.in c.directe,& in l.vna.C.ne in vna cadẽq; cã
liceat tertio ꝓuocare.nõ vř,ꝙ poſſit ꝓſumi ipſum cõ-
ſentire cõtra quẽ fuit lata ſnĩa.vnde vř, ꝙ tũc potius

ſit ciuilis cõſequẽs effectũ ẽt naturalis:ſicut etiã dici-
mus poſt biennium lapſum in obligatione, quæ ori-
tur ex chirographo:qa tũc videť ibi eſſe ciuilis,& na
turalis ꝓpter lapſum biennij,ꝑ quem põt conueni
ri:nec põt obijci exceptio nõ numeratę pecu.Qđ tñ
qualiter ſit intelligendũ iuſerius tãgeť. poſſet ẽt dici
ſm Bar.in d.l.Iulianus,ꝙ in ſnĩa cõdẽnatoria:ſeu per
illã inducatur nedũ ciuilis obligatio, ſed ẽt naturalis
quæ oritur ex ęquitate illa iuriſgẽ.qua cauetur,ꝙ ſu-
perioribus,& patrię parere debemus l.j.in fi.& l.ſeq.
ff.de iuſti.& iur.& ideo,qñ eſt ciuilis habẽs effectum
& efficaciã ciuilis,vel naturalis, vt cõtingit in ciuili,
quæ inducitur ꝑ ſnĩam cõdẽnatoriã, & ẽt in ciuili, q̃
induciť ex chirographo ſecuto lapſu biẽnij: qa licèt
ante biẽniũ talis ciuilis nõ habeat efficaciã ciuilis,&
naturalis:ſed ſolum ciuilis,tamẽ poſtea ex lapſu bien
nij aſſumit efficaciã ciuilis, & naturalis. & iõ in iſtis
caſibus tale ciuile debitũ licèt vere ſit naturaliter in-
debitũ,ſi ſoluatur,nõ poterit repeti quocunq; errore
fuerit ſolutũ, & ſic in tali ciuili debito nõ habet locũ
gl.ſed demũ, qñ eſt ſola ciuilis obligatio non habẽs
effectũ ciuilis,& naturalis: ſed ciuilis tñ,vt cõtingit
in obligatione ciuili,quæ oritur ex chirographo ante
lapſum biẽnij.nã in tali ciuili debito ꝓcedit,qđ dicit
gl.quod ſolutum poteſt repeti quocunq; errore fue-
rit ſolutum, & ſic ſiue ſit ſolutum ꝑ errorẽ iuris,ſiue
facti.& ſiue ſit error facti ꝓbabilis:ſiue nõ, poterit re
peti ex quo erat indebitum naturaliter,& ſolum erat
ciuiliter debitũ, & talis ciuilis nõ habebat effectum
naturalis,& ſic patet, ꝙ fortius eſt vinculum natura-
le tñ:q̃ ciuile tñ:qa qñ ſolum eſt vinculum natura-
le tñ, nõ repetiť,qñ ſoluerit ꝑ errorẽ iuris:vel errorẽ
facti nõ ꝓbabilem, vt dictum fuit circa primã ſpeciẽ
indebiti.faciat ad ꝓdicta,qđ hř ĩ §.ſed naturalia.inſti.
de iure naturali gẽtium,& ciuili.& qđ dixi ſupra,ta-
le indebitum ſolutũ poſſe repet.intellige, verum re-
gulariter:fallit in caſibus q̃ no.ꝑ gl.in d.l.cum qs, &
in l.i.C.de cõdi.inde.& in l.elegãter.§.ſi.ff.de cõdi.
inde.& per Hoſt.in ſum.huius ti.ſup rubri.de ceſſio-
ne bonorum.§.ſi quis.nam fallit ſi eſſet ſolutum au-
toritate ſnĩæ d.l.j.cum ibi no.uel ex cauſa uerę trãſa-
ctionis:uel fictę:ut quando fuiſſet ſolutum ex cauſa,
quę creſcit per inficiationem ſeu negationem l.ea q̃.
C.de cõdi.inde.& facit, qđ no.in l error.C.de iur.&
fac.igno.nam in dictis caſibus etiam ſi fuiſſet indebi
tum omni iure illud, quod fuiſſet ſolutum non repe-
teretur: vt patet ex his,q̃ notanť.in d.l.j.C.de condi.
inde.& in alijs iuribus ſuperius allegatis, & in iſta ſe
cunda ſpecie indebiti,qñ eſt indebitũ naturaliter:ſed
ciuiliter debitum non habens efficaciã naturalis obli
gationis põt dici ſecundũ d.Flo.idẽ qđ diceť in tertia
ſpecie, qñ ſcilicet ſoluiť illud,qđ nullo iure eſt debi-
tũ,de quo ſtatim diceť, & adde,qđ ĩ debito ciuili tñ
ẽt põt poni exemplum,qñ a prĩcipio fuiſſet debitum
vtroque iure:tñ ex poſtfacto fuiſſet ſublata naturalis
ꝑ pactum de non petẽdo ꝑ.l.ſi vnus.§.pac.ff.de pac.
l.ſtichum.§.naturalis.ff.de ſol.Guil.tamen de cu.dice
bat ita demum tolli naturalẽ ꝑ pactum de non peten
do, quãdo ẽt paciſcẽs liberat debitorẽ.ſecus ſi ſolum
fieret pactũ de nõ petẽdo:qa tunc nõ tolletur natura
lis, ſed elideť ꝑ id, qđ hř in ſimili.l.i.ff.ad mace.ſed
cõiter teneť,ꝙ tolliť naturalis ꝑ tale pactũ per d.l.ſti-
chũ.§.naturalis.vbi vř hoc ꝓbari.& qa ex quo facit
pactũ de nõ petẽdo ſatis in cõſequẽtiã vř eũ velle li-
berare.facit in arg.qđ hř in l.qđ tñ.§.ſi arbiter.ff.de
arb.& iõ tolliť naturalis,nec obſt.l.j.ad Velleia.quia
ibi nõ interuenit cõſenſus pr̃is de nõ petẽdo,& ſic ẽt
reſpõderi põt ad l.j.ff.ad mace.tolliť ẽt naturalis per
iura-

iuramentū præſtitum ipſi debitori per creditorē d.l.
ſtichū.§.naturalis.nam videt̃ cōſentire creditor non
petere ſi iuret ille cui defertur iuramentū ſe nō debe
re.facit l.qui iuraſſe.§.fi.ff.de iureiur.Et hæc ſufficiāt
23 de iſta ſecunda ſpecie indebiti.¶ † Tertia ſpecies eſt
de qua tangit gl.in ver.ſolutū. qñ videlicet eſt indebi
tum vtroq; iure.& ſic nō debet̃ ciuiliter,nec natura-
liter.& tunc cōcludit gl.ꝙ ſi ſoluat̃ tale indebitū per
quācunq; ignorantiā,& ſic iuris vel facti poſt repeti.
vt in l.j.C.de condi.inde.ſecus ſi ſciens ſe nō debere
ſoluit qa tunc nō repetit.præterea quia videt̃ donare
ſoluēdo ſciēter id qđ eſt indebitū l.j.ff.de cōdi.inde.
& l.cuius per errorē. allegata in gl.Sed attende quia
hic primo videndū eſt de exēplis. Potes ponere exē-
plum qñ quis debitum ſolutum per patrē ſuum hoc
ignorās ſoluit poſtea poſt mortē. nam per ſolutionē
factā per patrē extincta erat omnis obligatio.inſtitu.
quibus modis tollitur obligatio.in prin.& ſic nullate
nus poſtea fuit debitū. & in dubio videt̃ habere cau
ſam ignorātiȩ ille qui alteri ſucceſſit l.qui alterius.ff.
de reg.iur. Itē poſſet poni exemplū,qñ quis ſoluiſſet
virtute inſtrumenti quod poſtea repertū eſt falſum.
Nam apparet oīno tunc illud fuiſſe indebitum omni
iure.Et attende quia qñ tale debitū ſoluitur,pōt repe
ti quocunq; errore ſoluat̃. & hoc verum regulariter,
fallit in caſibus qui notantur in l.j.C.de condi.inde.
de quibus ēt dixi in præcedēti ſpecie.Si autē ſoluitur
ſcienter nō repetitur. vt dicit gl.intellige hoc verum
regulariter.fallit in ver.vſuris.quas quis pōt repetere:
licet ſciens illas indebitas ſoluerit ſecundum ea quȩ
leguntur & notātur in d.c.debitores.s̄.de iureiur.do.
tamē.Flo.hic in hac tertia ſpecie dicit plenius diſtin
guendum,quia aut tale debitū ſoluerit ſcienter : aut
ignorāter.primo caſu nō repetitur iur.actionis.intel
ligo hoc verum niſi ſint vſurȩ vt ſuperius dixi.Sed be
ne quādoq; per exceptionē cōpenſatur, ſeu repetit̃.
vt patet in l.ſi cum auris.ff.de ſolu.vbi patet ꝙ ſi pro-
miſit tibi certum pōdus auri , & ego poſtea ſolui tibi
pondus metalli tibi ignoranti.id nō eſſe aurum non
liberor ex tali ſolutione,nec ēt poſſum repetere ſolu
tum tanq̃ indebitū. Si tu petis aurum tibi ꝓmiſſum
obſtabit tibi exceptio,ſi non reddis metallum qđ ha
buiſti.Si vero ſoluit̃ ignorāter.& tunc ſi ꝑ ignorantiā
facti repetitur l.ſi non fortē.§.indebitum.ff.de cōdic.
indebi.Idē per errorē iuris vt hic dicit gl.& pro hoc
facit,quia error iuris æquiparat̃ imprudētiȩ.ſed ſi ſol
uitur ꝑ imprudentiā repetit̃ l.ſi is cum quo.& l.cum
is.§.j.ff.de condi.inde.Itē quia iuris ignorantia excu
ſat in damno vitando l.iuris ignorantia. & l.error.ff.
de iur.& ſae.igno.& facit quod no.s̄.de reſcri.ab ex-
cōmunicato.& hanc diſtinctionē dicit tenendā,licèt
dicat alios aliter dicere.hoc ideo forte dixit quia Cy.
in d.l.cum quis,aliter dixit : & ipſum videt̃ ſequi hic
do.Pet.eo caſu quo ſoluitur per errorem iuris non di
ſtingui.aut ſoluens tractat de lucro & non repetit. &
ſic intelligit l.error.C.ad leg.fal.quaſi velit ꝙ hȩres,
qui habet titulū hæreditarium dicat̃ habere titulum
lucratiuum.pro quo facit quod no.per gl.& doc.in l.
ſi duo.ff.de acqui.hær.aut ſoluens tractat de damno.
& tunc ſi ipſe ſolus tractat de damno & nō ille cui fa
cta eſt ſolutio,pōt repetere.allegat l.ſi is à quo.§.fi.ff.
vt in poſ.leg.ſecus ſi vterq; tractaret de damno, quia
tunc potior eſſet cōditio poſſidentis l.q erat.ff.fami.
hercif.& hæc diſtinctio ſatis in ſe videtur rationabi-
lis.fallunt tamen prædicta in caſibus notatis in d.l.j.
de condi.inde.¶ Quarta eſt ſpecies de qua tangit gl.
in ver.aliud vero.videlicet, quādo aliquid eſt indebi
tum per exceptionē,ſed eſt debitū vtroq; iure.& hoc

caſu vt dicit glo.debet ſubdiſtingui quia aut cōpetit
exceptio temporalis : aut perpetua. aut eſt dubia an
ſit tēporalis:an perpetua.& ſi eſt perpetua ſubdiſtin-
guit,quia aut eſt exceptio fauorabilis:aut odioſa:aut
inducta ad rigorem iuris conſeruandum . & de iſtis
24 omnibus proſequitur hic gl.¶ † Primo caſu quando
eſt exceptio temporalis,cōcludit gl.ſimpliciter ꝙ ſol
uens tale debitū ante tēpus non pōt repetere per id
quod habet̃ in l.in diē & l.nā & ſi maritus.& l.nam ſi
cum moriar.ff.de cōdic.inde . & ſic tranſit glo.in d.l.
cum quis.dicit hoc verum ſi ſoluitur per errorē iuris.
ſecus ſi facti.& idem glo.in l.ſi cuius per errorē.ff.de
regu.iur.Sed aduerte quia pro pleniori declaratione
pōt diſtingui : qa interdū eſt debitū in diem certam,
puta ſi promiſi tibi ſoluere ex poſt paſcha.Interdum
eſt debitū in diem incertū omnino. & ſic an & quan
do.vt ſi ꝓmitto tibi.x.ſi cū Titius factus fuerit cōſul.
nā dictio, cū principaliter notat tēpus.licèt ſecunda
rio faciat ꝯditionē l.ſi Titio.ff.qñ dies leg.cedit & ſic
facit diē principaliter. Interdū eſt debitū ī diē certū,
an:ſed nō qñ vt eſt dies mortis:qa certū eſt quē mo-
riturū,licèt nō ſit certum qñ, primo caſu gl.variāt vt
dixi.nā glo.hic ſimpliciter tenet ꝙ ſolutū ante talem
diē nō repetitur. & videt̃ probari in d.l.in diē.ſed gl.
in d.l.cum quis.tenet hoc verū ſi per errorē iuris ſol
uatur.ſecus ſi facti. & pro illa facit qa rōne interuſu-
rii medii tēporis vr̄ ſolui plus debito. ſed Bar.in d.l.
cum qs.dicit ꝙ tale interuſuriū cōſiſtit in lucro.ideo
licèt eius habeatur rō quo ad cōmodum retētionis,
ſi reus cōueniat̃ ante aduentum diei. tñ non vr̄ ꝙ ha
beat̃ eius ratio,vt detur actio ꝓpter illud. arg.l.ſi ſte-
rilis.§.cum ꝑ venditorē.ff.de act.emp.ſed Bal.in d.l.
cum qs.circa fi.dicit, ꝙ dictū Bar.poſſet ꝓcedere qñ
eſſet ꝑ editum ī ſpecie ex qua ꝑcipi poſſent fructus.
puta ſi ꝓmiſerat dare certum fundum poſt certū tem
pus.tunc videt̃ ceſſare rō Bart.cum interim ex ipſa re
poſſent ꝑcipi fructus.ideo dicit ꝙ alia eſt rō,quare ſo
lutū ante diē oīno certum nō pōt repeti . qa adiectio
diei nō impedit obligationē,nec actionē, licèt impe
diat facultatem agendi.ideo quia ſubeſt obligationis
ſubſtātia impedit̃ repetitio. Sed certè hæc rō non vi-
det̃ bona,qa ſecundū illa tutus exceptione fauorabi
li perpetua non deberet poſſe repetere ex quo ſubeſt
obligationis ſubſtātia,licèt cōpetat exceptio.& ideo
vr̄ ꝙ cū ille q eſt obligatus in diē male agit & obſtat
ſibi exceptio.l.j.in fi.ff. qñ dies vſusfruct.leg.cedat.
ideo vr̄ ꝙ ex quo erat tutus exceptiōe ipſe reus ſi ſol
uit ꝑ errorē facti ꝙ poſſit repetere. vt voluit gl.in d.l.
cum qs. cum interſit ſua repetere ꝓpter interuſuriū
medii tpis.vt potes ponere exemplum,ſi qs forte ſol
uerit debitū in diē certum oīno contractum ꝑ ſuum
ꝓcuratorē q putabat pure ꝓmiſiſſe:cum re vera pro-
miſiſſet in certā diē.nā in facto alieno probabilis eſt
ignorātia l.fi.ff.ꝓ ſuo . & ſic vr̄ ꝙ poſſit defenſari opi.
gl.in d.l.cum qs.licèt doc.cōiter illā nō teneant.ſed
iſtā,vnde illa non tenet Bal.nec Bar.nec ēt Saly.ī d.l.
cū qs.tñ vt dixi ſatis puto ꝙ poſſit de iure defenſari.ſi
autē ſit debitum in diē oīno incertū, de quo.s̄.poſui
exēplum.tūc qa talis dies facit ꝯditionē ſolutū,ante
qa tunc eſt oīno indebitū repeti pōt.ſiue ſit ſolutū ꝑ
errorē iuris : ſiue facti.facit qđ habet̃ ī l.cedere diē.ff.
de ver.ſig.& l.nā ſi cū moriar.ff.de cōdi.inde.Si aūt ſit
debitū in diē certū an:ſed incertū,qñ vt dies mortis,
& tūc eſt differētia inter ꝯtractus,& vltimas volūta-
tes,nā in ꝯtractibus,qa ſpēs conditionalis obligatio
nis trāſmittit̃ ad hr̄dē.inſt.de ver.obl.§.ex cōditiona-
li certū eſt diē oīno uēturū.& ſic obligationē hr̄e effe
ctum.ideo dicit ſolutum ante non repetitur.d.l.nam
ſi cum

ſi cũ moriar. Ideo ſi ꝓmiſſi tibi.x.cũ Titius morieẽ ſi ſoluã, tñ nõ repetã, qa certũ eſt Titiũ eſſe moriturũ, & ſic, ꝙ obligatio habebit effectũ iõ nõ põt repeti ſolutũ. Sed in vltimis volũtatibus legatũ cõdõnale nõ trãſmittiẽ ad hẽdẽ.l.vnica.§.ſin autẽ ſub cõditione.C. de cad.tol.ideo ante euẽtũ cõditionis non eſt certum legatũ habiturum effectum, & ꝓ tãto ſi teſtator legaret tibi.x.cum Titius morieẽ, tale legatum eẽſeẽ eſſe conditionale nã ſi tu eris viuus tpe mortis Titij diceẽ cõditio extitiſſe, & legatũ habebit effectũ. Sed ſi morieẽ ante Titiũ legatum eſſet extinctum.facit, qđ habeẽ.in l.hæres meus.ff.de cõdi.& demon.& in l.ſi cũ hæres.ff.qñ dies leg.cedat, & ideo ſi poſt mortẽ teſtãtis hæres ſolueret tibi legatum cum mortuus ſit Titius ſi ſoluat ꝑ errorem iuris, vel facti poterit repetere cum interim ſit oĩno debitum: nec ſit certum, ꝙ ſit oĩno futurum debitum facit, quod notaẽ.in d.l.nam ſi cum moriar. An autem in ꝯctibus ſi promitto tibi decẽ cum Titius morieẽ interim nata ſit aliqua obligatio. ſed obſtat exceptio. an vero nulla ſit nata. Bar. poſuit in l.ita ſtipulatus.in ij.q.principali.ver.ij.quæro.ff.de verbo.obli.;& tenet, ꝙ nulla interim ſit nata obligatio. allegat id, qđ no.gl.in l.in oĩbus.ff.de reg.iur.nec obſt.d.l.nam ſi cum moriar, qa ſcđm eum ibi nõ dẽ obligationẽ eſſe natã. ſed impediri repetitionẽ quia certum eſt oĩno debitum eſſe futurum, & per hoc ſit expeditum id, qđ tãgit gl.de exceptione tpali. Si autem ſit ꝑpetua. tunc ſi eſt fauorabilis, vt exceptio velleiani, quia fuit inducta principaliter in fauorẽ mulierum, vt poſſint ſe tueri exceptione velleiani, qñ obligãt ſe ꝓ alijs, & tunc ſolutum repeti poteſt, ſiue ſoluaẽ ꝑ errorẽ facti, ſiue iuris. ꝑ l.q̃uis.ff.ad velle.& l.qui exceptionẽ.ff.de condi.inde. Si autẽ ſit exceptio odioſa: vt eſt exceptio macedoniani, q̃ fuit inducta odio creditorum mutuãtium pecunias filijsfa. qui interdum ſuadebãt filijs, vt pẽres occiderẽt, vt efficerenẽ ſui iuris.l.i.ff.ad mace.& hoc caſu cõcludit gl. ꝙ ſolutum nõ põt repeti ſiue ſit ſolutum ꝑ ignorãtiã iuris, ſiue facti ꝑ d.l.q exceptionẽ, & l.ſi is q.e.ti.& idẽ voluit gl.i.q.iiii.§.notãdũ, ſed gl. Accurſij. in d.l.cum quis. q̃ ſequunẽ communiter doc.& illã ẽt ſequiẽ hic Hoſt.& Io.An.dicit, ꝙ ſi ſit ſolutum ꝑ ignorãtiã facti poterit repeti, & ꝓ hoc eſt caſus.in l.fi.ff.ad mace.& aduerte, quia exceptio dẽ eſſe fauorabilis, qñ principaliter induciẽ ꝑꝑ fauorẽ licèt in conſequentiã reſultet odiũ alteri, vt contingit in exceptione velleiani; & ſimiliter illa dẽ odioſa, q̃ principaliter eſt inducta ꝓpter odium: licèt alteri reſultet fauor, vt contingit in exceptione macedoniani, q̃ fuit inducta principaliter odio creditorum mutuãtium filiisfa. licèt reſultat fauor ipſis filiis, vt non teneanẽ cum effectu ꝑꝑ dictã exceptionẽ. Et hæc theorica colligiẽ ex.l.qui exceptionẽ.ff.de cond.inde. Item, qđ dictum eſt de exceptione odioſa intellige, qñ originaliter eſt odioſa, ſecus ſi ex poſtfacto, quia tũc attẽdeẽ potius primordialis natura. facit, qđ leg.& no. in l.qui ſe debere.ff.de condi.ob cauſam. ¶ Itẽ ſcđm alium modum loquendi, qđ dictum eſt de exceptione odioſa ꝓcedit, qñ eſt inducta ꝯ ius cõe, vt eſt in exceptione macedoniani. ſecus ſi ſm ius, vt cõtingit in exceptione doli inducta in ſubſidiũ exceptionis facti de qua in l.reſcripto.§.fi.ff.de pac.& facit, qđ no.Cy.in d.l.cũ qs. ſi autẽ ſit exceptio ꝑpetua inducta ad rigorẽ iuris cõſeruãdũ tunc cõcludit hic gl. ꝙ tutus tali exceptione ſi ſciẽter ſoluit nõ repetit. ꝑ l.Iulia.ff.de cõd.ind.& [illegible] ſnĩa eſt de iure ciuili.& ſic ea, q̃ iuris naturalis ſunt, nõ poteſt tollere. facit, qđ hẽ in it.de iure natural.§.ſed naturalia. Et iõ ſi ſoluat tutus tali exceptione non repetet, & ſic reſidet hic gl. ſed gl.Io.in c.j.§.notandum.j.q.iiij.aliter dicit.nã fateẽ, ꝙ ſi tut⁹ exceptione ꝑpetua inducta ad rigorẽ iuris cõſeruãdũ. vt eſt exceptio rei iudicatæ, ꝙ tũc nõ põt repeti: qa ſoluẽs erat tutus exceptione ꝑpetua, & nõ odioſa. refert tñ, ꝙ aliq renuerũt ꝯtrium ꝑ rõnẽ quã noluit hic ſentire gl. videlicet, qa ſnĩa abſolutoria non tollit naturalẽ obligationẽ. l.Iulianus.ff.de cond.indebi. quia ſnĩa eſt de iure ciuili. facit, qđ hẽ in l.ij.§.poſt originẽ.ff.de ori.iur.& ideo non põt tollere ea, q̃ ſunt iuris naturalis, ut in d.§.ſed naturalia. ſuperius allegato. ¶ Et aduerte, qa ex ꝑdictis gl. vẽ ſentire duo. primum eſt, quòd exceptio rei iudicatæ dicaẽ eſſe exceptio inducta ad rigorẽ iuris conſeruãdum, ſm eſt, an tutus tali exceptione ſi ſoluat poſſi repetere. primum cõiter ſequunẽ gl. vt patet ex his, quæ hic hñr ꝑ gl.& in d.§.notãdũ.& in d.l.cum qs, & in d.l.Iulia. ſed Bar.in d.l.cum qs. dicit, ꝙ exceptio rei iudicatæ non eſt de exceptioni-

25 bus inductis ad rigorem iuris conſeruandum † quia ſnĩa abſolutoria licèt non tollat naturalem obligationem d.l.Iulia. tñ tollit ciuilem obligationem, & tolliẽ ex d.l.Iulia. a contrario ſenſu, ſed exceptiones inductę ad rigorẽ iuris ꝯſeruãdũ ſcđm eũ non perimũt neq; tollũt aliquã obligationẽ, ſed ſolũ reſpiciunt facultatẽ agẽdi. vt contingit in exceptione præſcriptionis fori, & in exceptione, ꝙ prius conueniaẽ principalis, q̃ fideiuſſor. de qua auth.ꝑſente.C.de fideiuſ.& ĩ exceptione cõpetẽte ex epiſtola diui Adriani. de qua in l.fi.C.de conſti.pec.ꝑ quã daẽ vni fideiuſſori exceptio, ꝙ nõ conueniaẽ inſolidũ, ſed ſolum ex ꝑte, qñ alter fideiuſſor eſt ſoluẽdo, & ſimiliter ĩ exceptione competẽte vni ex duobus reis æquè principaliter obligatis, vt non conueniaẽ inſolidum allegato eum reo exiſtẽte præſente, & ſoluẽdo. de qua in auth. hoc ita poſita ſuꝑ.l.j.C.de duobus reis. Itẽ in exceptione litis pendentis ꝑꝑ quã interim quis non poteſt cogi ad ſoluẽdũ. d.l.Iulianus. de cond.inde. nã iſtæ ſunt exceptiones ſcđm Bar. inductę ad rigorẽ iuris conſeruãdũ, & non perimunt aliquã obligationẽ principalis, ſed reſpiciunt facultatẽ conueniẽdi. licèt interdũ in conſequentiã poſſit ſeq peremptio obligationis: vt ſic contingat excuti prius principalẽ, & ipſum ſoluere debitũ: nã tũc tolleẽ obligatio non principaliter ex vi exceptionis: vt prius conueniaẽ principalis, q̃ fideiuſſor. ſed ex vi ſolutionis poſtea factę per debitorem cũ per ſolutionẽ oĩs tollaẽ obligatio. inſt.q.mo.tolliẽ oblig.in prin.& cũ hac opi. trãſit hic do.Ant. ſed Sal. in d.l.cũ qs. dixit glo. poſſe ſuſtineri, ꝙ exceptio rei iudicatę dicaẽ eſſe exceptio inducta ad rigorem iuris conſeruãdum ex eo, qa ſnĩæ ſtari debet ſiue ſit iuſta: ſiue iniuſta, dũmodo non habeat in ſe errorẽ expreſſum ſi non fuit appellatũ. l.j.ff.de re iud.& ſ.de re iu. in c.ꝙ ad conſultationem.& l.ij.C.quando prouo.nõ eſt neceſſe, & hoc, vt ſit finis litium. do.Flor.hic, ꝙ ſi tenemus, quòd per ſententiã abſolutoriam tollatur ciuilis obligatio ꝓut tenuit glo.in l.j.ff.de condi.inde.& ſequitur Bar.& communiter citramontani. tũc põt ꝓcedere, quod dicit Bart. ꝙ iſta non dicitur exceptio inducta ad rigorẽ iuris cõſeruãdũ: qa ſub iſto mẽbro comprehẽdiẽ exceptio, q̃ cõpetit ſubſiſtẽte naturali, & ciuili obligatione. vt patet ex his, quæ dixit hic gl. ſi vero teneremus, ꝙ ꝑ ſnĩam abſolutoriã nulla tollaẽ obligatio. ſed ſolũ eludat actionẽ, & obligationẽ prout vẽ ſenſiſſe gl.in l.Iulianus.in ij.glo.ff.de condi.inde.& videtur etiam ſequi Bal.in d.l.cum qs. tunc poſſet ꝓcedere opi. huius gl.& ſimiliũ gloſſarũ. & hæc opi. videtur ſatis habere in ſe rationem: an tñ

26 procedat ſtatim patebit. ¶ † Circa ſecundũ autem an

ſi ille

ſi ille q eſt tutus exceptione rei iudicatæ ſoluat ꝑ er-
rorem poſſit repetere.fuerunt opi.vt patet ex ſupradi
ctis.nam aliqui voluerunt dicere, ꝙ ſic.vt dixit gl.in
d.§.notãdũ.alij vero dixerunt tale ſolutum quocũq;
errore:& ſic ſiue iuris:ſiue facti non repetitur.ita vo-
luit ſentire gl.in d.l.cum quis.vbi videtur cõcludere
generaliter,ꝙ vbicunq; qs eſt tutus exceptione indu
cta ad rigorem iuris conſeruãdum ſi ſoluat etiam pce
errorem facti non repetat.ſed gl.in l.j.ff.de condi.in
de.dicit,ꝙ ſi ſoluitur per errorem iuris illud,quod qs
poterat retinere uelut tutus exceptione rei iudicatæ
ꝓpter ſnĩam abſolutoriã ꝓ eo latã nõ poterit repete
re, ꝙ talis ſnĩa non ſuſtulit naturalẽ obligationẽ li-
27 cèt ſuſtulerit ciuilem.†ideo non debet poſſe repete-
re per id, qđ habetur in d.l.Iulianus,& in l.error.C.
ad leg.fal.& qđ etiam hic tetigit glo.in prima ſpecie
indebiti.ſecus ſi ſoluerit ꝑ errorẽ facti,qa poterit re-
petere,ꝑ id,qđ hr̃.in d.l.error.Et qđ dixit hic gl.circa
primã ſpeciẽ indebiti,& in d.l.cũ qs.Et hãc opi.ſeqt̃
Bar.in d.l.cum quis.& in d.l.j.ff.de condi.inde.& ſe-
quitur etiam ipſam Salyc.in d.l.cum qs.ſed Guil.de
Cu.& Bal.in d.l.cũ quis.& cõiter alij legiſtę vñr ſeq
opi.qđ tale ſolutũ pce errorem facti non repetatur,cu
talis ſolnẽs ſm eos fuerit tutus exceptione perpetua
inducta ad rigorẽ iuris conſeruandũ ꝓ quo facit qđ
ſuperius dixi poſt Saly.do.Ant.hic ſequitur opi.Bar.
& pro illa facit, qa vbi eſt dubium de repetitione in
dubio faueri debet repetitioni.in l.nõ debet.§.fi.& l.
in ambiguis.§.fi.ff.de reg.iu.& ideo ex quo ſunt opi.
& gl.ẽt contrariæ:vr̃ tenenda opi.quæ fauet repetitio
ni.Nec ob.ꝙ iſta exceptio poſſit dici inducta ad rigo-
rem iuris conſeruãdũ propter id, quod dixit Sal.qa
licèt illo reſpectu poſsit illud tolerari. tñ alio reſpe-
ctu nõ vr̃ illud ꝓcedere.ſi tenemus opin.ꝙ per ſnĩam
abſolutoriã tollatur ciuilis obligatio.licèt non tollat̃
naturalis, quã ſequit̃ Bar.& gl.in d.l.j.de cond.inde.
& cõiter citramontani vt etiam dixi circa primã ſpe
ciem indebiti.nã ꝓprie ille dicuntur exceptiones in
ductę ad rigorem iuris conſeruãdũ,qñ ſubeſt obliga
tio ciuilis,& naturalis:& reſpiciunt facultatem cõ-
ueniẽdi.vt voluit ſentire gl.& ꝑ hoc eſt expedita gl.
vſq; ad verſi.ſi vero incertũ.vbi gl.tãgit qd iuris, qñ
eſt incertum, an exceptio ſit tẽporalis, an ꝑpetua.&
cõcludit,ꝙ de illa iudicandum,vt de perpetua.& per
l.ſufficit.ff.de condi.inde.& ibi patet exemplum,pu-
ta ſi debes mihi centũ,& ego facio tibi pactum de nõ
petẽdo, donec Titius factus fuerit cõſul.nã ſi cõtin-
gat Titium fieri conſulẽ poſtea potero te conuenire.
& ſic exceptio fuerit tpalis. ſed ſi cõtingat Titiũ mo
ri anteq̃ fiat cõſul:& tũc nunq̃ potero te cõuenire,&
ſic erit perpetua.& ſic vr̃ velle glo.ꝙ tutus tali exce-
ptione dubia ſi ſoluat ꝑ errorẽ iuris,vel facti poſſit re
petere.ſed hic aduertẽdũ,qa iſtud ꝓcedit,qñ in cer
tũ caſum oĩno ꝑmittit̃ obligatio.vt patet in exẽplo ꝓ
dicto,ſed vbi non ꝑmittit̃, vt contingit in exceptio-
ne ne qs cõueniat̃ vltra q̃ facere poſſit: qa interim
anteq̃ poſsit facere licèt poſſit ſe tueri exceptionẽ.ẽ
tñ obligat' ciuiliter,& naturaliter.facit,qđ dictũ fuit
in c.ꝑcedenti.& ſic ẽt contingat,qđ efficiat̃ ſoluẽdo,
vt poſſit cõmode ſatisfacere: tũc nõ cõpetit exceptio
iſta.ergo exceptio ne qs cõueniat̃ vltra q̃ facere poſ
ſit,põt dici dubia,qa eſt incertũ,an tutus dicta exce-
ptione efficietur ſoluendo.Nunqd ergo tutus tali ex
ceptione ſi ſoluat ꝑ errorẽ poſsit repetere.gl.in l.nã
ſi maritus.ff.de cõdi.inde.dixit, ꝙ nõ ꝑ illã.l.& ꝓ illa
facit,qa talis exceptio ꝓſumit̃ tpalis.cũ ꝓſumptio ſic
iuris,ꝙ qs efficiat̃ ſoluendo.l.ſi defunctus.C.arbitriũ
tutelæ.& facit,qđ no.ꝑ gl.in l.qđ noĩe.ff.de cond.in-
de.& iõ vr̃,ꝙ non poſsit repetere, ſicut nec ille q tu-
tus exceptione tpali ſoluit añ.l.in diẽ.ff.de cõd.inde.
& ſuperius eſt dictum.ſed ꝯriũ voluit gl.in l.ex diuer
ſo.§.fi.ff.ſol.ma.Dy.ibi vr̃ ꝯcordare opi.qa ſi ſoluit̃
ꝑ errorẽ iuris non poterit repeti.& ita intelligat̃ pri-
ma opi.ſecus ſi ꝑ errorẽ facti.& ita ĩtelligat̃ ſecunda
Bar.in d.l.ex diuerſo.& Cy.in d.l.eum qs reprobant
opi.Dy.ꝑ rõnẽ ꝓallega.videlicet, qa dicta exceptio
ꝓſumit̃ temporalis: tum qa ꝓſumitur,qđ efficiet̃ ſol
uẽdo.d.l.ſi defunct'.& l.cura.§.deficiẽtiũ.ff.de excu.
mu. tñ ẽt qa talis exceptio nõ trãſit ad hr̃dẽ regulari
ter.l.ſciendum.ff.de re iud.& iſtam partem etiã vr̃ te
nere gl.ĩ l.ij.ſeu iii.ff.de exce.ſed Sal.in d.l.cũ qs.di-
cit opi.Dy.poſſe ſaluari, qa incertũ eſt viuente ipſo
debitore,an erit tpalis dicta exceptio:qa poſsibile eſt
ꝙ non efficietur ſoluendo.& licèt ſit præſumptio, ꝙ
acquiret̃.nõ tñ oĩno neceſſario infert.ideo ſcđm eũ
uidetur,ꝙ ſi ſoluerit ꝑ errorem facti.puta,qa recepe-
rat quandã hæreditatẽ quã putabat ad ſe ſpectare,qa
nulla fuerat inſtitutus per illum qui non reputabat̃
habere filium,& tñ poſtea repertũ eſt oppoſitum,& iõ
tunc ex quo ſi ſoluiſſet errauerit in facto vr̃, ꝙ poſsit
repetere ſi aliter commode non põt ſe ſuſtentare, &
hæc opi.ſatis vr̃ eſſe æqua:tñ de rigore iuris verior vi-
det̃ opi.Bar.& Cy.ꝑ rõnes ſuperius allegatas, & hoc
põt procedere ſi teneamus opi.quòd ſolutum añ diẽ
certum oĩno non poſsit repeti etiam ſi fuerit ſolutũ
per errorẽ facti.Sed vbi teneremus opi.quòd tale ſo-
lutum ꝑ errorẽ facti poſsit repeti ꝓut tenuit gl.ĩ d.l.
cum qs. tunc vr̃ ꝙ ẽt de iure ſuſtẽtari poſsit opi. Dy.
¶ Iuxta ꝓdicta põt q̃ri qd de tuto exceptione præſcri Tutus exce ptione præ ſcriptionis. xxx. anno. rum ſi ſol uat,an repe tere poſſit.
ptionis.xxx.anno.an ſi ſoluat poſsit repetere Io.An.
remittit ad notata in Spe.in ri.de ꝓſcrip.circa princ.
ibi Spe.recitat opi.gl.in l.fi.ff.rem ra.hab.videt̃ tene
re, ꝙ ſoluens tunc per errorẽ poſsit repetere per id,
qđ ibi hr̃,Bar.ibi concludit,ꝙ ſi exceptio ꝓſumptio
nis ſurgit ex ꝯuentione.vt qa quis ſe obligauit vſq;
ad certum tp̃s: & tunc,qa ibi vr̃ interuenire tacitum
pactum, vt poſt tp̃s non teneatur tollitur naturalis
obligatio: qđ habetur in l.ſi fideiuſſor.§.fi.ff.manda
ti.ideo poterit repeti ſolutum etiã ꝑ errorẽ iuris. Aut
exceptio ꝓſcriptionis ſurgit ex natura actionis, quæ
eſt temporalis.vt contingit in redhibitoria, quæ du-
rat ſex mẽſibus:& tunc ꝑ talẽ ꝓſcriptionẽ tollitur ci-
uilis,& nõ naturalis.l.at qui natura.ff.de nego.geſt.
ideo deberet diſtingui, an fuerit ſolutum per errorẽ
iuris,vel facti. per id, qđ dictum fuit circa primã ſpe
ciẽ indebiti.¶ Interdum vero actio ſui natura erat ꝑ-
petua:ſed tollit̃ per ꝓſcriptionẽ.xxx.ann.& tunc ꝑ ta
lẽ ꝓſcriptionẽ tollitur ciuilis:& licet per illã non poſ
ſit tolli pęnitus naturalis: quia ius ciuile non poteſt
tollere pęnitus ius naturale.vt in §.ſed naturalia.in-
ſti.de iure naturali.tñ tollit omnẽ effectum ẽt natura
lis obligationis. per id,quod hr̃.in l.ſicut.& in l.oĩs.
C.de ꝓſcrip.xxx.anno.& ideo ſi tutus tali exceptione
ꝓſcriptionis ſoluat ẽt per errorẽ iuris repetet, vt vo-
luit gl.in d.l.fi.§.j.ff.rẽ ra.habe.& cum iſta opi.tranſit
hic domi.Anto.ſed Salyce.in d.l.cum quis dicit hoc
verum ſi ſoluatur per errorẽ facti.per id, quod hr̃ in
l.fi.ff.ad mace.& in l.error.C.ad le.fal.ſecus ſi per er
rorẽ iuris, qa iſte vr̃ eſſe tutus exceptione odioſa.li-
cèt perpetua, cum odio negligentium talis exceptio
ſit inducta.s̃.de ꝓſcrip.in c.vigilãti.& facit,quod no.
in l.fin.C.de edic.diui.adria.tol.nec obſt.ſecundum
eum.d.l.ſicut.& d.l.oĩs.qa ibi ſolum tollit facultatẽ
agẽdi.& ſic vr̃, ꝙ remaneat naturalis obligatio,cum
tẽpus nõ ſit modus tollendi obligationẽ.l. obligatio
nũ ferè.§.placet.ff.de actio.& obl.Nec obſt.quod hr̃.
in l.

in l.ſi qs poſtq̃.ff.de fideiuſ.vbi liberato ꝑ ꝑſcriptio
nẽ nõ põt accedere fideiuſſor,cui⁹ ɔtrariũ eſſe dẽt ſi
naturalis obligatio remãſiſſet,cũ ẽt naturali obliga-
tioni poſſit accedere fideiuſſor.l.j.ff.de fideiuſ.quia
põt reſpõdere, ꝙ ibi loquiť in liberato ꝑ ꝑſcriptionẽ
cõuentionalẽ,vt qa obligauerat ſe ad tps,& ſic poſt
tẽpus tollitur obligatio naturalis.vt ſ.dixi.Non aũt
poteſt intelligi de præſcri.xxx.anno.quia illa nõ erat
cognita ſecundũ tẽpora digeſtorum.vt notauit gloſ.
in l.q. accidit.ff.ad leg.aqui.& ꝑ hoc eſt expedita gl.
vſq; ad verſi.ciuilis tantum,& hęc opi.Sali.de qua.ſ.
dixi,ſatis vť poſſe de iure defenſari per ꝑdicta quam
28 uis cõmuniter legiſtæ tranſeunt cum opi.Bar.¶† In
ea.gl.ibi:ciuilis cum dicitur, &c.de hoc , an qñ qs ſe
obligat per chyrographum ſpe futurę numerationis
oriatur ſola ciuilis. An vero oriatur ẽt naturalis : ſed
obſtat exceptio : plenè dixi.ſ.circa ſecundam ſpeciẽ
indebiti.nam cõis eſt opi.cum glo.quòd ſolũ ciuilis
oriatur , & non naturalis ante biennium poſt bien-
nium vero dicunt aliqui,ꝙ oriať naturalis: qa ſcđm
eos lapſus biennij habetur ꝓ numeratione.vel ſcđm
alios,& hæc eſt cõis opi.quã ſequitur gl.in l.genera-
liter.C.de non nu.pec.etiã poſt biennium eſt ſola ci-
uilis.ſed habet effectũ naturalis.iõ tunc poſt biẽniũ
non obſt.exceptio non nu.pec.de quo inferius dice-
tur.Pe.tñ quẽ ſequitur Bal.in d.l.cum qs.& etiã do.
Flo.hic dicunt, ꝙ etiã añ biennium oritur etiã natu-
ralis.ſed obſt.exceptio.ſed ꝑcedens opi.cõiter teneť,
vt dixi circa ſcđam ſpeciẽ indebiti . & facit , ꝙ dicã
poſt gl.¶ In ea.gl.ibi:puta numeratione pec.Sed cer
te ſi numeratur pecunia ex cauſa mutui nõ oriť tunc
naturalis tantum:imo oritur nedum naturalis:ſed ci.
uilis, vt patet ex his,q̃ hñr inſti.qui.mo.re contrahi-
tur obli.in prin.& §.j.& ſic gl.ſimpliciter intellecta
vt ſonat,non bñ dixit.licèt do.Flo.videať illã ſequi,
vt dixi circa primã ſpeciẽ indebiti.vnde gl.melius ꝺi
xiſſet,ꝙ naturale mutuũ tm̃ eſt,qñ fit numeratio pe
cu.ſed qñ qs ſe obligat per chyrographũ ex cã mu-
tui ſpe futuræ numerationis :tunc illud eſt mutuum
ciuile tm̃.vbi aũt ĩterfuiſſet numeratio, & ſtipulatio,
tunc eſt mutuum ciuile cui cooperatur natura :quia
agitur ex ſtipulatione,nõ ex numeratione, q̃ cenſeť
facta cã implendę ſtipulationis.l.cum enim.ff.de nõ
ua.& no.per gl.in l.ij.§.fi.ff.ſi cer.pe.& hũc puto fuiſ
ſe intellectũ gl.licèt ineptè fuerit locuta.¶ In ea.glo.
ibi:tolliť.ſupple naturalis obligatio.vt patet.in §.na-
turalis.alleg.in gl.¶ In gl.pe.ibi:legitimis ꝓbationi-
bus.puta ꝑ teſtes,vel inſtrumẽta.ſecus ſi ꝓbet ꝑ iura
mẽtũ delatũ ipſi reo, q. licèt prius negauerit ſolutio-
nẽ.tñ delato ſibi iuŕo fuit cõfeſſus. nã tunc , qa rele-
uauit agẽtẽ ab onere ꝓbãdi nõ patiť pœnã aliquã ex
mendacio,qđ prius fecerat ꝑ id,qđ hř.in l.cum q.ff.
de iureiur.& ſic habetur perinde acſi nullatenus ne
gaſſet ſolutionẽ ſcđm Vinc.& Ioã.And.¶ In glo.ibi:
creſcit in duplum.Sed nunquid ſi reus qui negauit
confiteatur poſtea euadat hãc pęnã dupli.dic, ꝙ ſic ſi
hoc facit añ ꝓbationes factas ꝑ errorẽ.vt no.gl.in §.
itẽ milta.inſti.de act.& Spe.in ti.de confeſ.§.nũc vi-
dẽdũ.ad fi.ver.quid ſi ẽt.Quid autẽ ſi fideiuſſor fue-
rit datus ꝑ reũ cõuentum actione.l.aquilię.de iudi.
ſoluen.an tenebitur ad duplum, & ſic ad incremẽtũ
contingens rõne negationis,ſi contingat ꝓpter hoc
reũ in dicto duplo condemnari.videreť ꝙ ſic ex quo
fideiuſſit.de iu.ſol.facit.l.iudicatũ ſolui.ff.de iud.ſol
uen.In ɔ̃riũ vť eſſe caſus.in l.fi.ff.de fideiuſ.& hoc te
nuerũt aliq. ꝑ d.l.alij vero tenuerũt ɔtrariũ,& ſic pri
mã partẽ , qa mora rei nocet fideiuſſori.l.mora.ff.de
verb.oblig.ſed ſecundi dicunt illud verũ , qñ fideiuſ-
ſor nõ defendit reũ,aliàs ſecus.l.ſancimus.C.de fide
iuſ.ſed opi.primã,qđ fideiuſſor nõ teneať,tenuit gl.
accurſij.in l.j.ff.qui ſatiſd.cog.vt etiã dixit Spe.in ti.
de fide.§.j.ver.ſed pone.Et iſtã ꝑtẽ tenet hic do.Flo.
dicẽs illã cõiter teneri.videlicet,quòd nõ teneať fide-
iuſſor ꝑdictus rõne incrementi negationis.ꝑ d.l.fin.
& cũ iſta opi.vť trãſire hic Io.An.& do.Ant.& ẽt do.
Pe.ſed Bar.in d.l.fi.vť tenere ɔ̃riũ ex eo,quia ex natu
ra actionis ex eadem inſtantia ſequiť condãnatio ad
tale incrementũ.& ideo ex quo reus eſt ɔdemnatus
ẽt ad illud , & fideiuſſor fideiuſſit de iud.ſol.& ſic de
eo,qđ iudicabiť ɔtra reũ.ideo vť,quòd fideiuſſor te-
neať de tali incremento.ſecus dicit in actionibus in
quibus fit incrementũ,ſed ad illud nõ fit ɔdemnatio
in eadẽ ĩſtantia.vt cõtingit ĩ actionibus arbitrarijs,in.
quibus feruntť duæ ſniæ ſcđm ea, q̃ hñr.in l.actioni-
bus.ff.de in lit.iu.& in l.ſi cũ exceptione.§. hęc actio.
& §.quatenus.ff.qđ metus cau.nã vť fideiuſſor ꝓmi-
ſiſſe ſoluere illud,qđ iudicabiť ex eadem inſtãtia , &
non ad id,quòd in alia inſtãtia fiet condemnatio.fa-
cit, qđ hř . in l.ij.ff. de iud. ſol.& in l.j.ff.de in lit.iur.
& ibi notauj ꝑ Bart.Sed aduerte , quia vť cõem opi.
poſſe defenſari ꝑ quã vť, qñ qs fideiubet de iudica-
to ſoluendo in dubio intelligatur fideiubere de eo,
qđ iudicabitur ſuꝑ eo,qđ principaliter petitur,& nõ
ſuper eo, quod poteſt creſcere rõne negationis , vel
contumaciæ.& ita videť ſonare.d.l.fi.¶ Et ꝑ hoc ſa-
tis patet reſponſum ad rõnem Bar.& ꝓ hac parte be
ne facit gl.in d.l.iij.ff.qui ſatiſd.cog.qđ diligenter te
ne menti,qa põt ſæpe cõtingere in practica.& maxi
me attẽtis ſtatutis,quę interdũ in maleficijs rõne ne
gationis,& contumaciæ augent pęnã.facit, qđ dixi.
in d.l.fi.¶ In ea.gl.ibi auth.contra q. ꝓpriam.aduer-
te,qa illa auth.facit ad id, qđ allegat gl.inquãtũ ibi
negãs,ſi conuincať de mẽdacio puniť.Sed alio reſpe-
29 ctu facit ɔtra.nã ibi dř,ꝙ qui † negat ꝓpriã ſcripturã
in qua contineť confeſſio ex cã mutui ad certã quãti
tatem:vel negat pecuniã numeratã eſſe,ſi conuincať
de mẽdacio non poterit dicere poſtea ſe ſoluiſſe.Sed
dic, ꝙ ibi eſt ſpãle, vt cõuictus de mendacio patiatur
pęnã.de qua ibi.videlicet,quòd non poſſit docere ſe
ſoluiſſe ad fi.vt ẽt ſi hoc cõſtet nõ teneať tãtũdẽ ſol-
uere,licèt certo reſpectu audiať ſi ꝓbet ſe ſoluiſſe,qa
non condẽnabiť tunc in duplum:ſed ſolum in aliud
ſimplũ.vt ibi patet. Et no.etiã ꝑ Bar.ſecus aũt eſt in
alio debito ẽt ſi ꝑpetatur vigore publici inſtrumenti.
nã negãs ſolutionẽ ſi ẽt conuincatur ex publico in-
ſtrumẽto põt trãſire ad aliã exceptionẽ.puta iuriſiu-
randi,vel pacti.aut ꝑſcriptionis l.nemo.& ibi ꝑ Bar.
ff.de exce.& in regula, nullus pluribus.de reg.iu.in
vj.& hoc facit ad qõnẽ,ſi accuſatus de homicidio di-
cit ſe nõ feciſſe , & cõuictus ꝑ teſtes vult poſtea ꝓba
re , ꝙ ad ſui defenſionẽ fecerit.nã certe vť , ꝙ debet
audiri ꝑ ꝑdicta.& ita ẽt tenet Iac.de are.Cautius tñ
eſſet a principio dicere,cõuẽtionaliter dico illud nõ
feciſſe.& inquãtum appareat, ꝙ illud feci im feci ad
mei defenſionẽ.facit,qđ leg.& no.ſ.c.cũ venerabilis.
ſ.de exceptio.& ĩ l.ſi qdẽ.C.de exceptio.¶ Extra gl.
duo principaliter tãguntť.primum eſt, qa lr̃a ibi loq-
tur, qñ qs cõquęriť pecuniã indebitã ſoluiſſe q̃d iu-
ris ſi aliã rẽ dicit indebite ſoluiſſe.dic idẽ dicẽdũ , qa
eadẽ eſt rõ.& per ɔ̃ns idẽ ius eſſe debet.ſ.de tranſla.
30 pręla.c.ij.& l.illud.ff.ad le.aqui.† Item, qa appellatio
ne pecuniæ lato ſumpto vocabulo oẽs res cõtinentť.
j.q.iij.in c.totũ.vbi lr̃a dicit totum quicq̃d habes pe-
cunia eſt,intellige.ſ.lato ſumpto vocabulo, vt ibi ẽt
no.& facit.l.quiſquis.ff.de leg.iij.qñq; aũt nomẽ pe
cunia,ſumiť min[illegible] ꝓ oĩbus rebus , q̃ cõſiſtũt in

pondere

pondere,numero,& mẽſura,& nõ ꝓ alijs.l.talis ſcri-
ptura.& ibi per Bat.ff.de leg.j.Qñq; ex vero ſumit̃
ſtricte ꝓ pecunia numerata.inſti.de emptio.§.itẽ pre
31 tiũ.¶†Secunda q̃ſtio eſt,quia licèt regulariter cõfeſ-
ſio facta ex cã certa cõtinẽs certũ ſtatim ꝑiudicet con
fitenti.l.generaliter.C.de non nu.pecu.tñ fallit, qñ
fit confeſſio ex cã mutui,q̃a tunc niſi aliud appareat
ꝓſumit̃ facta ſpe futuræ numerationis,& ideo intra
biennium competit exceptio non nu.pec.vt patet.in
l.ſi ex cautio.& in l.in ꝯtractibus.C.de non nu.pec.
Itẽ fallit in confeſsione facta ex cã dotis,quia ſilr illa
præſumit̃ facta ſpe futuræ numerationis ideo poteſt
opponi exceptio non numeratę dotis añq̃ ſit lapſum
tps de quo.in l.j.& auth.ibi ꝯpoſita.C.de dote cauta,
& non numerata.& eſt ratio ꝓdictorum,quia ſępe ta
les confeſsiones fiebãt ſpe futuræ numerationis, iõ
ne tales ſic confitẽtes reperirent̃ deluſi non ſequeba
32 tur numeratio:ius ꝓuidit.vt ſuꝑius eſt dictũ.¶† Mo
do ꝑꝑ ꝓdicta q̃rit hic Hoſt.& Ioã.An.poſt eũ pone,
quòd fui confeſſus me recepiſſe a Titio.x.ex cã mu-
tui,& iuraui ſoluere ĩ certa die añ bienniũ:nullã que
relã interpoſui de pecunia non numerata:an ſi lapſo
biẽnio conueniat habebo aliqđ remediũ contra agẽ
tẽ ſi uero non numerauit,& refert opi.eſſe contrariã
inter legiſtas,nã vna fuit opi.Azo.& Bulga.& Iac.de
Balduinis ,quòd nullũ cõpetat remediũ.Mouentur
iſti primo ꝑ.l.ĩ contractibus.de non numerata pecu-
nia,q̃ vult,quòd poſt lapſum biennij non poſsit obij
ci exceptio non numeratæ pecuniæ,& ſic vr̃,quòd ci
uilis oblĩo prius nata ꝑ lapſum biẽnii habeat effectũ
ciuilis,& naturalis,vt etiã tangit gl.in l.generaliter.
C.de non nu.pec.nec vr̃ poſſe dici,ꝙ poſt bienniũ
cõpetat exceptio doli,vel exceptio in factũ,q̃a ſcđm
hoc prouiſio dictæ legis in cõtractibus,quę vult poſt
biennium non poſſe obijci exceptionem non nu.pe
cu.de facili poſſet euacuari,quod non eſt dicẽdũ, q̃a
vna via prohibitum,non debet alia via eſſe conceſ-
ſum de reg.iur.in c.cũ q̃d vna via.in vj.& s̃.de ꝓcu.
in c.tuæ.¶Itẽ ꝓ hoc facit , q̃a vr̃ ĩputãdũ mihi qua-
re intra biennium nõ oppoſui exceptionẽ nõ nu.pe.
facit,quod habetur de regu.iur.c.damnũ.in vi.Itẽ vr̃
ꝙ per lapſum biennii ſurgat præſumptio iur.& de iu
re, ꝙ facta ſit numeratio.& ſic vr̃ poſſe probari con-
trarium per id , quod leg.& no.in c.is qui.j̃.de ſpon.
& in l.ſiue poſſidetis.C.de proba.& l.ſi.C.arbitrium
tutelæ,& pro hoc bene facit,quod habetur.in d.l.in
cõtractibus.§.illo.vbi nõ tenet creditor ꝓſtare iura-
mẽtũ ſibi delatũ ſuꝑ numeratione.& ſic vr̃ , ꝙ debi-
tor nõ admittat̃ ad ꝓbãdum pecuniã nõ eſſe nume-
ratã.Alia fuit opi.Hug.quẽ ſeq̃tur Accur.in l.gene-
raliter,& ĩ l.ſi ex cautione.& ĩ d.l.ex ꝯtractibus.C.
de nõ nu.pe.ꝙ licèt poſt biẽniũ nõ poſſit obiici exce
tio nõ nu.pe.tñ poſſit obiici exceptio doli, vel in fa-
ctũ,incumbet tñ ꝓbatio ipſi debitori excipiẽti pecu
niã nõ eſſe numeratam.licèt a principio creditor nõ
fuerit ĩ dolo.tñ vr̃, ꝙ nũc ſit in dolo tꝑe quo agit pe-
tẽdo pecuniã q̃ nõ numerauit.ꝑ id,q̃đ hr̃.in l.ii.§.cir
ca.ff.de doli excep.vñ dicit Hoſt.ꝙ qñ q̃s cõfitet̃ pe-
cuniam ſe recepiſſe ex cã mutui,eſt triplex,ſeu qua-
druplex remediũ.Vnum eſt exceptionis non nu.pe.
& hoc remediũ habet effectum , vt grauet creditorẽ
in ꝓbãdo pecuniã numeratã eſſe.& hoc remedium
cõpetit intra biẽniũ.ſed per lapſum biẽnii tollit̃ hoc
remediũ,& ſic loq̃tur d.l.in cõtractibus.¶Scđm re-
mediũ eſt exceptionis doli,aut in factum cõſiderata
qualitate ꝑſonæ ꝯ q̃ opponit̃,q̃a ꝯ parẽtẽ,vel patro-
num nõ dat̃ exceptio doli:ſed in factum,facit,q̃đ hr̃
in l.nõ debet.ff.de dolo.& iſtud remediũ cõpetit ẽt

poſt lapſum biẽnij: q̃a ẽt ſi tunc petat creditor pecu-
niã quã nõ numerauit vr̃ eſſe in dolo.vt ſuperius eſt
dictum,& iõ talis exceptio obijci põt poſt biẽnium,
nã ſcđm Hoſt.licèt exceptio nõ numeratæ pecuniæ
reperiat̃ tꝑe limitata.tñ exceptio iſta doli , vel in fa-
ctũ nõ reperit̃ tꝑe limitata.& ſic ẽt poſt biẽniũ debet
cõpetere.ꝑ id, q̃đ hr̃.in l.puræ.§.ſi.ff.de doli excep.
& præcipuè, q̃a ſequunt̃ naturã regularẽ aliarũ exce
ptionũ,videlicet,ut excipiẽs ꝓbet ſuã exceptionem,
q̃đ eſt regulare.l.ĩ exceptionibus.ff.de ꝓba.licèt fal
lat in exceptione nõ numeratę pecunię in qua exci-
piẽs nõ ꝓbat:ſed ille cõtra quẽ opponit̃ ĩtra biẽniũ.
¶Tertiũ remedium eſt cõdictionis ſine cã ꝑ l.ſi qua-
ſi.C.de non nu.pe.& iſtud remedium,q̃a eſt actio ꝑ-
ſonalis inſtit.de act.§.appellamus durat vſq; ad xxx.
an.l.ſicut.& l.oẽs.C.de ꝓſcr.xxx.anno.nec habet ne
ceſſe iuramẽtum,q̃a iuramẽtum in dubio intelligit̃
iuraſſe ſi pecunia numeraret̃ facit,q̃đ hr̃.in l.ſi.C.de
non nu.pe.& hoc,qñ iuramẽtũ fuit ſimplr̃ ꝓſtitum.
ſecus videret̃ ſi debitor iuraſſet pecuniã ſibi fuiſſe nu
meratã,q̃a tunc,vt tangit d.Ant.vr̃ ſibi obſtare iura-
mentum niſi peteret̃ ſolutio.nec vr̃ etiã poſſe renũ-
tiari tali exceptioni doli.quia dolo futuro renuntiari
non poteſt.l.ſi vnus.§.illud.ff.de pac.nec vr̃ creditor
poſſe ꝓſcribere cũ videat̃ eſſe ĩ mala fide ꝑ id,q̃đ hr̃.
in c.ſi.s̃.de ꝓſcri.& hãc opi.ꝙ etiã poſt bienniũ poſſit
obijci exceptio doli , uel in factum ſi excipiens uult
ꝓbare pecuniã nõ eſſe numeratã,ſequitur hic Hoſti.
& Ioã.And. dicens , ꝙ illã ſequuntur etiã cõiter mo
derni.& ſeq̃tur etiã illã Inn.in c.q̃a pleriq;.j̃.de im-
mu.eccle.& Dy.etiã dicit,ꝙ ſaltem de ęq̃tate canoni
ca hæc opi.ꝓcedit in regula locupletari.ad ſi.de reg.
iur.in 6.Nec obſtant allegata ꝓ prima opi.nã primo
non ob.l.in cõtractibus, q̃a illa loquitur in exceptio
ne nõ nu.pe.q̃ non põt obijci poſt biẽniũ.Itẽ nõ ob.
dum dr̃,ꝙ ſm hoc euacuabit̃ diſpoſitio.d.l.in contra
ctibus.nã hoc nõ eſt verũ,q̃a nõ poterit obijci exce-
ptio non nu.pe.ad ſi.vt creditor teneatur ꝓbare pe-
cuniã numeratã, q̃a ſatis eſt,ꝙ grauet̃ debitor onere
ꝓbãdi ſi obijciat̃ intra biennium.Sed, qñ opponitur
exceptio doli,vel in factũ,excipiẽs habebit ꝓbare,ꝙ
pecunia ñ fuit numerata.q̃đ erit ſatis difficile,q̃a nõ
poterit faciliter ꝓbari dicta negatiua niſi ꝑ confeſſio
nẽ partis.in c.j.de cõfeſſis,in ſexto.vel niſi eſſet coar-
tata certo loco,vel tẽpore.l.optimã.C.de cõtrahen.
empt.& in c.tertio loco.de ꝓba.& ſic patet,ꝙ in effe
ctu non euacuabitur diſpoſitio.d.l.in cõtractibus.li-
cè. poſt biẽniũ opponat̃ exceptio doli , vel in factũ,
nec põt etiã dici,ꝙ dicta exceptio doli,vel in factum
ſurrogat̃ loco exceptionis non nu.pe.q̃a eſt alterius
naturæ.nã opponens exceptionẽ non nu.pe.nõ tene
tur ꝓbare illã , ſed opponens dictã exceptionẽ doli,
vel in factũ tenet̃ ꝓbare pecuniã nõ eſſe numeratã.
¶Itẽ non obſt.q̃đ dr̃ de ꝓſumptione iuris,& de iure,
q̃a põt dici,ꝙ ꝑ lapſum biẽnij nõ ſurgit ꝓſumptio iu
ris, & de iure.ſed ſolũ ꝓſumptio iuris tñ.ideo bene
poteſt admitti ꝓbatio in contrariũ per id, q̃đ legi.&
no.ĩ l.ſiue poſſidetis.C.de ꝓba.& ĩ c.is qui.j̃.de ſpõ.
dixit Bar.in repeti.l.j.C.de ſacroſan.eccl. ꝙ filiusfa.
in aduentitijs in quibus patri non quæritur vſusfru-
ctus poterit teſtari ēt ſine conſenſu patris,quia tunc
patris non intereſt, ex quò non habet vſumfructũ in
talibus bonis:& ideo eius ꝯſenſus nõ vr̃ neceſſarius,
& ꝓ hoc,qa in relictis ad pias cãs non vr̃ ꝙ ſit neceſ-
ſe ſeruare ſolennitatẽ iuris poſitĩ.per id,qđ legiť, &
no.j.eo.cum eſſes.& c.relatum.& c.cum tibi. ſecus
ſi eſſent talia aduentitia in quibus patri eſſet q̃ſitus
vſusfructus:qa tunc non poterit teſtari etiam ad pias
cãs ſine ꝯſenſu patris,ſed cum eius cõſenſu ſic. & ſic
pt intelligi,qđ hr̃ in d.c.licèt.& eadem ratione deť,
ꝙ poſſet teſtari de profectitijs ad pias cauſas pr̃e cõ-
ſentiente cum eadem ratio vr̃. & ſic idẽ ius dici dẽt.
arg.l.illud.ff.ad le. Aquil.& c.ij.s̃.de tranſla. præla.
& hæc opi.Bar.& Fede. vr̃ verior de iure per d.c.li-
cèt a ꝯrio ſenſu. Nec ob.ratio Bal. quia pupillus nõ
intelligitur teſtari: quia non habet plenũ iudicium.
l.fin.C.de teſt.mili.& in actu teſtandi autoritas tuto
ris,vel adminiſtratoris nihil habet operari,per id,qđ
hr̃ in d.l.Aurelio.§.caius, ſed filiusfa.adultus habet
plenum iudiciũ quò ad actum teſtãdi,qđ patet:quia
adultus ſui iuris teſtari poteſt.l.qua ętate.ff.de teſta.
ideo nimirum ſi exiſtens in poteſtate patris poterit
teſtari ad pias cauſas eo conſentiente ad non pias nõ
poterit teſtari ẽt patre conſentiente, & ẽt ſi ſint aduẽ
titia in quibus patri non q̃ratur vſusfructus.& ſic in-
telligať.d.l.pe.C.qui teſta.facere poſ.& ſm p̃dicta li
28 mitari dẽt.d.l. qui in pt̃ate.& d.l.ſeniũ.§.j. An † aũt
filiusfa.per ſtatutũ poſſit habilitari ad teſtandũ. Bar.
in l.ſi quæramus.ff.de teſta.tenuit,ꝙ ſic, qa impediť
teſtari ꝑꝑ impedimentũ poterit tolli per ſtatutum. ꝑ
id,qđ hr̃ in l.oẽs populi.ff.de iuſti.& iure. & tunc ſi
habilitetur poterit teſtari de aduentitijs in qbus pa-
tri non quæritur vſusfructus. & idẽ vr̃ etiã de illis in
quibus patri q̃ritur vſusfructus dũmõ taliter teſteť,
ꝙ non fiat p̃iudiciũ patri circa vſumfructũ.& hęc ſuf-
29 ficiant de iſto caſu. ¶ †Circa ſextũ,qñ quis prohibe
tur teſtari ꝑꝑ vitiũ prodigalitatis dubitari põt, an ta
lis cui interdictũ eſt bonis ꝑꝑ tale vitiũ poterit teſta
ri ad pias cauſas.Bal.in repe.d.l.j.vt hic refert d.Pe.
tenet,ꝙ non: qa prohibitus alienare ẽt in eccleſiam:
vt legiť,& no.in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff. de ver.obl.
fatetur tñ,ꝙ teſtm̃ factum ante interdictũ, ſeu interdi
ctionẽ bonorũ non rumpeť.per id,qđ legiť, & no.in
l.j.§.exigit.ff.de bo.poſſ. ſcđm tab.quia ꝓdigus non
delinquit in aliũ,ſed in ſeipſum tm̃:licèt ſecus ſit,qñ
poſt teſtm̃ quis efficiť inhabilis ad teſtãdũ ꝓpter de-
lictũ commiſſum in aliũ:vt hr̃ in d.§.exigit. & ꝓ pręe-
dictis etiã facit, qa prodigo non aufertur ius bonorũ
ſuorũ:ſed adminiſtratio futura poſt interdictũ. facit,
qđ habeť in l. is cui.ff.de teſta.Et hoc de ſexto caſu.
30 ¶ † Circa ſeptimum de dãnato ad mortẽ naturalem,
vel ciuilẽ, conclude,ꝙ dãnatus ad mortẽ naturalem
nõ poteſt teſtari:qa efficiť ſeruus pęnę.l. qui vltimo.
ff.de pęnis.& l.ſi quis filio exhęredato.§.irritũ.ff. de
iniuſto teſt.idem dr̃ de dãnato in metallũ: qa ẽt effi-
ciť ſeruus pœnę:& ſic perdit libertatẽ,& ciuitatẽ, &
bona.l.q dã.ff.de pęnis.Si aũt quis fuerit dãnatus ad
deportationẽ,iſte ẽt non poteſt teſtari:quia publicanť
bona.l.deportatorũ.C. de pęnis.& ẽt perdit ea, quæ
ſunt iur.ciuilis.d.l.quidẽ. & ideo non poteſt teſtari,
cũ teſtĩ factio ſit de iure ciuili.l.teſtamenti.ff.de teſt.
& facit.qđ hr̃ in l.ei9.§.ſi cui.ff.de teſt. ſecus in rele-
gato.nã ille ꝑdit ciuitatẽ.d.§.ſi cui. & ſic retinet ea,q̃
ſunt iuris ciuilis:vt ibi patet.& etiã retinet bona,niſi
expreſſe adimanť:vt ibi hr̃,& in d.l.quidẽ.ff. de pœ-
nis.& licèt auferantur bona,ex quò nõ perdit ciuita
tem Romanã.& ſic ea,q̃ ſunt iuris ciuilis poterit ac-
qrere alia bona: qa in publicatione bonorũ non ve-
niunt,niſi illa quæ hñt tꝑe publicationis: vt eſt text.
no.coniuncta gl.in l.nã ad ea.ff. de condi.& demõ.
ideo poterit teſtari.Item aduerte,ꝙ olim erat dubiũ,
ꝙ deportatus non poterat teſtari, qa bona publicã-
tur.d.l.deportatorũ.C.de pęnis. ſed hodie reſeruanť
liberis,& perſonis. de quibus hr̃ in auth.bona dãna-
torũ.C. de bonis damna.& ſic videretur ꝙ, poſſet te
ſtari.contrariũ tñ cõiter teneť: quia de illis bonis nõ
poteſt teſtari,cum ex iuris diſpoſitione debeãt deue-
nire ad ꝑſonas.de quibus in d.auth. & etiã, qa ꝑdit
ea,q̃ ſunt iuris ciuilis.nã licèt ex contractu iuris gen-
tiũ poſſit deportatus acqrere:per id,qđ hr̃ in l. ſi mã
dauero.§.is cuius bona.ff.man. tñ non poterit de il-
lis teſtari,qa perdit ea q̃ ſunt iuris ciuilis, & ſic ptã-
tem teſtandi.& iõ ante auth.prędictã: qa moriens po
erat habere hr̃dẽ bona prędicta applicabanť fiſco ip
ſo moriente.d.l. deportatorũ. ſed hodie ſpectarẽt ad
perſonas.de quibus in d.auth.bona dãnatorũ. & per
p̃dicta ẽt patet,ꝙ damnatus ad mortẽ,vel dãnatus ad
metallũ:licèt bona taliũ hodie non publicarenť: ſed
veniant ad perſonas de quibus in d.auth.bona dam-
natorum.non tñ potuerunt teſtari, qa perdunt nedũ
ea,q̃ ſunt iuris ciuilis:ſed ẽt libertatem: vt patet in d.
auth.quidẽ.& in l.q hodie. tñ nemo dãnatus ex ſup
plicio ſeruus efficiť ſi dẽt ſuperuenire poſt dãnationẽ
in auth.ſed hodie.& in corpore vñ ſumiť.C.de don.
inter virũ.dãnatus aũt ad mortẽ naturalẽ nihil eſt in
nouatũ quò ad hoc,qa talis efficiť ſeruus pęnæ.d.l. q
vltimo.licèt quò ad bona ſit innouatum ꝑ d.auth.bo
na dãnatorũ.Et hæc ꝓcedunt de iure cõi,ſm qđ ſnĩa
de crimine capitali non põt ferri in abñtem.l. abſen
tẽ.ff.de pęnis.ſed de iure municipali per ſtatuta pro-
uidetur, ꝙ poſſit ꝓcedi cõtra abſentes de crimine ca
pitali, & qđ poſſunt banniri,vñ renocatur in dubiũ,
an banniti noſtri tꝑis poterunt facere teſtm̃, & ꝓce-
dit qõ, qñ banniti ſunt de crimine capitali bona pu
blicata.Si aũt bona non eſſent publicata, tunc vide-
retur ſecus. nã videť, ꝙ qñ bona publicantur tales
ęquiparenť deportatis.& ſic vr̃, ꝙ non poſſint teſtari
& potiſſime,ex quò bona ſunt publicata.facit, qđ hr̃
in l.eius q in fi.ff.eo. & in l. lex Cornelia. ff.de vulg.
& pupil. Sed vbi bona non publicanť vr̃ æquiparari
deportato:vt eſt gl.q̃ reputať ſingularis in §.re legati.
inſti.qbus mo.ius.pa.pote.ſoluit.Ia.de Are.vt ẽt tã-
git Bar.in d.l.eius qui,& in l.ex facto.ff.ad tre.dicit,
ꝙ ſi vult teſtari ſcđm ſtatuta,& priuilegia ſuæ ciuita
tis:vt puta corã duobus teſtibus, vt eſt in ciuitate Ve
netiarũ:tunc non poterit, qa talis efficiť hoſtis ciuita
tis.l.amiſſione.§.qui deficiunt.ff.de capi.dimi.iõ non
dẽt gaudere priuilegijs patrię,& hoc,qa odioſi in du
bio non vñr uocari ad priuilegia.l.Lucius.§. Lucius.
Titius dãna.ff.de le.ij.& facit,qđ notauit Cy. in l.j.
C.de natura.liber.de his qui ſunt ex ꝑfectionẽ cõis:
ſecus ſi vult teſtari ſcđm ius cõe.nã poterit,qa diſpo
ſitio adminiſtrata ad certũ territoriũ ñ dẽt ꝓducere
effectũ extrã territoriũ ꝯ diſpoſitionẽ iuris cõis.arg.l. cũ
vnus.§.is qui.ff.de bonis auto.iudi.poſſiden. vr̃ tñ,ꝙ
ſi talis poſtea caperetur, & fieret executio, ꝙ reſcin-
dereť teſtm̃, quia ꝑꝑ delictum efficitur inteſtabilis,
& rõne ſnĩæ ꝯ ipſum latę occaſione delicti. iõ reſcin
diť teſtm̃ prius factum,per ea q̃ hñr in d.l.j.§. exigit.
facit,qđ no.p̃cipue per Bal. in l. qui a latronibus.§.
ſi.ff.de

fi.ff.de teſta. & hoc credo verũ de iure cõi ſm ſtatu-
ta.tñ conſuetudine locorũ vr, ꝙ damnatus ad mortẽ
non prohibeat̃ habere hęredem ſi bona non publicã-
tur,& ꝯñr vr,ꝙ non fiat ſeruus pœnæ: & iõ quotidię
obſeruatur,ꝙ in carceribus faciunt teſtamenta: licèt
dãnari debeant ad mortem,& teſtamẽta eorũ ſeruã-
tur,nec reſcinduntur,& illud ꝓcedit ex vi ſtatuti,vel
cõſuetudinis,ſed de iure cõi eſſet ſecus: qa ſcd̃m ius
cõe dãnatus ad mortem efficit̃ ſeruus pœnę, vt eſt di
31 ctum.¶†Quid aũt de teſtamento cõdẽnati qui morit̃
appellatione pendente,vt intra tpa data ad appellã-
dũ.nã de iure cõi in cã criminali pt appellari.l.nõ tã
tum.ff.de appel.& l.addictos.C.de Epiſco.audi.licèt
per ſtatuta hodie cõiter ꝓhibeatur appellatio in crĩa
libus,vt docet experientia.Cõclùde,ꝙ ſi moritur in-
tra tp̃s datũ ad appellandũ ſi per ſnĩam perdiderat̃ ius
teſtandi, qa dãnatus erat ad talem pęnã per q̃ perde
batur ius teſtandi,ꝙ qñ fit ſuperius declaraui. tũc gl.
q̃ reputatur notabilis,& ſingularis in l. ex iudiciorũ.
ff.de accuſa. vr,ꝙ idem operet̃ pendẽtia tpis dati ad
appellãdũ, qđ operatur pendẽtia ipſius apellationis.
ſed ꝯtrium tenuit ibi Bart. quò ad hoc,quia ex quò ꝑ
ſnĩam perdit ius teſtandi ſi interim moritur inteſta-
bilis: ideo interim non poterit facere teſtm̃:& ſi ante
facit,inualidatur per d.l.ſi quis filio exhęredato.§.ir-
ritum.nec obſt,qđ hr̃ in c.non ſolum.de appel.in vj.
vbi vr, ꝙ pendente tp̃e dato ad appellandũ nõ debet
aliquid innouari,ſicut nec pendente appellatione:qa
illud vetum quò ad appellationẽ fiendam per homi
nem:ſed ꝙ perdatur ptãs teſtandi ꝑ ſnĩam ſtatim ip-
ſa lata,iſtud contingit ex diſpoſitione iuris.d.l.qui vl
timo. & ſimile videmus ẽt in pęna infamię quæ ipſo
iure infringit̃ per ſnĩam,ex qua damnatus efficit̃ in-
famis,vt contingit in dãnato in crimine furti , vel de
crimine iniuriarũ.l.furti.ff.de his qui notant̃. infa.&
in c.cum te.ſ.de re iudi.& l.nõ poteſt.ff. de furtis.Si
aũt moriat̃ quis pendente appellatione:qa per illam
extinguitur interim,vel ſuſpendit̃ pronunciatum.l.j.
ff.ad turpilia.& ſ.de iureiuran.venientes.ſi bona ex-
preſſe non fuerunt publicata,ſed veniebant publicã
da acceſſoriè in ꝯñtiam criminis,tunc extinguit̃ cri-
men morte,& quò ad bona,& teſtm̃ factũ añ ſnĩam,
vel ẽt poſt pendente appellatione valebit,per id ,qđ
hr̃ in l.fi.C.ſi reus,vel accuſa.mor.fuerit. ſecus ſi bo-
na eſſent expreſſe publicata in ſnĩa: quia tunc rema-
nebit qõ ꝑꝑ bona ẽt poſt mortẽ , & ſi non probet̃ de
innocentia , ſed potius ꝓbet̃ crimen non valebit te-
ſtm̃,ſm ea quæ hñr in d.l.fi.& in l.j.& 2.C.ſi pen.ap-
pela.mors interue. an autẽ dãnatus ad mortẽ de iure
cõi non ſubſiſtente alio iure municipali, vel conſue-
tudinario poterit teſtari ad pias cãs.dic,ꝙ non : quia
talis efficit̃ ſeruus pęnæ, vt eſt dictũ.& hoc ẽt tenuit
Io.An.in c.q̃q̃.in nouella.de vſur.in vj.& Bar.in re-
petitione.l.j.C.de ſac.ſan.eccl. An aũt deportatus q
aliquid quæſiuiſſet poſt deportationem ex ꝯctu iuris
gentiũ,qđ põt:vt ſuperius dixi,poterit teſtari ad pias
cauſas.videret̃ ꝙ non:qa non põt habere hr̃dem, cũ
illud ſit de iure ciuili.& ſic vr, ꝙ non poterit inſtitue
re etiam eccleſiã,vel pium locum.In ꝯtrium facit,qa
talis vr impedui ſolum ꝑꝑ impedimentum iuris ciui
lis.& iõ vr,ꝙ poſſit ad pias cãs habere hr̃dẽ,licèt quò
ad alia habere non poſſit,per id qđ hr̃.ĩ.eo.in c.cum
eſſes.& capitu.cum tibi. & ſecundum hoc videretur
limitandũ,qđ hr̃ in l.deportatorũ.C.de pœnis. iſtud tñ
non eſt ſine aliquali dubitatione,ſatis vr poſſe defen
ſari,per id qđ ſuperius eſt dictum:& per p̃dicta pate
32 re põt.¶†Quid de illo qui decedit in carcere añ ſen
tentiã.nam vr,ꝙ non irritetur eius teſtm̃.facit, quod
hr̃ in l.ſi quis poſt.ff.e.qđ intellige, niſi fuiſſet incar-
ceratus pro tali crimine pro quo poſſet accuſari poſt
mortẽ,qđ qñ ſit, hr̃ in l.ex iudiciorum.ff. de accuſa.
¶ Quid aũt de illo qui interfecit ſeipſum in carceri-
bus.dicit,ꝙ ſi ſe interfecit ꝑꝑ aliam cãm q̃ ꝑꝑ timo
rem pęnæ inferendæ hoc ſibi non nocet.l.2.C.qui te
ſta.face.poſ. Si aũt interfecit ſe timore pœnæ inferẽ-
dæ: tunc ſi erat talis pęna ex qua non perdebat ptãtẽ
teſtandi,tunc non validat̃ teſtm̃, ſecus ſi fuiſſet talis
pęna per q̃ perdidiſſet ptãtem teſtandi,de quo dicen
dum,vt no.per gl.& Doc.in d.l.2.C.qui teſta.fa. poſ.
Et adde iuq̃tum dixi, ꝙ licèt deportatus poſſit aquire
re ex contractu iuris gentium: tñ non põt in illis habe
re hr̃dem,& allegaui.l.deportatorum.C.de pęnis.nã
melius facit,qđ hr̃ in l deportati.C.de bonis damna
to.& ibi expreſſe hoc probat,& ad id ẽt,qđ ſ.dixi de
bannitis.facit, qđ no.Spe.in ti.de inſtru.edi.§.com-
pendioſè.ver.quid de bannito.& Bar. in ſua qõne q̃
33 incipit:ſtatuto Lucanæ ciuitatis cauet.¶†Quid autẽ
de damnatis ad amputationẽ manus,vel pedis,an ta
les poſſint facere teſtm̃. dic ꝙ ſic: qa tales non efficiũ
tur ſerui,nec ꝑdunt ciuitatẽ Romanã:& per ꝯñs non
ꝑdunt iura ciuilia.facit,qđ hr̃ in l.qui manus . & qđ
ibi no.per Bar.ff.co.ti.& procedit hoc ẽt ſi ex accidẽ
ti ſequatur mors, ex quò principaliter talis pœna ad
hoc non ordinat̃.ar.l.ſi quis nec cãm.ff.ſi cer. pet.&
ſic non irritabit̃ teſtm̃ antea factum.& idem dicas de
damnatis,vt exoculent̃.i.vt ſibi extrahãtur oculi: qa
non irritabitur teſtamentũ antea factum eadẽ rõne ,
& etiã poterunt teſtari ꝓut pñt ceci ſcđm formam.l.
hac cõſultiſſima.C.qui teſt.fa.poſ.faciat,qđ no.Spe.
in d.§.cõpendioſæ.ver.quid de exoculatis. & Bar.in
d.l.qui manus.Nec ob.ſi dicat̃,ꝙ tales vñr remanere
infames.& ſic vr , ꝙ non poſſint teſtari, per id qđ hr̃
in l.is cui.§.fin.ff.eod.qa rñderi poteſt,ꝙ rñr infamis
non ꝓhibet̃ facere teſtm̃,vbi in caſibus in iure exp̃ſ-
ſis:vt ꝓbatur in l.j.C.de ſecundis nup.& patet in re-
legato qui vr eſſe infamis ꝑ l. cognitionũ.§.minuit̃ .
ff.de varijs,& extraor. cogni. & tñ põt teſtari.l. eius
qui.§.fi.ff.eo.nec ob.d.l.is cui.§.fi. quia ibi eſt ſpãle
in damnato ob carmen famoſum. facit , qđ hr̃ in l.j.
34 C.de famoſis libellis.¶ † Quid autẽ de damnato per
Ep̃m ad perpetuum carcerem.dic,ꝙ non poteſt teſta
ri,qa efficitur ſeruus pœnæ:vt nota.Inno.in c.quaſi.
35 el 2.de accuſa. Et hęc de ſeptimo, & octauo.¶†Cir
ca nonum de vſurario manifeſto.conclude,ꝙ non po
teſt teſtari ſi præſtat cautionem de reſtituendis vſu-
ris ſcđm formam.c.q̃q̃.de vſuris.in vj.¶ Quid autẽ ſi
ante feciſſet teſtm̃,& poſtea effectus eſt vſurarius ma
nifeſtus,& non præſtita cautione deceſſit.dic,ꝙ rum-
pitur tale teſtm̃ prius factum,qa ſenerari eſt delictũ,
qđ in alium committitur.facit,qđ hr̃.ĩ.de vſur.c.qa
in omnibus.iõ inhabilitas ſuperueniens rumpit teſta
mentum.per id,qđ no.in præal.l.j.§.exigit.ff. de bo.
poſ.ſcđm tabul.& facit,qđ not.Bald. in d.l.j.de ſac.
36 ſan.ecc.& etiã Bar.Sed iuxta prædicta q̃rit̃.¶†Quid
ſi vſurarius manifeſtus non præſtita cautione condi-
dit teſtm̃,demum illam pręſtitit ex interuallo,an re-
conualeſcet.Nico.de matha.diſputando tenuit,ꝙ ſic
per l.qui ſoluendo.ff.de hęre.inſt.& idẽ Io.An. in c.
q̃quam.de vſur.in vj.idem Bar.in l.filio pręterito.ad
fi.& ibi etiam dicit.ff.de iniuſto teſt. Quid autem de
illo qui præſtita cautione fecit teſtamentum, & de-
mum continuauit vitium vſurarum,an valebit teſta-
mentum.Fede.de ſenis in conſi.vij.tenuit,ꝙ non. &
ibi videtur velle , ꝙ hoc procedat etiam ſi poſt teſta-
mentum manifeſte nõ exerceat vſuras,qđ eſt notan
dum,tamen iura per eum allegata non bene videtur
id pro-

ſiđ probare. & de materia per Bal. in d.l.j. & per do.
Pe.hic.& in c.quia in omnibus.ĩ.de vſuris.Et hęc de
37 nono.¶†Circa decimum de excõicato, an poſſit fa-
cere teſtm̃.gl.valde notabilis dixit. ꝙ non in d.c.de-
cernimus.de ſen.exc.in vj.& ſm illam.dicit.do.Pet.
fuiſſe conſultum Peruſij.poſtea Ioã.And.in nouella
mutauit opi.& tenuit, ꝙ valet teſtamentũ excõicati
ẽt ſi ſit publicus,& manifeſtus excõicatus , qa nulla
lege vr̃ reperiri cõtrariũ.imò potius vr̃ ↄ̃rium ꝓbari,
videlicet,ꝙ valeat teſtm̃,in auth.credentes.C. de hę
re.vbi patet,ꝙ excõicatus pro ſuſpicione hæreſis in-
tra annũ poteſt teſtari, & demum poſt annum prohi
betur.& hoc etiã tenuit Ia.de Bel.diſputando: vt pa-
tet ex his,quæ ipſe ſcripſit in auth.de ſanctiſſimis epi
ſcopis.col.ix. & idem Federi.in conſi.lxxij. aliàs.74.
idem Bar.in l.ſi quæramus.ff.eo.& etiam hoc vr̃ vel
le Inn.in c.cum voluntate.de ſen.excõi.dicit tñ Bar.
in d.l.ſi quæramus.ꝙ ſi excõicatus relinquat pro ani-
ma,non valebit legatum.& idẽ dicit in quolibet no-
torio criminoſo.facit,qđ hr̃ ĩ c.placuit.23.q.v.& 13.
q.ij.in c.ꝓ obeuntibus.& hoc etiam voluit Inn.in d.
c.cum voluntate.vbi vr̃ concludere, ꝙ licèt excõica-
tus poſſit teſtari,nõ tñ poſſet pro anima relinquere.
Bal.vt hic refert.d.Pe.in d.l.j. de ſac.ſan.ecc.tenet,ꝙ
valet relictum pro anima.nã licèt ſibi non ꝓſit,ſi tñ
factũ ſit eccleſiæ relictum ꝓ anima eccleſia illud ca-
piet,qa non vr̃ ſtare per eccleſiã ratio impedimenti
ſed potius ꝑꝑ delictum ipſius relinquentis.arg. eius
qđ habeť in l.miles.§.areã.ff.de adult. & cũ iſta opi.
pertranſit do.Pe.Sed verior vr̃ opi.Inn. cum qua trã
ſit ẽt Io.in d.c.cum voluntate.qa vr̃ incongruum , ꝙ
eccleſia acceptet relictũ pro anima illius qui decceſ-
ſit in peccato mortali,& de quo conſtat . & iõ vr̃ , ꝙ
non ſit congruũ,ꝙ eccleſia talia relicta poſſit petere,
quia hoc haberet ſpeciem mali exempli, iõ nullate-
nus eſt fiendum,per id qđ hr̃ in c.cum ab oĩ.š. de vi.
& ho. cler.¶Circa vndecimũ,& vltimum,videlicet,
qñ quis ꝓhibetur teſtari , qa eſt dubius de ſtatu ſuo
poteſt dubitari, an talis poterit teſtari ꝓ aĩa.Bar.in l.
j.C.de ſac.ſan.ec.tenuit,qđ hr̃ in l.ſi militari.§. ſi mi
les.& in d.l.j.de teſta.mili.ſed Bal.in d.l.j. tenuit cõ
trarium,qa illud ſimplr̃ vr̃ prohibere tali poteſtatem
teſtandi.& cum iſta opi.tranſit hic do.Pet.non facta
mentione dñi Bar.per iura per ipſum allegata, & qa
iſtud impedimentum vr̃ eſſe impedimentum indu-
ctum a iure ciuili , ideo vr̃ , ꝙ non habeat nocere in
relictis ad pias cauſas.per id qđ hr̃.ĩ.eo.in c.cum eſ-
ſes.& c.relatum . & c.cum tibi.& iſta ꝓcedunt circa
perſonas,q̃ non habent teſtĩ factionem actiuè, & nõ
38 poſſunt facere teſtm̃. an † autem prædicti ſic prohibi
ti hẽant teſtĩ factionem paſſiuè,vt ſic etiam pñt cape-
re ex teſtamentis aliorum . an vero non poſſint tan-
git hic do.Pe.& concludit,ꝙ filiusfa.impubes furio-
ſus ꝓdigus mẽtecaptus poſſunt ex teſtĩs aliorum re-
cipere,qa valet relictum ipſis factum.& ſilr̃ valet re-
lictum factũ ſeruo,& monacho,facit,qđ hr̃ in c.in ꝑ
ſentia.š.de ꝓbat.ſeruus tñ nõ acquireret ſibi,ſed do
mino:& ſilr̃ monachus acquiret ſuo monaſterio.d.c.
in pñtia.& l.non minus.ff.de hered.inſt.& l.debitor.
§.ſeruo.ff.de leg.ij.de relicto aũt filiofa. cui acquira
tur recurrendum eſt ad l.filio.ff.de condi. & demon.
quia acquiritur patri ſi factum fuit relictum contem
platione patris,aliàs acquiritur filio quò ad ꝓprieta
tem,& patri quò ad vſumfructum.l.cum oportet.C.
de bonis q̃ lib.An aũt excõicatus poſſit capere ex te-
ſtamento.fuerunt opi.ſicut in alijs acquiſitionibus q̃
ꝓueniunt ex ↄ̃ctibus.Inn.tñ in c.veritatis.de dolo &
contu.tenuit,ꝙ excõicatus poſſit acquirere ex ↄ̃ctu .

& ↄ̃hr̃ vr̃,ꝙ etiam ex teſtamento. de quo dicendum,
vt dici conſueuit in d.c.veritatis.Et no.ẽt per Fed.in
39 conſ.74.¶†Quid aũt de illegitimè natis,an tales ſint
capaces.cõclude,ꝙ ſi ſint naturales pñt ſuccedere pa
tri ex teſtõ non obſtantibus legitimis,& ab inteſtato
in duabus vncijs in auth.licèt.C.de naturalibus.lib.
ſecus in ſpurijs,quia nullo modo pñt ſuccedere,quo-
niã nec ali dẽnt de iure ciuili d. auth.licèt. & Auth.
ex complexu.C.de inceſtis nup.de iure tñ canonico
ali debent: vt in c. cum haberet.ĩ. de eo qui duxit in
matrimo.Aduerte tñ,qa licèt ſpurius non poſſit inſti
tui a patre.per id,qđ hr̃ in §.fi.in auth.qui.mo. natu
rales efficiuntur ſui.colla.vij. tñ poteſt inſtitui a fra-
tre etiam lrĩmo,& quocunq; alio ,quia non reperiť
hoc prohibitum . & vr̃ etiam velle notabiliter in d.§.
fi.imo etiam fortè ex teſtõ patris ſuccedetur pupillo
ex pupillari ſubſtitutione in alijs bonis q̃ paternis :
vt ꝓbať in l.ſi is qui.ff.de vulga.& pupil.ſed ex vul-
gari,vel fideicommiſſaria ſubſtitutione nõ poſſet ca-
pere,quia per illa ſucceditur ipſi teſtanti.l. cohęredi.
§.cum.filiæ.ff.de vul. & pupilla.An aũt filius legiti-
mus ſpurij poſſit inſtitui ab auo.Bar.tenuit, ꝙ ſic in l.
gallus.§.quid ſi is.ff.de libe.& poſthu.& idem Fede.
de ſenis.in con.56.aliàs. 57.Bal.tñ in d.l. gallus.§.q
dam rectè. tenuit contrarium , ſed re vera rõnes ſuæ
ſunt contra tex.in l.fi.C.de naturali.libe.de quo di-
40 xi in d.§.quid ſi is.¶†Iuxta prędicta quæritur, an va
leat ſtatutum diſponẽs, ꝙ filius ſpurius poſſit inſtitui
a patre.cõiter teneť,ꝙ non:quia tale ſtatutum dat ma
teriam peccandi.ideo non debet valere,per id quod
hr̃ in l.ſi vnus.§.illud.& §.pacta.ff.de pact. & hoc ẽt
tenuit Bar.in l.3.ff.de teſta.& Fed.in conſ.268.aliàs.
75.& 267.& facit qđ no.Hoſt.in ſumma,q. fil.ſint le
gi.§.vlt.ver.quid ſi Imperator.nec obſt.ſi dicatur , ꝙ
poteſt Imperator ſpurios legitimare , & habilitare ꝑ
ſuum reſcriptum:vt patet ex his,quæ hñr in d. auth.
quibus mo.natura.efficianť ſui.& ſic vr̃, ꝙ poſſit ſup
hoc cõtra legem facere,cuius ↄ̃trarium tenuit Hoſt.
in loco præal.quia rñdere poteſt,ꝙ prædicta nõ ſunt
propriè diſpenſare, & legem condere.nã & Eps põt
diſpenſare cum illegitimis ſaltem in certis caſibus.fa
cit,qđ hr̃ in c.j.de filijs presby.in vj.& tñ non poſſet
facere ↄ̃ſtitutionem , ꝙ ſpurij ſint capaces , & rõ di-
uerſitatis eſt,quia conſtitutio reſpicit futura,& per il
lam inducerentur hoĩes ad peccandum . diſpenſatio
verò reſpicit præterita,& non fit ſine cauſæ cognitio
ne.š.de fil.presby.c. veniens.cum ibi not.per Inn.&
per gl.& Io. An.in c.ij.ĩ. de ſchiſma.& ſic ſi Impera-
tor non poſſet conſtitutionẽ facere,ꝙ ſpurij ſint capa
ces,ꝓut voluit Hoſt.in loco ꝑallega.multominus pt̃
41 fieri per ſtatutum.¶†Iuxta prędicta q̃ri poteſt.Quid
ſi relinquantur immobilia fratribus minoris,vel alijs
mendicantibus cui abdicabuntur , cum ipſi non ſint
capaces.do.Pe.hic remittit ad notata per Iac. in c.in
præſentia.de proba.& per Cy.in l. Deo nobis.C. de
Epi.& cle.vbi ponit tres opi.Prima fuit Iac. de Ra.&
Pe.quòd non valeat.& ſic nulla.Secunda,ꝙ valeant,
nõ,vt relicta poſſideanť, ſed vt pretium in eorum vti
litatem conuertatur.facit, qđ habetur in c. vnico.de
relig.do.in vj.cum ibi no.per gl.Tertia fuit,ꝙ habe-
bit illa eccleſia Romana, & ex illis ſuſtentabunť fra-
tres.de quo etiam in Spe.de ſta.mo.§.j.ver.3. & 4.&
licèt d.Pe. ſic reſideat.potes dicere,ꝙ in fratribus mi
noribus , qa illi omnino ſunt incapaces talium reli-
ctorũ ex rſa,ꝙ talia relicta ſunt nulla,ſed in alijs mẽ-
dicantibus:quia non ſunt mendicãtes regulares. ſed
potius ex conſtitutionibus poteſt habere locum ſe-
cũda opi.per id,quod hr̃ in d.c.vnico.& qđ no.Spe,
in lo-

42 in loco præal.& dixi in d.c.in præſentia.¶† Quid au
tem ſi teſtator in teſtamento reliquit conuentui fra-
trum prædicatorum, vel minorũ decem ſingulis an-
nis vſq;ad certum tp̃s,vel vni fratri toto tp̃e vitę ſuę,
an valebit relictum. vr̃ q̃ non.quia annui redditus in
ter immobilia computantur in cle.exiui.§.cunq;.de
ver.ſig.Fede de ſenis in conſ.xij.Finaliter concludit,
q̃ ſi ſint legata annua facta ad cultum diuinum,puta
pro ſacrificio,vel pro luminaribus,vel pro paramen-
tis,& ſimilibus,q̃ tale relictum valebit:quia per talia
legata non releuatur mendicitas: quia non p̃ficiunt
ad victum,vel veſtitum,ideo vñr valere.arg.c.ſi.j.de
ſepul. Si vero relinquerentur pro victu,vel veſtitu di
ctorum fratrum:tunc ſi factum ſit ad modicum tem-
pus valebit relictum: q̃a vr̃ potius eſſe quædam ſum
ma relicta dilata tñ quo ad ſolutionẽ vſq; ad tp̃s q̃
redditus annu⁹.facit,qđ hr̃ in l. ſi cum præfinitione.
ff.q̃n di.leg.ce.ſecus ſi tales redditus fiant ad nõ mo
dicum tp̃s,quia tunc talia relicta repugnãt ſtatui pau
pertatis:ideo non vr̃ valere.d.§.cunq;. Quod aũt di-
catur eſſe modicum tempus.no.in cle.j.de reb.eccl.
43 non alienan. ¶ † Vltimate tangit quid ſi deportatus
inſtituatur hæres ad quem deueniet hæreditas.gl.in
l.j.C.de hęre.inſt.dicit,quòd ad fiſcum,& pro illa fa
cit.l.ſi deportati ſeruo.ff.de leg.3. Nec ob. huic opi.
d.l.j. dũ dicit, q̃ q̃n inſtituitur deportatus hæreditas
in ea cauſa eſt,ac ſi ſcripta non fuiſſet.& ſic.vr̃, q̃ ve-
niat ad venientes ab inteſtato:quia r̃ndet ibi gl.q̃ ve-
rum eſt q̃tum ad inſtitutum non q̃tum ad alium, iõ
veniet fiſcus qui pręſtabit legata.facit.l.cum in tabu
lis.§.j.ff.de his,qui.vt indig.& hanc opi. ſequitur Ia.
de Are.& Pe.ſed alij,vt Cy.& Ia.de Ra.tenent, q̃ hæ
reditas deueniat ad venientes ab inteſtato non ad fi-
ſcum per d.l.j. quia deportatus hr̃ pro mortuo.l.j.§.
pe.ff.de contratabu.vbi autẽ mortuus inſtituitur,ni-
hil valet inſtitutio:vt in §.in primo. in l.vnica. C.de
cadu.tollen.& ideo non põt fiſcus venire:quia opor-
tet,vt fiſcus veniat, q̃ titulus ſit radicatus in perſonã
Idignia qua vult auferre.l.ex facto.§.Iulius.ff.de vul
ga.& pupi.& iſtam partem vr̃ velle gl.in §.legari.in-
ſti.de legatis. Raynerius de forliuio vr̃ tenere primã
partem per tex.in d.l.j.iuncta.l.aliud eſt capere.ff.de
ver.ſig.nam tex.in d.l.j.dicit, q̃ ſi inſtituitur deporta
tus non poteſt capere,non autem dixit,q̃ nõ poſſit ac
cipere.capere autem dr̃ quis, qñ capit ad commodũ
ſuum,ſed accipere dr̃ etiam ſi accipiat ad commodũ
alienum.d.l.aliud eſt capere. & per hoc vr̃ poſſe de-
fenſari opi.gl.Bar.tamen ibi tenuit opi.ſcd̃am: q̃a tñ
hodie non eſt in vſu hæc pœna deportationis nõ eſt
multum ſuper hoc inſiſtendum.dicit tñ.do.Pe.quòd
44 † poſſet in ſimili dubitari,in damnato de hęreſi inſti-
tuto a cõſanguineo,vel amico,an dicta inſtitutio eſ-
ſet pro non ſcripta,quia q̃tum ad ſe non eſt capax:vt
in c.cum ſcd̃m leges.de hære. in vj.an vero debeã ap
plicari fiſco,vel eccleſię,& aliter non declarat,poſſet
dici,q̃ hæreticus,licèt ſit excõicatus.j. de hære.c. ex-
cõicamus.nõ vr̃ eſſe prohibitus acquirere. per id,qđ
dixi.ſ.de excõicato.licèt illud poſtea confiſcetur.per
id,quod hr̃ in d.c.cum ſcd̃m leges.& p̃pter præpicta ẽt
tangit ſi† inſtituitur bãnitus alicuius ciuitatis,an ve-
niant venientes ab inteſtato.vel fiſcus.gl.in §.relega-
ti.inſtitu.qui.mo.ius pa.poteſta.ſoluit. vr̃ conſidera
re cãm delicti,vt ſi tale fuerit delictum pro quo olim
quis deportabatur,tunc bannitus ęquiparetur depor
tato,alias ſecus.Iac.vero de Are.dicit,q̃ banniti no-
ſtri tp̃is poſſunt indiſtinctè inſtitui,quia non habent
pro deportatis, propterea quia deportare eſt propriũ
ciuitatis Romanæ non præſidis, vel rectoris ciuitatis
.l.2.ff.de pœnis.& ita refert Cy.in d.l.j.C.de hæred.
inſt.qđ tradit.d.Fe. p̃cedere,ſi quis fuit bannitus bo
nis non publicatis,& idem ſi bona fuerunt publicata
ſi extra ciuitatem illam in qua eſt bannitus relinqua
tur hęres,quia tale bannũ nõ abſtulit ſibi iura cõia,
vel iura alterius ciuitatis,ſed vbi eſſet inſtitutus in ci
uitate illa de qua eſt bannitus, vel in qua ſunt bona
publicatę,tunc dicit poſſe dubitari,an inſtitutio ſit p̃
non ſcripta,an vero veniat fiſcus,& non decidit.vr̃ di
ci poſſe,q̃.cum publicatio bonorũ non trahat̃ ad po
ſtea q̃ſita.per id qđ legit̃, & no.in l.nam ad ea.ff. de
cõdi.& demon.q̃ talis inſtitutio tenebit ſi ſit facta ſcd̃m
formam iuris cõis.& ſic vr̃. q̃ ex illa poterit acquire-
re,cum non perdiderit ea,quæ ſunt iuris cõis: vt vo-
luit Bar. in dicta q̃õne q̃ incipit ſtatuto Lucanę ciui-
tatis.& facit,qđ notauit Spe.in §.compendiosè.ver.
quid de bannito.ſuper ius allegato. Si autem hr̃ditas
ſit relicta ſpurio per patrem,dic,q̃ non valet inſtitu-
tio,&.venient venientes ab inteſtato, ex quo palã re
lictũ eſt ſpurio,ſecus q̃n occultę relinqueretũ, q̃a tũc
veniret confiſcandũ illud,q̃ tacitè, & occulte relictũ
ſibi eſſet.l.non intelligitur.§.j.& ibi notatur maximè per
Bar.ff.de iure fiſci.& per eundem plenè in l.fin.ff.de
his,qui.vt.indi.& per Bal.in l.3.ff.de teſta.vbi Bald.
concludit, q̃ ſi p̃pter delictum teſtatoris hęres ſit in-
capax,tũc p̃cedit,q̃ ſuperius dixi qđ intellige,niſi ſit
delictum leſę maieſtatis.per id qđ hr̃ in l.quiſquis. C.
ad le.iuli.maieſta. Si autem hæres eſſet incapax p̃p
propriũ delictum,tunc ſi eſt verum, & propriũ deli-
ctum,& tale,q̃ pęnitus ſit incapax, & ſi cenſetur re-
lictum pro non ſcripto.l.j.& ij.ff. de his, quæ p̃ non
ſcriptis hñr,ſecus ſi ſit tale, q̃ licèt non poſſet cape-
re ad commodũ ſuũ,tñ poteſt accipere ad commodũ
alienum,puta fiſci,& tũc applicatur fiſco.l.Papinia-
nus.§.meminiſſe.ff.de inoffi.teſta.Si vero non ſit p̃-
prium ſeu verum delictum,ſed potius mali mores,&
tunc non applicatur fiſco,ſed alijs perſonis ſcd̃m l.j.C.
46 de ſecun.nupt. An autem per † ingreſſum religionis
purgetur vitium ingratitudinis cõmiſſum per filiũ.
gl.tetigit in Auth.de mona.in prin.co.j. Et finaliter,
ibi concludit,q̃ ſic:per id,qđ hr̃ in c.non liceat. xix.
q.3.vbi eſt caſus expreſſus. & ad hoc etiam bene fa-
cit tex.in d.Auth. de mona.in prin.vbi dicit omnem
maculam abſtergit per ingreſſum religionis.& idem
etiam tenuit Cyn.in l.ſi.C.de Epiſco. & cleri. & per
hæc ſit expedita hæc decre.

S V M M A R I V M.

1 *Religioſus dici poteſt laicus honeſtè viuens.*
2 *Religioſus,an poſſit eſſe executor teſtamenti.*
3 *Voluntas defuncti, quæ non poteſt impleri, vt voluit poteſt per Epiſcopum immutari.*
4 *Exequi poteſt Epiſcopus teſtm̃ teſtatoris negligẽtię hærede,vel executore.*
5 *Legatum pro monaſterio conſtruendo valet.*
6 *Voluntas defuncti debet per heredem impleri.*
7 *Voluntas defuncti debet per hæredem impleri intra annum.*
8 *Terminus datus a iure ad explendam voluntatem teſtatoris incipit a die monitionis.*
9 *Legatum,an ratione incertitudinis vitietur.*
10 *Hæres ſi per annum a die monitionis eſt negligens in non implẽdo voluntatem defuncti omnia poſſunt ab ipſo auferri, & dari pio loco, quod debebat conſtrui.*
11 *Eulogium vnde dicatur.*
12 *Voluntatẽ defuncti nõ implẽti currit annalis p̃ſcriptio a die monitionis.*
13 *Et quid ſi hæres impeditus nihil penitus fecit intra annũ,an ſibi currat illud tempus.*
14 *Teſtator ſi mandauit centum diſtribui in pauperes eligendo per executores teſtamenti: an electio per ipſos executores facta poſt annũ valebit.*

15 *Teſtator ſi iuſſit capellam, vel eccleſiam fieri, nec adiecit tẽpus, quan
tum tempus habebit executor ad illam conſtruendam.*
16 *Teſtator ſi mandauerit certa prædia aſſignari monaſterio, an quid aſſi
gnabuntur cum fructibus.*
17 *Teſtator ſi mandauit conſtrui monaſterium, licèt non declarauerit lo
cum in quo conſtrui debeat, an valeat.*
18 *Legatum ad pias cauſas, non vitiatur propter incertitudinem perſo-
narum: nec loci.*
19 *Legatum caducum, quod dicatur.*
20 *Legata ad pias cauſas, an poſſint fieri caduca.*
21 *Teſtator ſi minus reliquit, quàm Epiſcopus in ædificatione monaſte-
rij, quod teſtator in vltima voluntate præceperat ædificandum, an
poterit illud plus exigere ab hærede.*
22 *Legatum ſi non potuit adimpleri, prout voluit teſtator, an poſſit com
mutari.*
23 *Intentio teſtatoris, ſi non poteſt impleri: prout voluit eſt aliter com-
mutanda.*
24 *Legatum factum pro monaſterio conſtruendo valet: ſed ſi relinquatur
aliquid monaſterio conſtruendo: an valeat tale relictum.*
25 *Legatum non requirit præſentiam partis, ſecus in donatione.*
26 *Si legatur genus generaliſſimum: vt res, vel ſubſtantia, non valet re
lictum propter nimiam incertitudinem, nec etiam ſi legetur genus
ſubalternum.*
27 *Legatum relictum ab inſtituto, an intelligatur relictum a ſubſtituto.*
28 *Legatum factum ſub falſa demonſtratione, vel cauſa, an vitietur.*
29 *Legatum factum non certo onere, ſi poſtea adimit onus, an legatum
vitietur.*
30 *Teſtator ſi legat Titio domum, cum onere donandi aliquid, ad ali-
quid faciendi, deinde adimit legatum ipſius domus a Titio, & tráſ-
fert in Seium, an onus intelligatur tranſlatum in Seium.*
31 *Conditio poteſtatiua, quando adijcitur in perſona tertij, & non lega-
tarij, de illa iudicatur, vt de cauſali.*

a NOs quidem. Propter [a] negligen
tiam hæredis Eps
exequit̃ piã defuncti voluntatẽ. h.d. Et in
prima ponit̃ narratio. In ſecunda ꝓuiſio.
ſecunda ibi: quãobrem. Illa ſecunda facit: q̃a primo
mandat moneri. Secundo mãdat ſuppleri. Tertio di-
cit quare. ſecunda ibi: qđ ſi tertia ibi: ſi enim. ¶ In tex.
ibi: religioſa. i. honeſta. non tñ erat monacha. ſecũdũ
Gof. hoc ideo dixit, quia ſi fuiſſet monacha non po-
tuiſſet eſſe hæres ad ſuum commodũ. facit qđ dicet̃
in notabilibus. vel ſm Io. An. hoc dixit p antiphra-
ſim: ex eo, quia impediebat opus religioſum. ¶ Item
ibi: tecũ. i. te conſulto conſentiẽte: q̃a monaſterium,
vel eccleſia non põt ſine cõſenſu Epi ædificari. de cõ
1 ſecra. diſt. j. c. nemo eccleſiã. ¶ † Not. j. ꝙ perſona etiã
laica honeſtè viuens latè põt dici religioſa. facit qđ
no. gl. in c. ex multa. ĩ. de voto. & qđ hr̃ in c. fin. s̃. de
reb. ecc. nõ alie. de quo ẽt aliquid per Io. An. in rubr.
2 de regul. j. & ĩ. eo. c. Ioannes. an aũt † religioſus poſſit
eſſe executor teſtamenti. hr̃ in c. religioſus. de teſta.
in vj. nam vr̃ ꝙ ſic, ſi ſit prælatus, vel ſi ſit alius religio
ſus, & habeat lĩiam a ſuo ſuperiore, p id qđ ibi hr̃;
hoc tñ fallit in fratribus minoribus: quia nõ pñt eſſe
executores teſtamentorũ in cle. exiui. de verb. ſigni.
¶ No. ꝙ per verbũ, hortamur, aliqñ excitatur iuriſdi-
tio ordinaria, aliqñ non inducit̃ delegatio, qñ ſcribit̃
alteri, quã ordinario. s̃. eo. c. j. & ij. q. vij. præſentium.
facit, qđ hr̃ in c. dudum. xviij. q. ij. ¶ Itẽ no. ꝙ vbi mo
naſteriũ nõ põt ædificari in loco determinato a teſta
tore põt arbitrio Epi ad alium locũ fieri alteratio. Et
3 ſic no. ꝙ † interdũ Eps põt aliquid immutare de vo-
luntate defuncti, qñ videlicet, illa nõ põt impleri: vt
voluit teſtator. facit qđ hr̃ in l. legatum. ff. de vſufru.
leg. & ibi de materia per Bart. facit qđ hr̃ in l. legatũ.
4 ff. de admi. rerũ ad ci. perti. ¶ † Not. arg. ꝙ id qđ dicit
Epm negligente hærede, vel executore ſuccedere in
ptãte exequendi, vr̃ reſtringendum ad legata tãtum-
modo ad cãs pias. p id qđ ibi dr̃ pijſſimas &c. tñ cõ-
trarium vr̃ velle gl. in c. ſi hæredes. ĩ. eo. in gl. ij. circa
fin. dum dicit ꝙ hoc præcipuè procedit in his quæ ad
pias cauſas relinquuntur, & ſic vr̃ velle idem eſſe in
alijs. & iſtud tenuit ẽt Hoſt. vt no. Io. And. ĩ. eo. in c.
Ioannes. in vlti. q. de quo tangetur in d. c. ſi hæredes.
nec obſtat text. quia non dicit pijſſimas voluntates,
ſed pijſſimas leges. præterea põt dici pia. quia piũ eſ-
ſe vr̃ quamlibet vltimam volũtatẽ adimpleri: ex quo
mortuus eſt ille qui diſpoſuit. & ſic nõ poteſt ipſam
adimplere. facit qđ hr̃ in §. huic nobis. & §. ſancim[9].
5 in auth. de hære. & fal. ¶ † Not. ꝙ valet legatum factũ
pro monaſterio conſtruendo, an aũt valeat legatũ fa-
6 ctũ monaſterio conſtructo. inferius tanget̃. ¶ † No. ꝙ
ad hæredem prin. ſpectat implere volũtatẽ defuncti,
nec mirũ, quia in ipſum tranſeunt oĩa iura, & bona
defuncti, & cenſet̃ eadem perſona cũ eo, in auth. de
iureiur. a moriente præſtito. in prin. colla. iij. facit. l. q̃-
dam. §. nihil. ff. de edẽ. Item quia ſemper vr̃ intereſſe
hæredis impleri volũtatem defuncti: vt legi. & no. in
l. ſi tibi legatum. ff. de le. iij. Et no. bene ꝙ vbi nullius
certæ perſonæ intereſt voluntatem teſtatoris impleri
vt contingit, qñ mandatur conſtrui monaſteriũ, põt
& debet hæres cogi per officium iudicis illam adim-
pleri. facit qđ hr̃ in l. quintus. §. j. ff. de an. lega. & in l.
hæreditas. §. j. ff. de pet. hæ. & in l. ſeruos ad cuſtodiã.
ff. de ali. leg. vbi etiam Bar. dicit hoc notandũ pro re-
lictis fratribus minoribus pro alimentis: q̃a licèt non
videant̃ poſſe hr̃e actionem, tñ habere actionẽ pñt;
quia nihil proprium habere pñt, tñ poterunt officiũ
iudicis implorare. facit qđ hr̃ in l. ſi victũ. ff. de re iu.
7 ¶ † No. ꝙ intra annum dẽt hæres exequi voluntatem
defuncti, & incipit iſte ann[9] a die monitionis, & hoc
dicit eſſe verum d. Pet. vbi non fuit tp̃s a teſtatore p̃-
fixum ipſi operi conſtruendo curret a teſtatore tẽpus
p̃fixum a die aditæ hæreditatis, & ſcientiæ. per id qđ
hr̃ in l. ſtatuliberos. §. ſi quis. ff. de ſtatulib. & in l. fin.
§. ſi autem dubius. C. de iur. delib. & per hoc dicit ſe
conſuluiſſe de facto in ciuitate Senarũ, ꝙ ſi teſtator
Titio debitori ſuo in centũ relinquit liberationem ſi
dederit quinquaginta hoſpitali intra menſem a die
mortis ſuæ: alias illa centum relinquit hoſpitali, ꝙ li-
cèt non ſoluerit intra menſem poſt mortẽ teſtatoris
dicta quinquaginta: q̃a habuit ignorantiã teſtamẽti;
ꝙ potuit etiã elapſo menſe implere dictã conditio-
nẽ, ꝙ licet teſtator dixerit intra mẽſem a tpe mortis
ſuæ, ſuppleri dẽt, & ſciæ. per id qđ hr̃ in d. §. ſi autẽ
8 dubius. ¶ † No. ꝙ terminus datus a iure ad implendũ
volũtatẽ teſtatoris incipit a die monitionis. facit qđ
hr̃ in auth. hoc amplius. C. de fideic. & in § ſi q̃s aũt
non implẽs. in Auth. de hær. & Fal. Et no. bene ꝙ hic
datur tñ annus a die monitionis ad conſtruendum
monaſteriũ, qđ vr̃ ĩtelligẽdũ iuſta de cã ſi ille ad quẽ
pertinet fuerit impeditus: vt hic voluit Hoſt. & Fed. ĩ
9 conſi. 124. al's 128. ¶ † Itẽ no. ꝙ teſtator hic manda-
uit monaſterium ſimpliciter conſtrui non declarata
longitudine, vel latitudine, nec numero miniſtrorũ,
nec alijs ſine quibus monaſteriũ non ſubſiſtit, & tñ
valuit legatũ, nec vitiat̃ ratione incertitudinis. nã ve
niet ædificandũ arbitrio Epi inſpectis facultatibus
defuncti. Quid aũt in alijs legatis: vt ſi relinquat̃ do-
mus, vel fundus ſimpliciter nõ diſtinctus finibus, vel
bos, ſeruus, aut equus. no. per gl. & Legiſtas in l. lega
10 to gñaliter. ff. de le. j. & aliqd. ĩ. tãget̃. ¶ † Vltimo no.
ꝙ vbi hæres eſt negligens per annũ a die monitionis
in non implendo volũtatẽ defuncti, ꝙ oĩa pñt ab ip-
ſo auferri, & aſſignari pio loco, q debebat ꝯſtrui. ¶ In
gl. j. in fi. facit l. quidam eulogio. C. de iure delibe. &
11 dicit Io. An. ꝙ † eulogiũ dr̃ ab eu. ꝙ eſt bonũ, & logos,
Ioan. ab Imo. ſup c. iij. Decre.

[a] Propter. Ad materiam huius text. adde doc. & Ange. ĩ Auth. de ecc. ti. §. ſi quis aũt. Car. in cle. j. q. j. de teſta.

qđ eſt ſermo quaſi bonus , & authenticus ſermo. fa-
cit.l.hæreditas.§.ſi defuncto.ff.de peti.hære. Hoſtiē.
vero dicit ꝙ dr̄ ab eo,qđ eſt triſtis,ſeu flebilis ſe mo:
eo qa teſtatores cōiter in infirmitate faciunt teſtamē
ta,& mittunt triſtes ſermones,ſeu flebiles,·ſr aūt ſu
mit̄ eulogiū in c.de eulogijs.xviij.diſ. vbi ſumit̄ pro
modico exennio donato Archiepo in conſi io. ¶In
gl.iiij.ibi : intra annum.ſupp. cōputandum a moni-
12 tione facta per iudicē:vt hic patet.¶ †In ea.glo.in fi.
no.bene ex hac glo.ſm do.Flo.de pſcriptione annali
q̄ currit non implenti voluntatē defuncti a die moni
tionis. Et aduerte ſm eum, qa ſufficit vnica monitio
quo ad hoc,vt fiat deuolutio ad Epm:ſed quo ad hoc
vt iuſſus adimplere perdat ſibi relicta in teſtō requi-
ritur bina monitio. per id , qđ hr̄ in auth.licet.C.de
Epiſ.& cle.& in §.ſi autem.& hoc facere in auth. de
eccleſia.tit.col.ix.¶Tu adde,ꝙ lapſus anni poſt mo-
nitionem ſufficit, vt perdat oīa ſibi relicta : vt hic p-
batur.& qñ eſt negligens in adimplendo piam volū-
tatē defuncti vr̄, ꝙ oīa debeant in ipſam piā cām di-
ſtribui:vt hic colligit̄,ſed vbi non impleret aliā volū-
tatē quæ non eſſet relicta ad pias cauſas,vr̄ ꝙ tūc bo
na deberent deuenire ad perſonas : de quibus in d.
auth.hoc amplius. vbi autē interuenit bina monitio
vt impleat diſpoſitum in piam cām,tunc vr̄ ꝙ etiam
ante lapſum anni pdere debeat relicta ſibi in teſtō. p
id,qđ hr̄ in dicta auth.licet.& in d.§.ſi autē.& nota-
uit gl.in §.ſi quis autē non implens. in Auth.de hęr.
& fal.col.j.& ſic nō pfectè fuit locutus do.Flo. ¶Itē
aduerte,qa §.ſi qs ædificationē.allegat⁹ in glo.vr̄ fa-
cere ꝯtex.nā ibi dicit ꝙ oratoriū dēt ꝯſtrui intra qn-
quēniū,hoſpitale vero intra annū. & ſic vr̄ ꝙ in caſu.
c.debuiſſet hæres hr̄e quinquenniū , & nō annū tm̄.
Soluit Io.An.ꝙ illđ ſm leges.ſed hodie ſtādū eſt huic
capit. quia non vr̄ fienda dr̄ia inter hoſpitale, & ora
toriū:ſed vtroq; caſu vr̄ ꝙ hęres ſolū debeat hr̄e annū
a die monitionis. & hoc ſeqtur hic Hoſt.& Io.An.&
etiā do.Ant.& Fed.etiam de Se. in ſuo ꝯſilio.cxxiiij.
aliàs 129.& iſtud ēt ſequit̄ hic do.Pe. & do.Ant.do.
vero.Flor.hic dicit ꝙ forte lex q̄ fecit dr̄iā inter ora-
toriū,& hoſpitale vr̄ habuiſſe reſpectū,qa facilius cō
ſtruit̄ hoſpitale q̄ eccleſia,& ſcđm eum non de facili
intra annum ꝯſtruitur eccleſia,poſſet ēt dici ſcđm eū
ꝙ iſtud capitulum loquit̄ de cōſtructione monaſterij
quæ pōt cōparari conſtructioni hoſpitalis:qa licèt in
monaſterio fiat eccleſia,non tn̄ adeo magna ſit & ſo
lennis ſcđm eū,ſicut ſit, qñ fit eccleſia ſola q̄ debet
eſſe magis ampla pp frequentiā populi, ſed qcquid
ipſa dicat cōiter tenet̄ qđ dixi.ſ.poſt Io.An.& Hoſt.
¶Quid aūt, ſi hrs inchoauit īra annū.& fecit qcqd
potuit,nec potuit adimplere monaſteriū pp magni-
tudinem operis , an fiet deuolutio ad Epiſcopū, do.
13 Flo. ꝙ non, arg.l.imputari.de reg.iur.in vj.¶†Quid
autē,ſi hæres impeditus nihil penitus fecit intra an-
num , vr̄ ꝙ ſibi nō currat tp̄s.ar.c.diuerſitatē.ſ.de cō
ceſ.prębē.ꝯriū tenuit Spe. multū notabiliter, vt ipſe
refert.in tit.de inſtru.edi.§.nunc aliqua.verſi.quid ſi
executor in potētia iuris,vel facti &c.allegat.l.nulli.
& l.ſi qs ad declinādā.C.de Epiſ.& ele.q̄ tn̄ leges nō
pbant,vt hic dicit &c.do.Flo.dicit tn̄ dictū Spe. eſſe
ſingulare,& pro ipſo allegat,& qa omne tp̄s eſt con-
tinuū,niſi aliud apparet:vt eſt gl.notabilis in rubr.de
diuer.& tempo.pſcrip.facit.l.nunq̄.ff.de vſucapi. &
maximè dicit , ꝙ hoc vr̄ procedere in locis vbi ſunt
ꝯſtitutiones ſynodales limitātes tp̄s anni a morte te
ſtatoris.& ad pdicta ēt adducit,qa non agit̄ de pſiudi-
cio hæredis:ſed executoris,ſi deuoluat̄ ptās exequē-
di ad Epm, qa nō vr̄ referre per q̄ fiat executio. facit

l.cū ſeruus.ff.de ver.ob.licèt non alleget,ſed ſic reſi
det.Sed certe de iure vr̄ ꝯriū dicendū,qa ibi tp̄s dat̄
ad conuincendam negligentiā non vr̄ currere impe-
dito.per id,qđ hr̄ in d.c.qa diuerſitatē.per id,qđ legi
tur,& no.in l.gn̄o.ff.de his q notant̄ infa.& ibi in ſi-
mili vr̄ velle Bar.& pro hoc etiā facit,qa nō vr̄ bona
rō diuerſitatis inter caſum,qñ fuit ipeditus ēt inchoa
re,& caſum,qñ incepit , & fuit impeditus perficere,
cū eadē rō debeat eſſe toti⁹ ad partē.ar.l.quę de tota.
ff.de rei ven. & ſ.de offi.deleg.c. paſtoralis.§.j.& ſic
vr̄ ꝙ dictū Spe.non procedat , nec ob.ꝙ tp̄s in dubio
intelligit̄ eſſe cōtinuū: qa illud poſſet procedere,qñ
ſimplr ſtatuitur. ſecus qñ ſtatuit̄ ad negligentiā con-
uincendā. p id, qđ leg.& no.in d.l.gn̄o. ¶Ite non ob.
ꝙ non refert.per quē fiat executio:qa illud nō vr̄ p-
cedere, qñ fit cōtra voluntatē eius ad quē ſpectabat
executio,& qa non erat illa priuatus ar. eorum quæ
hn̄r in l.pe.ff.de ꝯdi.ob cau.Et aduerte,qa dixit do.
Flo.ꝙ dictū Spe. pcedit reſpectu deuolutionis ptātis
exequēdi fiēdę in Epm,nō aūt quo ad hoc,vt nō exe
quēs priuet̄ eo, qđ ſibi relictū eſt in teſtō. nā quo ad
hoc reqrit̄ cōtumacia nō exequentis in §.ſi quis aūt
non implens.in Auth.de hæred. & fal.& etiam bina
monitio:vt ſ.dixi.poſt cū ꝙ qualiter ſit intelligendū,
ſuperius dixi:& vt dixi ēt reſpectu deuolutionis non
14 vr̄ procedere dictum Spec.¶†Iuxta prædicta quærit̄
quid ſi teſtator mandauit centū diſtribui in pauperes
eligendos per executores datos in teſtamento,an va
lebit electio facta poſt annum per ipſos executores.
Bar.tangit hoc dubiū in l.cū quidā.la ij.ff. de leg.ij.
& ibi finalr ꝯcludit,ꝙ valebit electio,ſi ſit lapſus an-
nus datus per ꝯſtitutionem Epalem ad exequēdum
teſtamēta.nā ſcđm eum , licèt virtute talis deuoluat̄
executio ad Epm non tn̄ deuoluet̄ electio,q̄ eſt nu-
di facti, & qa vr̄ aliud eſſe declarare,aliud exeq.l. q̄
executorem.C.de exec.rei iudi.vbi patet,ꝙ alius eſt
qui declarat,puta iudex,qui pronunciat.facit,qđ hr̄
in l.quid tn̄.§.ſi arbiter. ff.de arbi. alius eſt qui exe-
quit̄,quia ipſe nuncius : vt ibi patet,& ſic dicit ſe de
facto ꝯſuluiſſe:vnde ſcđm eū etiā poſt annū pōt fieri
electio pauperū , ſed diſtributio , ſeu ſolutio erit ad
Epm,& ſic executores non poterūt illam facere,ſed
Ep̄s.& cū hac opi.trāſit do.Pe.Sed do.Flo.hic tenuit
ꝯtrariū dicens, ꝙ iſtā opi.Bart. non recipiūt Epi,nec
illā obſeruant.& iſtud etiā tenui in d.l.cū quidā.Nā
non pōt negari,ꝙ teſtōr nō voluerit fieri executionē
in duob⁹ p executores, videlicet electionē pauperū,
& diſtributionē in eos : & iō ſi in dictis duobus non
ſunt executi volūtatē defuncti vr̄ ꝙ executio ſit fa-
cta ad ipſum Epm,ex quo ꝯſtitutio ſimplr vult ꝙ de-
uoluat̄ ptās executorū poſt annū ad Epm , tene mē-
ti:qa pōt ſæpe de facto contingere.Nō ob.ēt rō Bar.
qa licèt ſit verū,ꝙ alius eſt q pnūciat , ſeu declarat,
& alius executor q exequit̄ pnūciationē iudicis.d.l.
executorē.C.de execu.rei iud.non tn̄ per hoc ſequit̄
ꝙ in caſu ppoſito eligere pauperes non ſi pars exe-
cutionis voluntatis teſtantis qui voluit,ꝙ duo fierēt,
& exequerent̄ per executores,videlicet, ꝙ eligerent
pauperes,& ꝙ ipſis electis diſtribuerēt,ſeu ſoluerent
id,qđ ipſe reliquit.& iō non vr̄ pcedere opi. Barto.
15 ¶†Vlterius qrit̄ qđ ſi teſtator iuſſit capellā,ſeu eccle
ſiā fieri, nec adiecit tp̄s q̄tū tp̄s habebit executor ad
illā faciendā.Fede.de Senis in conſilio. cxxiiij.aliàs
cxxviij..dicit,ꝙ habebit annum a die monitionis per
hunc tex.& per id,qđ hr̄ in auth. hoc amplius.C.de
fideicōmiſ.Tp̄s aūt pſentandi rectorē in eccleſia,ſeu
capella curret patrono a die in qua ędificatū poterit
dici eccleſia.nam tunc tm̄ incipit indigere regimine
ſacerdotis.

ſacerdotis.ar.eorũ,quæ hñr in c.pe.ĩ.de eccl.ędi.qđ
16 tene menti.¶†Quid autẽ, ſi teſtator aliqua mãdauit
aſſignari monaſterio,pura certa ꝑdia, nũquid aſſigna
bunẽ cũ fructibus. dicit hic do.Flo.ꝙ ſic per iſtũ tex.
dum dicit,ꝙ debet aſſignari ſine diminuitione. & iõ
ſ'm cũ aſſignabunẽ cũ fructibus perceptis a morte te
ſtatoris citra , ad hoc allegat,qđ hr̃ ĩ l.ſi ita relictum.
§.Pegaſus.ff.de leg.j.& ita dicit ꝯſuluiſſe Bar.& do.
Frã.de Albergotis de Aretio. qđ dicit eſſe notandũ.
& ſic reſidet. & ſcđm hoc lr̃a hic dũ dicit , & oĩa dẽt
intelligi.ſ.aſſignata, ſeu relicta ꝑ teſtatorẽ monaſte-
rio.& iſte põt eſſe vnus intellectus literæ.alius intel-
lectus eſſe põt quẽ ſuperius tetigi: vt intelligaẽ lr̃a,ꝙ
oĩa q̃ ſpectabãt ad hæredẽ debeãt ſine diminutione
per Epm̃ aſſignari ipſi monaſterio , quia ꝑꝑ negligẽ-
tiam vr̃ ꝙ perdat hęres illa quę ex teſtõ hr̃e debebat,
& ꝙ applicari debeant pię cauſę , circa q̃ commiſſa
eſt negligentia,& ſic ipſi monaſterio in caſu propoſi-
to.per id,qđ hr̃ in §.ſi autem.qui hoc facere in auth.
de eccleſiaſti.titu.colla.ix. & licèt ibi videatur reqri
bina monitio,põt dici ꝙ illud procedit, quando agiẽ
de priuãdo ante lapſum anni per negligentiam , ſed
vbi interuenit lapſus anni ſufficere debet ipſa vnica
monitio:vt voluit gloſſ in §.ſi quis autẽ non implẽs.
& ſuperius etiam tetigi. & facit,qđ hr̃.ĩ.eod.ſi hęre-
17 des.& qđ ibi etiam dicetur.¶†In glo. penul.in ſi.Et
ſic remanet gl.in opi. ꝙ fauore vltimę voluntatis , &
pię cauſę valeat diſpoſitio teſtatoris, ſi mandauerat
monaſterium conſtrui,licèt non declarauerit locũ in
quo debeat cõſtrui.& iſta opi. vr̃ eſſe cõmunis. nam
eam vr̃ ſequi Lauren. vt ſ.tetigit glo.illam etiam te-
nuit Tancre.vt dicit hic glo.& idẽ etiam tenuit Goſ-
fre.hic.& etiam Hoſtien. qui etiam dicunt hoc ſatis
ꝓbari hic,dum litera dicit, & alibi placet, nec aliter
declarat in quo loco, allegant etiã , quia talia relicta
habẽt magnum fauorem a iure:vt patet ex eo , quod
hr̃ inſtitu.de act.§.itẽ iuxta.& §.in duplum.circa fin.
idẽ etiam tenuit Inno.qui per iſtum tex.dicit, ꝙ ſi in
loco in quo teſtator mandauit monaſterium cõſtrui,
vel reparari:id cõſtrui,& reparari non poſſit, alibi ędi
ficabiẽ.idẽ Guil.in Specu.de inſtru. edi.§.nunc vero
aliqua.verſi.quid ſi teſtator.Et idem etiã tenuit Egi-
dius hic, do.Flo.hic aliqualiter variauit. nam primo
vr̃ tenere primam opi.glo. ꝙ ſit differentia,an teſta-
tor expreſſit certum locum,vel nõ, quia quando ex-
preſſit certum locum diſpoſitio teſtatoris videtur ab
initio fuiſſe valida , ſecus qñ non expreſſit, finaliter
tñ tenent,quòd valet legatũ, etiã ſi nõ exprimaẽ lo-
cus:qa electio loci ſpectabit ad Epm̃ de cuius ꝯſen-
ſu pia loca cõſtruuntur,in c.nemo eccleſiam. de cõ-
ſecra.diſt.j.& ĩ.de conſecra.eccleſię,vel alta.in c.cũ
ſicut.& ſic venit locus certificãdus. & ſperatur veri-
ſimiliter certificari,qñ relinquitur monaſteriũ fieri.
facit ad prędicta,qđ hr̃ in l.nulli.C.de Epiſco.& cle.
18 vbi,† qñ relinquitur ad pias cauſas,& non exprimiẽ
per quẽ fieri debeat erogatio, hoc ꝑtinebit ad epm̃ .
Et pro prędictis etiam facit, quia aliàs non vitiaẽ le-
gatum ad pias cauſas propter incertitudinẽ perſona-
rum, vt ſi relinquitur ad redemptionem captiuorum
& non dicitur quorum d.l.nulli.nec etiã vitiatur ꝑꝑ
incertitudinem loci cui relinquitur:vt not.glo. iij.in
c.ſeq.& probatur in auth.de eccle.titu.§.ſi quis in ho
mine.Et per prædicta patet ſolutio ad ꝯtraria, qa lo-
quuntur in contractibus qui vitiantur ratione incer-
titudinis, hic aũt in teſtamẽtis,& relictis ad pias cãs.
19 ¶†Itẽ aduerte,quia ꝑꝑ id,quod dixit gl. ꝙ relictum
fieret caducum , declarat hic Ioan.An. poſt Abba.ꝙ
dicatur legatum caducum . nam dicit aduertẽdum,
ꝙ qñq; legatum eſt pro nõ ſcriptum.Qñq; eſt in cau
ſam caduci,& qñq; caducum.Exemplum primi pa-
tet,quando relinquitur ei qui tempore teſtamẽti nõ
erat in rerum natura.Exemplum ſecundi,quãdo ille
cui relinquitur erat viuus tẽpore teſtamenti, ſed mo
ritur viuo teſtatore.Exemplũ tertij, qñ poſt mortem
teſtatoris pendente cõditione legati.l.vna.§.& cum
triplici.C.de cadu.tollẽ.& ꝑ hoc dicit do.Flo. ꝙ nõ
propriè fuit locuta gl. cum dixit propter incetitudi-
nem relictum fieri caducum. nam melius dixiſſet,ꝙ
ſit nullum, dictis autẽ tribus modis inualidantur le-
gata:ſed eſt dubium ad quẽ tranſeunt. dic, ꝙ ad ſub-
ſtitutum, ſi illum habuit,aliàs ad coniunctum,ſi illũ
habuit,& ſi non habuit ſubſtitutum , vel coniunctũ
remanet penes hæredem:vt probatur in d.l.vna.§.in
primo.& §.ꝓ ſecũdo.& §.in nouiſſimo.¶An aũt trã-
ſeunt ad prædictos cum onere iniuncto illis in cuius
perſona deficit relictum.dic,quòd ſi ſit in non ſcripto
tranſit ſine onere. fallit in caſibus no.in d.§.j.ſed re-
lictum caducum,vel quaſi tranſit cum onere ſuo: vt
patet in dicto.§.pro ſecundo.in §.in nouiſſimo.& rõ
diuerſitatis eſt, quia qñ legatum ſit pro non ſcripto,
tunc non eſt reperire tempus in quo onus habuit ali
quam ſubſtantiam,ſecus in caduco,& quaſi.¶Item
aduerte inquantum dixi,quòd quaſi caducum,& ca
ducum tranſit ad coniunctũ cum onere, intellige ve
rum,qñ erat coniunctus re,& verbis, vel verbis tñ ,
ſecus ſi erat coniunctus re tantum , quia tali iure ꝓ-
prio per ius non decreſcendi vr̃ venire relictum d.l.
vna.§.ſin autem ad deficientes.Et no. Barto.in l.quæ
conditio.ff.de condi.& demon.¶Item ꝙ dixi pro nõ
ſcriptis,ꝓcedit in legatis.Si autem loquimur in hę-
reditate,vel parte hæreditatis pro non ſcripta: an idẽ
ſit,vt non tranſeat cum onere.habetur in d.l.quæ cõ
ditio.& ibi per gloſſ.& Bart. & tangit etiam hic do.
Pet.nam ſi onus fuit iniunctũ omnibus hæredibus ,
tunc tranſit cum onere.d.l.quæ conditio.Si autẽ ali-
quis nominat,tunc ſi fuerunt nominati oẽs eiuſdem
gradus,tranſit cum onere,quia cenſetur onus iniun-
ctum gradui potius, quàm perſonis. Si autem nomi-
nato vni tantum hæredi ſit iniuctum onus,tunc non
tranſit cum onere.per id,quod hr̃ in l.celſus.§.quod
tionis loci ꝑ.l.qui tabernas.ff.de ꝯtren.empt.& ꝑ id
29 qđ ibi hẽ. ¶ †Quid aũt ſi dixiſſet lego apothecam pã
norum cũ oĩbus quæ ſunt dicit Bart.in loco pręalle.
& ſequitur hic do.Pe.ꝙ relictę videnẽ res corporales
quę ſunt in apotheca,& non debita,& credita,vnde
ſi vult illa etiã legare. dẽt adijcere cum oĩbus quę ibi
ſunt,& debitis,& creditis, vel debeẽ vti nomine vni
uerſali.puta dicendo relinquo mercantiã meã Titu-
30 lis hypothecę.¶ †Iuxta prædicta põt dubitari. Quid
ſi aliquis legat menſam ſuã,vel mercantiã ſuorũ pã-
norum.an locus ipſius apothecę veniat in legato.gl.
ſenſit ꝙ non in d.§. menſes. & vĩ ſequi ibi Barto.ni-
ſi aliud appareat de mẽte teſtantis per.l. librorũ.§.
chartis.ff.de le.iij.vbi ſi legatur bibliotheca librorũ
ita ꝙ teſtator ſenſerit de libris non veniet armariũ
vbi ſunt libri.vt ibi videtur eſſe tex.valde notabilis .
Sed aduerte , qa potes prędicta dicere vera, ꝙ teſta-
tor dicit lego menſam meam , vel lego mercantiam
meorum pannorũ.Si autem legaret apothecã pãno-
rum,vel ſimpliciter diceret lego apothecam meã tũc
vĩ recurrendum ad ea,quæ leguntẽ,& notanẽ ꝑBar.
in l.cũ tabernã.ff.de pignori.qa ſi teſtator nullũ ius
habebat in apotheca , ſeu in loco apothecę , tunc vĩ
intellexiſſe de apotheca pannorum, & non de loco.
Si autem haberet ius in ipſa apotheca : tunc vĩ ꝙ ip-
ſum locum videaẽ legare ꝑ.l.qui tabernas.ff.de ꝯhẽ.
emp.& ſic vĩ ꝙ tunc non venient pãni qui eſſent in
31 apotheca.¶† Vltimo quærit qđ ſi teſtator dicit relin
quo ſextariũ frumenti Titio , an intelligetur de fru-
mento menſurę ſextarij , an vero de vaſę ad mẽſurã-
dũ frumentũ. Bar.in l.Titia ſeio . in princ.dixi,ꝙ in-
telligetur de frumẽto qñ legauit ſtarium frumenti ſe
cus ſi legaſſet ſtarium frumentariũ. quia tunc videre
tur legaſſę vas illius menſurę. de quo dicendũ,vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Legatum rei eccleſiæ non valet etiã ad finem, vt debeatur æſtimatio.*
2 *Legatarijs,& creditoribus non tenetur filius qui ſe non immiſcuit hæ reditati paternę.*
3 *Agere poteſt Epiſcopus pro legato facto eccleſię ſuæ.*
4 *Eccleſia,& perſonæ eccleſiaſticę non ligantur legibus.*
5 *Legari non poteſt res vnius eccleſiæ alteri eccleſiæ,*
6 *Legatarius rem legatam occuppare non debet autoritate propria.*
7 *poſſeſſor malæfidei debet vltero ſe offerre ad reſtitutionem rei, cum cognoſcit eam alienam.*
8 *Legatum factum eccleſiæ gratia ſepulturæ debetur eccleſię , licèt teſtator ibi ſepeliri non poſsit, quia excommunicatus, vel eccleſia eſt interdicta.*
9 *Legatum rei alienę,an & qñ valeat , & qñ debeatur eius ęſtimatio.*
10 *Et quid ſi legatur res aliena ab ignorante pro anima, an valebit relictum.*
11 *Legatarius ſi non eſt capax rei legatæ,an ſibi debeatur ęſtimatio.*
12 *Teſtator ſi legauit mihi fundum quẽ hæres mihi tradidit ,ſed poſtea euictus eſt a me, an hęres tenebitur de euictione.*
13 *Teſtator ſi legauit rem emphyteuticam,& poſtea ſuperuenit ius directi dñij:an illud debebitur legatario.*
14 *Teſtator ſi habebat fundum cõem,& legauit eũ ſimpliciter,an videatur legaſſe ſuam dimidiam,an vero totum.*
15 *Grauare non poteſt teſtator quem non honorat.*
16 *Teſtator ſi me pręſente, vel conſentiente legat rem meam quid iuris.*

13 *Hæres*

17 *Hæres autem legatã pignori obligatam liberare a pignore teneatur.*
18 *Teſtator, ſi legat rem propriam quam poſtea alienauit : an extinguatur legatum.*
19 *Legatũ ſi gratia ſepulturæ fiat alicui eccleſiæ: & teſtator mutato propoſito diſpoſuit alibi ſepeliri non facta alia mentione primi legati, an videatur reuocatum legatum.*
20 *Verba enuntiatiua per modũ cauſæ prolata, an inducãt diſpoſitionem.*
21 *Teſtator, ſi reliquit filiæ ſuæ ducenta pro ipſa maritanda deinum poſtea viuens ipſam maritauit, & dedit ſibi centum nomine dotis, an patre mortuo poterit filia petere alia centum.*
22 *Dos poteſt augeri conſtante matrimonio.*
23 *Legata diuerſa, ſi ſucceſſiuè fiant ob eandem cauſam teneant.*
24 *Si eodem teſtamento, vel diuerſis ſæpius eadem quantitas, vel ſpecies legetur, an ſæpius poterit peti.*

1 FIlius. Non debetᷓ [a] legatũ, cũ teſtator rẽ non ſuam: ſed eccleſiæ
legauit alteri eccleſiæ. h.d. Et in prima ponitur q̃ő. In ſcd̃a ꝓuiſio. ſecũda
ibi, & q̃dã. In tex. ibi: veſtię ex nimia
humilitate loquitᷓ Greg. autor decre.
in plurali Ep̃o. de quo ĩ ſupraſcriptione. hodie vero
nõ eſt mos Romani Põtificis loq alicui ĩ plurali. imo
vitiaretᷓ reſcriptũ, ſi in eũ repiretᷓ loq in plurali alicui.
ĩ. de cri. falſi. c. q̃ graui. & ſic ſm antiqua tp̃a ꝓcedit
lr̃a. ¶ Itẽ ibi: teneanť ſupplere, & ſic petere non põt.
nã ſm vnũ intellectũ Ep̃s moleſtabat filiũ teſtatoris.
ſm aliũ intellectũ verbũ, teneantᷓ, ſtat ꝓpriè, q̃a fortè
res legatę ꝑuenerãt ad ipſum Ep̃m ꝙ quatᷓ poſſit eẽ:
infra tãgetᷓ, & petebatᷓ ab eccleſia cuius erãt; & Ep̃s
illas reſtitueret, ꝙ q̃a nõ faciebat filius teſtatoris. fuit
de hoc ꝯqueſtus. & quare tunc fuerit ꝯqueſtus. tãgitᷓ
2 gl. j. & tangetᷓ cũ illa. ¶ † No. ꝙ legatũ rei eccleſiæ non
vr̃ valere etiã ad finem, vt debeatur æſtimatio. ¶ No.
ꝙ cauſæ q̃ vertũtur inter duas eccleſias. licèt ius, ſeu
origo ſurrexerit a laicis, ſeu a diſpoſitione laici de-
2 bent tractari ſm canones, & non ſm leges. ¶ † Not. ꝙ
filius põt inquietari ꝓ legatis factis a patre, qđ eſt verũ, qñ ſe immiſcuit hæreditati. aliàs ſine immiſtione
nõn teneretur legatarijs, nec creditoribus. vt no. per
gl. & Bar. in l. cũ dotẽ. §. tranſgrediamur. ff. ſolu. mat.
3 & in l. neceſſarijs. ff. de acqui. hęre. ¶ † No. ꝙ Ep̃s põt
agere ꝓ legato facto eccleſiæ ſuæ: an antẽ poſſit agere pro legato facto eccleſiæ ſibi ſubiectæ. vr̃ caſus, ꝙ
4 ſic in c. ſi. ĩ. ti. j. ¶ † No. ꝙ eccleſia, & eccleſiaſticæ pſonæ non ligantur legibus. de quo per Ioan. An. poſt
5 Hoſt. in c. fi. ſ̃. de ſol. & ibi etiam dixi. ¶ † Nota ꝙ res
vnius eccleſiæ non poteſt alteri eccleſiæ legari, nec
tali titulo inualido retineri, & per id, qđ dicit litera,
teneantur, vr̃ velle, ꝙ Ep̃s erat in poſſeſſione eorũ legatorum: & eſt verũ ſm intellectum. vt tetigit ſuper
litera, hoc aũt eſſe potuit, q̃a teſtator fortè ꝯdẽnauerat Ep̃o, vel fortè hæres poſt mortẽ, vel ꝙ hæres ſoluit cedens illas fuiſſe proprias teſtatoris: & ſm hoc
Ep̃s non occupauit ipſas res legatas propria autoritate. Si autẽ poſt mortẽ teſtatoris vigore legati ꝓpria
autoritate occupaſſet, videretur cecidiſſe a iure ſuo,
6 etiam ſi res fuiſſet defuncti. quia non debet † legatarius occupare rẽ legatam propria autoritate. ſed de
manu teſtatoris accipere. l. non dubiũ. C. de legatis.
& l. j. & ꝑ totũ. ff. quorũ legatorũ. & ſic reſidet d. Pe.
Poſſes dicere, ꝙ ſi ſolus prælatus occupauit non noceret eccleſię per regulam, delictum. de regu. iuri. in
vj. ſecus ſi prælatus cum capitulo. per id, quod legitᷓ,
7 & notatur in c. ij. ſ̃. de ordi. cogni. ¶ † Nota quòd improbe quis tenere contendit id, quod licitè retinere
non poteſt. & ſic debet malæfidei poſſeſſor vltro ſe
offerre ad reſtitutionẽ rei cũ cognoſcit eã alienã: aľs
vr̃ eſſe in mora. ꝑ id, qđ hr̃. xiiij. q. v. c. ſi qd inueniſti,
8 & c. multi. & ſ̃. de reſt. ſpo. c. ſępe. ¶ † Not. ꝙ interdũ
legatũ fit eccleſiæ gratia ſepulturæ. Quid autẽ, ſi ibi
nõ poſſet ſepeliri. vt q̃a eſſet excõicatus. dicit. d. Pe.
ꝙ eccleſia nihilominus habebit legatũ, q̃a per eã nõ
vr̃ ſtare. ar. l. miles. §. ream. cum ibi no. per Dyn. ff. de
adul. & idem dicit ſi eccleſia eſſet interdicta: ſed fortè
põt dici hoc verum, qñ ſine delicto eccleſiæ: ſeu clericorũ eccleſię, eccleſia eſt interdicta. ſecus videretᷓ, ſi
ꝑꝑ delictũ p̃lati, & capituli, fuiſſet interdicta. per id,
qđ hr̃ in ꝑalle. c. ij. ſ̃. de ord. cog. Sed aduerte q̃a contra id, qđ dixi. ſ̃. ꝙ qñ teſtator reliquit aliquid eccleſię gratia ſepulturæ. ꝙ ſi decedit in excõicatione. &
ſic nõ poſſit ſepiliri in eccleſia, ꝙ eccleſia nihilominus põt petere legatum: vr̃ facere id, quod no. Inno.
in c. cum voluntate. de ſen. excõ. vbi voluit, ꝙ nõ valeat legatũ factũ pro anima per excõicatum. & facit
ẽt qđ not. Bart. in l. j. C. de ſac. ſan. eccle. de quolibet
decedẽte notoriè in peccato mortali. potes dicere ꝙ
legatum fit pro anima alicui eccleſię: & tunc eccleſia
non dẽt acceptare tale legatum, ex quo legãs deceſſit notoriè in peccato mortali. & ita ꝓcedit dictum
Inn. in d. c. cum voluntate. & Bart. in d. l. j. Interdum
antẽ relictum fuit factum gratia ſepulturæ ab eo: qui
poſt teſtm̃ deceſſit in excõicatione. & tunc cum legatum fuit a principio validum, & per eccleſiã nõ ſtetꝫ
ſed potius per excõicatum, vr̃ ꝙ legatum poſſit peti.
nam licèt legatum, qđ pręſtaret eccleſiæ dicatur præſtare in piam cauſam, vt voluit Spe. in titu. de inſtru.
edi. §. nunc vero aliqua. verſic. & ſcias. el ij. nõ tamẽ
neceſſario recipitur pro anima, ex quo hoc non fuit
expreſſum. Interdũ ſimpliciter legatᷓ eccleſiæ: & tunc
vult Inno. in d. ca. cum voluntate. ꝙ etiam ſi ſit factũ
per excõicatum poſſit eccleſia petere, ſicut quilibet
extraneus. & pro hoc facit, quia vt dixi, licèt tale legatum pręſtetur eccleſiæ: & ſic fiat p̃ſtatio in piam cauſam: non tñ ſequitur neceſſario, ꝙ p̃ſtetur pro anima, ex quo hoc non eſt expreſſum: ideo vr̃ poſſe peti. ſcilicet tale legatum. ſecus qñ factum eſſet ꝓ anima: vel qñ per hæredẽ fieret aliqua obligatio eccleſię
pro defuncto quẽ conſtat deceſſiſſe in peccato mortali. quia tunc vr̃ ꝙ eccleſia non debeat recipere, q̃a
talis oblatio q̃ fit pro ipſo defuncto: vr̃ fieri pro ipſius anima. ideò recipi non debet. facit, qđ hr̃ in ca.
q̃a ĩ oĩbus. ĩ. de vſur. & qđ no. Inn. ĩ d. c. cũ volũtate.
9 ¶ † Vltimo no. ꝙ legatum rei alienę non vr̃ valere de
iure canonico, qđ vr̃ intelligendum, niſi eſſet res hæredis: quia tunc videtur valere cum valeat etiam ſm
leges. ẽt ſi fiat a teſtatore ignorante. l. vnum ex fami.
§. ſi rem. ff. de lega. ij. in gloſ. j. in fi. & fortè ſcđm Inn.
promiſerat teſtator reſtituere res ſub pœna, & ꝓcedunt expoſitiones gloſſarum. quia res legatæ erant
penes Ep̃m, & petebantur per eccleſiam, cuius erãt,
vñ iterarat filij teſtatoris ꝙ dictę res reſtituerentᷓ propter cauſas poſitas in gl. & ꝑꝑ id, qđ dixi. ſ̃. poſt Inno. põt etiã dici, vt hic tãgit Hoſti. ꝙ fortè Ep̃s conabatur extorquere p̃tium ipſarum rerum ab ipſo filio
teſtatoris. per id, qđ diſponunt leges. vt ĩ. tangitur in
litera. ¶ In gl. ſibi: coiũctæ perſonæ, vel vxori, vel alteri cui tantũdem requiſiſſet ſi ſciuiſſet. vt ꝓbatur in
l. cum alienã. hic allegata. ¶ In ea. gl. in fi. & facit, qđ
hr̃ in reg. præſũmi. de reg. iur. in vj. Et aduerte, quia
glo. fi. in ver. imò reddere. Sed certè iſta lectu. vr̃ eſſe
contra tex. Ideo fortè gl. fi. poſuit aliam lectu. videlicet de æquitate, ſeu benignitate canonica non valet
legatum rei alienę etiã quo ad æſtimationẽ, licèt ſit
factum a ſciente rẽ alienã. ſecus ſit de iure ſtricto;
& rigore iuris ciuilis. q̃a ſm ius ciuile, & ſic ſm leges
valet legatũ rei alienæ factũ a ſciente, vt redimatᷓ, vel
p̃ſtetᷓ æſtimatio. Sed certe iſta lectu. nõ vr̃ bona. q̃a vt
dicit

a Nõ debetur. Idem ſẽtiũt hic do. Abb. & And. Sic. & & hic idẽ And. Sic. j. ꝙ iſta decret. eſt famoſa, & turbauit antiquorum, & modernorũ mẽtẽ. tũ in iure ciuili, quàm canonico.

dicit Flo.in litera nõ ſit mentio de æquitate, nec de
rigore:ideo Inno.hic fortè poſuit alias lecturas.nam
dicit Inn.hic,& fuit etiam opi.Ioã.in c.ſi Eps.xij.q.
v. quòd vbi res eccleſiæ legatur etiam a ſciente non
debetur res,nec etiam æſtimatio.& ſic non valet ali-
quo modo legatũ rei eccleſiæ, & hæc eſt intentio li-
teræ.ſecundum eum,monetur.quia vbi legãtur illa q̃
ſine magna difficultate nõ poſſunt haberi. vt ſunt p̃-
dia cęſaris Imperatoris,nõ valet legatum etiam quo
ad æſtimationem.l.apud Iulianũ.§.fi.ff.de leg.j.& ſic
eadem ratione idem vr̃ dicendum in rebus eccleſiæ
quæ ſine magna difficultate non poſſunt alienari xij.
q.ij.c.ſine exceptione. Itẽ quia res eccleſiæ ſunt de-
putatę cõibus vſibus.xij.q.j.c. videntes. ideo non vr̃
valere legatum in eis: ſicut nec legatum rei deputatę
ad publicum , & cõmunem vſum.d.l.apud Iulianũ.
§.fi.& inſti.de lega.j.§.non ſolum.¶ Item quia lega-
tur res cuius alienatio eſt contra ius cõiter:ideo non
videtur valere legatũ.facit.l.ſi quis inquilinos.§.fin.
ff.de leg.j.alle.etiã pro hoc , quia rei eccleſiæ non vr̃
eſſe cõmercium inter laicos.xij.q.ij.c. non liceat. &
ſic non vr̃ valere legatum,facit.l.mortuo.§.Labeo.ff.
de legat.ij.ꝙ ergo hic dicit̃ in litera,q̃a lege Dei &c.
dẽt exponi.i.quia res eccleſiæ,nõ ſunt per oĩa cẽſen-
dæ,ſicut res ſeculi.ſed hęc expoſitio vr̃ lr̃am violare.
vñ ipſe Inn.aliter exponit dicens, ꝙ ius Dei, ſeu ius
poli appellatur ẽt ius,qđ cõtinet̃ in iure ciuili.ſed tñ
ꝑp fauorẽ Dei ſegregatũ eſt ĩ aliquo a iure cõi,ſicut
contingit in iure ſtatuto ſuper ꝓhibitione eccleſiæ.
& ſic vult Inn.ꝙ idẽ ſit dicere lex Dei,& ius poli.pro
hoc facit ſm d.Flo.qđ hr̃.xvij.q.vlti.c.quicunq;.ibi,
fori, non iure poli.Sed aduerte,q̃a ipſe idẽ Inn.vr̃ re
cedere ab hac expoſitione dicens, ꝙ de rebus eccle-
ſiaſticis non cõtinet̃ aliquo iure ciuili: ſed tñ cano-
nico,ꝙ alienari non poſſint.hoc aũt dictũ Inn. vt di-
cit do.Flor.non eſt verũ. nã expreſſe hr̃ in iure ciuili
de rebus eccle.non alienandis.ſine magna ſolẽnita-
te.in auth.hoc ius porrectũ.C.de ſacroſan. ec.cano-
nizata.x.q.ij.hoc ius, & mirandũ eſt quomodo Inn.
dixerit contrariũ.vñ põt litera aliter exponi, & con-
uenientius.vt hic tangit Io.An.& do.Flo. vt exponat̃.
l.Dei.i.theologica,& canonica.facit j.eo.cum eſſes.
ſcđm quã nõ debemus aliena ſurripere , vel tenere.
Exodi.xx.c.ibi : furtum non facies.i.nullũ dãnũ da-
bis alicui in ſuis rebus.& pro hoc.c.ſi quid inueniſti.
xiiij.q.& c.gñalis.liiij.diſt.& ſcđm hoc erit ſenſus li
teræ,ꝙ aliud ſcđm legẽ.Dei.i.ſcđm ius canonicum.
aliud ſcđm leges ſeculi.i.ſm leges ciuiles.Et iſta ex-
poſitio magis conſonat literæ.Et ex his q̃ dixi ſupra.
ꝯcludit Inno.ꝙ ſi teſtator rẽ vnius eccleſię legat pri-
uato,vel alteri eccleſiæ nõ debet̃ ipſa res,nec ẽt æſti-
matio.ꝑp difficile cõmerciũ,& cõem vſum.ſed Hoſ.
tenuit ꝯriũ: videlicet ꝙ tenet legatũ rei eccleſiæ q̃tũ
ad æſtimationẽ,dũmodo ſit rei cõmerciũ,vt quia res
nõ ſit ſacra.vñ dicit,ꝙ in caſu capituli.res eccleſiæ re
ſtituet̃ ipſi eccleſiæ,& pręcipuè ab hr̃de ſolueret̃ ec-
cleſiæ cui factũ fuit legatũ.dicit tñ Hoſt.ꝙ ſi heres ni
mis grauet̃ totũ p̃tium ſoluẽdo eccleſia cui factũ eſt
legatũ non dẽt illud cũ intolerabili grauamine hęre-
dis extorquere, qđ facere poſſet đ iure ciuili.& hũc
ſcđm rigorẽ hic intendit impetrare ſcđm eũ allegat,
qđ hr̃ in ſimili.j.de cẽſi.c.licet.& c.ex parte. & xvij.
q.iiij.c.fi.& ſ.de cler.cõiu.in c.ꝙ a te.& de re.iur.in
c.locupletari.in vj. & ſcđm p̃dicta dicit eſſe intelli-
gendũ,ꝙ ipſe notauit in ſumma.e.ti.§.ad q̃d heres .
ver.qđ ſi rẽ.& ſi velles tenere opi. Hoſt. poſſes dice-
re,vt tãgit do.Flora. ꝙ licèt ſit difficilis alienatio rei
eccleſię non adeo ꝙ dici debeat impoſſibilis, q̃a põt
res eccleſię alienari ẽt ſine licẽtia Principis,vel Papę
ſeruata ſolennitate.c. ſine exceptione.xij.q.ij.qñ aũt
dicitur,ꝙ non valet legatũ rei q̃ non poteſt ſine ma-
gna difficultate alienari intelligitur, quãdo adeo eſt
difficilis alienatio,vt reputetur impoſſibilis,ſicut cõ-
tingit in rebus Cęſaris, ſeu Principis, nam commer-
cium,ſeu alienatio pręditorũ cęſaris,ſeu Principis nõ
poteſt fieri ſine ipſius licentia. ideo tale commerciũ
reputatur impoſſibile:quia illud ꝙ per Principem tñ
poteſt explicari cenſetur impoſſibile.vt notauit gloſſ.
in l.continuus.§.cum quis.ff.de verbo.obliga.& Dy,
in regu.ſemel Deo.de regu.iuris.in vj.& Bart.in d.l.
apud Iulianum.§.& ſic ratio.Inno.non bene videtur
neceſſario concludere:tñ vt hic tãgit domi.Pet.opi.
Hoſtien.non videtur procedere,quia vltra iuſtum p̃-
tium non tenetur hęres de iure ciuili dare.l.non du-
bium.§.fi.de le.iij.& ſic nõ eſt verum dicere,ꝙ ius ci
uile in hac mã fuerit rigoroſum.& iõ ipſe tenet cum
opi.Inn.ſequitur etiã hic do.Ant.dicens, ꝙ licèt res
eccleſię non ſit ſacra.tñ nõ p̃t alienari, niſi ſubſiſtẽte
neceſſitate,vel vtilitate eccleſiæ , & cum ſolennitate
debita: & ideo non valet legatũ rei , & eccleſiæ etiã
quo ad æſtimationẽ.& licèt ꝓptera hic dicat ꝙ leges
dicũt ꝯriũ.dicit do.Anto. ꝙ habuit reſpectũ ad allę-
gationẽ partis.& ad.ll.generales.ſed habito reſpectu
ad leges ſpeciales.& potiſſimè ad id,qđ hr̃ in dicta l.
apud Iulianũ.§.fi.& §.non ſolũ.inſti.de lega,concor-
dant in effectu leges cũ canonibus.¶ Aliã,& quartã
lectu.poſuit Inno.videlicet, ꝙ teſtator hic ignorauit
rẽ eſſe alienã. Sed hæc lectu. non procedit : q̃a tunc
legatum nõ tenet etiã de iure ciuili, vt dixit gl.litera
aũt hic vr̃ facere dr̃iã ĩter leges,& canones. ¶ Quin-
tam lecturam poſuit Inno.ꝙ licèt hic mandetur lega
tario, ꝙ reſtituat res eccleſiæ non per hoc parcetur.
hæredi quin teneatur ad æſtimationẽ.Sed certę hæc
lectu.reprobatur,vt p̃cedens,quia tunc nõ eſſet dr̃ia
inter leges,& canones.Pet.vt refert.Cy. in l.cũ alie-
nam.præallegata in gl.dicit,ꝙ legatum rei alienæ fa
ctum a ſciente valet in præiudiciũ hæredis:vt dicitur
in illa.l.non in præiudiciũ domini.vt hic dicitur: &
ſic intelligit iſtud capitulum, & legem p̃dictam. Sed
iſta lectu.etiam reprobari poteſt,vt præcedens,quia
ſcđm nõ eſſet dr̃ia inter leges,& cano. Aliã lectu.di
cit do.Flo.ſe q̃nq; poſuiſſe,videlicet,ꝙ hic loquatur
in foro pęnitentiali,& l.cũ alienam. in foro ꝯtentio-
ſo.& pro hac lect. facere ſcđm eũ in litera.ibi.l.det.
& ſcđm iſtã lec.erit ſenſus literæ, ꝙ legatũ rei alienę
ſalua cõſcientia non exigitur, pro hoc adducit,quia
Papa non cogit hic res alienas eſſe res Titij: ſed enũ-
tiatiuè dicit iniuſtum eas eſſe Titij,tñ ſuper hoc erat
facta q̃ō.vt hic patet in princ.pro hac lectu. etiã facit
ſcđm eũ,q̃a ꝙ debeat̃ æſtimatio vr̃ quidã rigor,& lu
crũ odioſum a quo dẽt abſtineri in foro animæ.Sed
ꝯ hãc le.facit,q̃a fuit poſita q̃rimonia publicè, & Pa-
pa ẽt publicè rñdet publicando ꝑſonas ꝙ non ſit in
foro pęnitentię.j.de pęni. & remiſ.oĩs. & tanto hæc
lectu.non vr̃ bona,nec de mẽte lr̃æ vñ finalr̃ dicit,ꝙ
mens literæ eſt ẽt in foro iudiciali facere diſtinctio-
nẽ inter leges,& canones,vt ſcilicet ſcđm leges, qñ
legat̃ res aliena ſciẽter debeat̃ æſtimatio,tñ qñ tale
legatũ ſit eccleſię,vel ꝑſonę eccleſiaſticę,q̃ lege Dei
viuit.i. canonica,ſecus q̃a non debit̃ ẽt æſtimatio:&
q̃a per hunc intellectũ corrigunt̃,ſeu reſtringunt̃ le-
ges:iõ ſcđm eũ dẽt hęc lr̃a ſtrictè intelligi in ſuis ter
minis tñ:& ſic,qñ legatũ rei alienę ſit eccleſię , & de
re eccleſiaſtica hoc eſt alteri⁹ eccleſię:& ſic ẽt ſentit .
& pro hoc in litera in ſuprascriptione q̃ loquit̃ Ep̃s
cuius eccleſię factũ erat legatũ:& ẽt lr̃a ibi. Quę cu-

quidam

Iuſdam eccleſiæ &c. vult ꝙ res legatæ erant alterius
eccleſiæ: & ſic duobus ɔcurrentibus ꝓcedit, ꝙ legatū
rei alienæ non valet ēt ſcienter factū, videlicet qñ le
gat̃ res eccleſiæ, & qñ legat̃ alteri eccleſiæ, vel eccle-
ſiaſticæ pſonæ, & ſic hoc caſu tñ corrigent̃ leges. ſi
dicas ꝙ reſpectus hæredis nō eſt ius, an res ſit ecclīæ,
an alterius tertij. & ſil̃. an leget̃ eccleſię, vel eccleſia-
ſticæ perſonæ. aut aliter dici pōt ſcd̃m do. Fio. ꝙ imo
eſt ius, qa non æquè facil̃ pōt emi res eccleſiæ, ſicut
alia. Itē ſicut ecclīa eccleſiaſtica pſona legataria, ſi va
leret legatū inducetur ad occupandas res alterius ec
cleſiæ ſibi legatas, ꝓut ēt hic de facto fuit: iō ne hoc
fiat ſecus. & ī illa dictæ rōnes pñt reddi ꝓ hac lec. &
ſufficere vr̃ ſm eū pro ſua rōne, ꝙ ita reperit̃ eſſe ſcri
ptum. vj. q. j. c. ſcriptū eſt in lege. & l. proſpexit. ff. qui
& a quibus. ſed certe iſta lectu. non vr̃ de mente lite
ræ dici qui aliena reſtituere debuiſti. nam dicta ratio
concludit generaliter in re aliena etiā alterius, q̃ ec-
cleſiæ, qđ eſt, qñ legat̃ res aliena alterius quàm eccle
ſiæ, vel eccleſiaſticę perſonæ, ſi valeret legatū poſſet
ſimiliter deduci ad occupādum, ſicut qñ legatur res
eccleſiæ: & ſic videtur eadem ratio, ſiue legetur res
alterius eccleſiæ, ſiue res alterius laici, ideo iſta lect.
non vr̃ bona. glo. in l. cum alienam. ſimpliciter dixit,
ꝙ aliud ſcd̃m. ll. aliud ſm canones: & iſte intellectus
vr̃ magis literæ amicari: nec bonus intellectus quem
cōiter ſequūtur doc. videlicet, ꝙ aliud ſit in re eccle-
ſiæ q̃ in alia re. quia licèt res eccleſiæ nō poſsint alie-
nari ſine debita ſolennitate, non per hoc vr̃ poſſe in-
ferri, qđ legatū non debeat valere, quia aliàs ſeque-
retur, qđ ſi legaretur res pupilli, vel minoris, cū illa
nō poſſit alienari ēt ſine debita ſolēnitate. l. j. & ꝑ to-
tū. ff. de re. cor. & l. magis puto. §. nō paſſim. ff. e. tit. &
l. nō pñt. & l. ſi pdiū. C. de pdijs min. & tñ ī cōiter te-
net̃, ꝙ ſi leget̃ res minoris a ſciēte debet̃ ęſtimatio. &
hoc expreſſe tenuit Bart. in d. l. apud Iulianum. §. fin.
vbi etiam tangit, ſi legetur fundus dotalis, an debebit̃
æſtimatio: & concludit, ꝙ ſic: licèt non poſſit alienari
niſi in certis caſibus. l. ſi cōſtante. & l. penul. ff. de iu-
re dot. & l. dotalem. ff. de teſtamento militis. dicens
quòd non valet legatum factū de fundo dotali. Sed
communiter tenetur contrarium. vt ibi tangit Bart.
in d. l. apud Iulianum. §. fi. facit etiam quod not. Cy.
in l. prædium. C. de iure dot. Bald. tñ in dicta l. apud
Iulianum. §. fin. & etiam in l. cū alienam. dicit, ꝙ ſi ſit
res immediatè eccleſiæ Romanę, cum illa non poſſit
alienari ſine licentia Papæ non valebit legatum talis
rei, ſicut nec valet legatum prędij Principis eadem ra
tione. quia tunc cenſetur quaſi impoſſibilis alienatio
cum ab vno ſolo, ſeu ex vnius ſolius voluntate fieri
poſſit: ſecus dicit in rebus aliarū eccleſiarū, quia in il
lis ſecundum eum valebit legatum: vt ſaltem debea-
tur æſtimatio. vt voluit Hoſtien. & per hūc modum
poſſent concordari. opi. tñ quia litera hic non vr̃ loq
de re eccleſiæ Romanæ: ſed alterius eccleſiæ, non vr̃
ꝙ iſta opinio ſit bona. vnde vr̃ ꝙ verior ſit opi. gloſ. in
l. cum alienam. quòd aliud ſit de iure ciuili aliud de
iure canonico ꝓut hic litera ſonat: & rō potuit eſſe
q̃ vr̃ colligi ex litera. quia ius canonicum voluit tol-
lere materiam occupādi res alienas. & ideo in foro
canonico videret̃ ſeruanda hæc decre. ſed in foro ci-
uili in terris imperij vr̃ ſeruandū ius ciuile. per id, qđ
no. gloſſ. in c. ij. de arbi. in vj. Aduerte tñ qa vr̃ poſſe
dici pp id, ꝙ litera dicit, qa leges Dei viui &c, ꝙ de-
cre. habeat locū, qñ relinquit̃ res aliena eccleſię, vel
eccleſiaſticæ perſonæ. ſecus qñ alteri perſonæ legatur
res aliena. Sed certe etiā laicus q eſt ſubditus eccle-
ſię, vt qa eſt de terris ſubiectis eccleſię ēt viuere dēt
lege Dei, ſeu canonica, & nō ſm leges. vt ꝓbat̃ in c.
ſi duobus. ſ. de appel. & ideo vr̃ ꝙ in foro eccleſiaſti-
co, vel etiam in foro ciuili in terris imperij: & ſic in
10 effectu ꝓcedere vr̃ qđ dixit gl. ī d. l. cū alienā. ¶ †Sed
iuxta pędicta q̃ri poteſt quid ſi leget̃ res aliena ab
ignorante ꝓ anima, an valebit relictum: vr̃ ꝙ ſic. qa
qñ ſit relictū cōiunctę perſonę etiā ab ignorāte vide-
licet rei alienę. d. l. cū alienā. ſed nulla vr̃ eſſe maior
cōiunctio q̃ animę, cū illa ſit cęteris rebus pręferēda.
l. ſancimus. la prima. C. de ſacroſ. ec. & xij. q. j. c. prę-
cipimus. & ſ. de ſim. c. Mattheus. & ſic vr̃ ꝙ ſi valet le
gatū rei alienę, qñ ſit cōiunctæ perſonæ etiā ſi fiat ab
ignorante rē alienā, multofortius vr̃ valere, qū fieret
ꝓ anima. In contrariū facit iſte tex. vt hic ēt dicit do.
Ant. nam hic legatū fuit factum eccleſiæ. & ſic ſcd̃m
eum videt̃ contēplatione animæ relictū: & tñ hic dr̃,
ꝙ non valet, poteſt dici primo, ꝙ iſtud quod ibi dici-
tur procedit, quando ſit relictum de rebus eccleſiæ.
vt voluit Inno. tamen quia iſte intellectus non vr̃ tu-
tus propter id quod ſuperius dixi. videtur ꝙ non va-
leat legatum rei alienæ ad pias cauſas. & iſtud vr̃ hic
tenere do. Ant. dicens, ꝙ fauor qui impedietur con-
iūctæ perſonæ in d. l. cum alienam. vt valeat tunc le-
gatum etiam ſi fiat ab ignorante non videtur impēdi
piæ cauſæ. & ita dicit ſentire hic docto. qđ dicit eſſe
notādum, quia vidit hoc aliqñ in dubium reuocari.
¶ Sed aduerte, qa licèt legatum fiet eccleſiæ non ſe-
quitur neceſſario, ꝙ dicatur eſſe relictum ꝓ anima
licèt poſſit dici relictum in piam cauſam, vt ſuperius
tetigi circa nocabilia. Itē etiā aduerte, qa iſta decre
procedit de iure canonico. vt ſuperius dixi. vnde v.
ſecus de iure ciuili. vt litera etiam hic innuit. & per
hoc vr̃ poſſe dici, ꝙ ſi relinquat̃ res aliena alicui pau-
peri pro anima, ꝙ valeat legatum, etiam ſi factū fue-
rit ab ignorante per rōnem, q̃ ſuperius tetigi: qa nul-
la vr̃ eſſe maior coniunctio, q̃ animæ quæ cunctis re-
bus pferēda eſt, etiā vt voluit ius ciuile, vt patet in d.
l. ſancimus. & iō puto ꝙ in foro ciuili poterit dictum
legatū peti etiā ſi factū ſit ab ignorante, ſicut ſi factū
eſſet cōiūctæ pſonæ, licèt in foro canonico nō poſſit
peti cum ſecundū illud valeat legatum rei alienæ: &
plus etiam vr̃ ꝙ legatum factū eccleſiæ, vel eccleſia-
ſticæ perſonæ de re aliena non poſſit peti in foro ciui
li, vt vr̃ hic eſſe caſus intelligendo ꝙ heres qui ɔue-
niebat̃ eſſet de terris imperij, cū litera ſimpliciter, &
indiſtinctè loquatur, nec appareat, an fuerit de terris
eccleſiæ. an vero imperij: qđ tene mēti, tñ qa cōiter
tenetur opi. Inn. difficile eſſet in practica obtinere ɔ̃
illam: & ſm opinio. Inno. qñ legatur res aliena q̃ nō
eſt eccleſiæ valet legatū ſcd̃m diſtinctionē. l. cū alie-
nam. Sed de iure vr̃ procedere, quod ſuperius dixi.
¶ Vlterius queritur ad declarationem literæ q̃ erant
iſte res legatæ alterius eccleſiæ. dicit Io. An. ꝙ vt pa-
tet in antiqua iſte res fuerūt vnus lectuus, & quidam
calix electiuus. i. confectus ex ere, & argento: lex tñ
vr̃ velle, quòd electiuū ſit ſpecies metali de ꝑ ſe, in
l. pediculis. §. Neratius. ff. de auro, & argen. leg. & de
diuerſis ſpeciebus metallorum remittit Ioan. An. ad
id, quod habetur per Iſidorū in lib. Hiſtoriarū. li. xvj.
11 ad finem. ¶ †Extra glo. quærit hic do. Pet. de aliqui-
bus, primo quid ſi legatarius nō eſt capax rei legatę,
an ſibi debeatur æſtimatio. gloſſ. tangit de materia in
l. ſed & ſi res. ff. de lega. j. & ibi etiam ꝑ Bar. qui con-
cludit, ꝙ aut rei legatę non eſt cōmercium propter
ipſius rei naturā, vt in re ſacra, vel religioſa, vel in li-
bero homine: & tunc non debet̃ etiā æſtimatio. facit,
quod hr̃ in §. non ſolū. inſti. de legatis. & in l. inter ſti
pulantē. §. ſacram. ff. de verb. ob. aut non eſt ɔmerciū
rei pro-

rei propter q̃dam qualitatem , vt quia eſt coniuncta
ędibus,ſeu poſita; in ædificio:& tũc licèt non debeaẽ
res nc deſt uantu" ædificia,tñ debeatur ęſtimatio,vt
l.cæte a.§.ſi duobus.ff.de leg.j.aut legatur res cuius
cõmercium eſt in cõi:& tunc aut eſt cum magna dif-
ficultate adeo vt cenſetur quaſi impoſſibilis,vt cõtin
git in prædijs Cæſaris,ſeu Imperatoris, vel rebus ec
cleſiæ Romanæ , & tunc non valet legatũ ẽt quo ad
æſtimationem.l.apud Iulianũ.§.ſi.ff.de leg.j.¶Quid
aũt de tebus eccleſiarũ aliatũ dixi.s̃.aut eſt cõmerciũ
ſine magna difficultate:& hoc ↄclude,ꝙ aut defectus
cõmercij eſt ex parte hæredis,& non legatarij , & ſic
rei.aut eſt defectus ex parte legatarij, & tunc aut ꝑꝑ
delictũ,vt contingit in iudæo prohibito mereari mã-
eipiũ Chriſtianũ: & tunc nõ valet relictũ etiã vt de-
beaẽ æſtimatio.l.& mortuo.§.Labeo.ff.de leg.ij. aut
legatarius non hẽt cõmerciũ ꝑꝑ aliqđ vitium,ſeu ꝑꝑ
aliquem defectũ,& non ꝑꝑ delictum: & tunc,aut te
ſtator ſciuit vitiũ,ſeu defectũ,& debẽ,aut ignorauit
& tũc valet ñ ẽt quo ad æſtimationẽ.l.fideicõmiſſa.
§.ſi quis ſeruo.ff.de le.iij. & ibi patet exemplũ qñ.ſ.
legaẽ ſeruo militia,ſeu reddit ſolũ cõgruens libero .
Et prędicta faciunt, ꝙ ſi ſtatuto caueẽ,ꝙ ſorenſis non
poſſit q̃rere immobilia in loco,vt eſt Peruſij.ſcđm d.
Pe.qđ ſi legatur tes immobilis ſorẽſi debeaẽ æſtima-
tio.qa ſorenſis non impeditur q̃rere immobilia in lo
co ꝑꝑ ſuum delictum:ſed ex eo:quia ſorẽſis.ſecus tñ
eſſet ſi ſorenſis ſtipularetur ſibi dari rem immobilem
in dicto loco,qa nõ debebiẽ ẽt æſtimatio.l.mutum.
eum ibi no.ff.de ver.ob. & ſic fauorabilior eſt diſpo-
12 ſitio vltimæ voluntatis quã contractns . ¶†Secundo
q̃rit,quid ſi teſtator legauit mihi fundũ quem hæres
mihi tradidit : ſed poſtea euictus eſt a me:an tenebiẽ
hæres de euictione.Cy.tangit in præal.l.cum alienã.
ſed gl.& Bar. tangunt in l.domus.§.de eui.ff.de le.j.
conclude,ꝙ qñq; legatur res in gñe,qñq; in ſpecie .
Primo caſu debetur euictio potius ex natura rei reli
ctæ quàm ex titulo obligationis.vt leg. & not.in l.q
concubinã.§.ſi hæres.ff.de leg.iij.nã ex quo quis eſt
obligatus in gñe non liberaẽ quis a tali obligatione ,
niſi faciat accipientis quã tradidit d.§.ſi hæres.& l.ex
empto.in prin.cum ibi no.ff.de act.emp.& hóc verũ
ſi legatur res in gñe ſimpliciter,ſecus ſi legatur incer
tum de certis,vt ſi lego vnum ex ſeruis meis, qa tũc
æquiparatur legato ſpeciei.l.in ratione.§.diligenter.
ff.ad leg.Fal.¶Item p̃dicta vera,qñ legatur res gñali
ter hic vna determinata in gñe,puta,ſi legatur equ' ,
vel ſeruus in gñe,ſec' ſi legatur aliquod vlẽ,vt pecu-
lium,vel hæreditas, quia tunc ſi aliqua res particula
ris euineatur damnum eſt legatarij.l.j.C.de euict.&
ibi patet ratio , qa ſi erat hr̃ditaria facta fuit iniuria ,
ſi non erat hæreditaria non comprehendaẽ ſub hære
ditate.Secundo caſu,qñ leganẽ certe ſpecies:& tune
aut erat teſtatoris,aut aliena , ſi erat teſtatoris:& tũc
dicit glo.in d.§.de euictione.ꝙ tunc fruſtra quæritur
de euictione ,quaſi velit dicere , ꝙ ſi erat res propria
teſtatoris nõ potuit euinci niſi per iniuriam iudicis
non debet nocere hæredi.l.ſi per imprudẽtiam.ff. de
euic.& facit quod hr̃ in c.ſi.s̃.de empt.& ven.& hæc
vera,qñ euinceretur res in totum, ſed ratione alicu-
ius iuris,qđ haberetur in re:& tunc hæres non tene-
retur,quia teſtator non vr̃ legaſſe niſi ius quod babe
bat in re.l.ſi domus.§.ſi.ff.de lega.j. ¶Si aũt ius per
quod euincitur, licèt non ſit ius dñij aufert rem lega
tario in totum,vt contingit in hypothecaria,tunc di-
cẽdum vt ĩ.diceret.¶Si vero ſpecies legata erat alie-
na:& tunc ſi legata fuit a ſciente,& tũc debetur eui-
ctio.d.l.cum alienam . quod intellige,qñ ſciuit eam
ſimpliciter alienam . ſecus ſi reſpectu alicuius iuris ,
quia tunc vr̃ legaſſe ius quod habet.d.l. ſi domus.§.
ſi.vbi ſimpliciter legans rem tenet in emphyteuſim.
licèt ſciat illam alienam reſpectu dicti dñij ſolum vr̃
legaſſe ius vtile dñij , qđ hẽt ratione emphyteuſis ,
aut legata eſt res aliena ab ignorante,vel errante : &
tunc ſi legatur extraneo non debetur.ſecus ſi coniũ-
ctæ pſonæ.d.l.cum alienam . qđ limitat gl.in d.§.de
euictione.niſi error præcedentis cauſæ nullæ, vel fi-
nitæ aliud inducat, quia tunc non valet relictum ẽt
factum coniunctæ perſonæ,de errore cauſæ finitę pa
tet exemplum in l.Sticho.ff.de vſuſ.leg.& in l.quod
in rerum.§.j.ff.de leg.j.& in l.vxor patrui.C.de lega.
qñ videlicet , habens vſumfructum in te legat ipſam
rem.nã extinguitur vſusfructus morte.inſti. de vſuf.
§.finitur. ideo ſi putet durare non valet relictum , vt
dictis iuribus.¶De errore cauſæ nullæ põt poni exẽ-
plum. Si teſtator putabat rem quam legabat eſſe ſuã
ex cauſa emptionis factæ a pupillo,vel adulto ſine ſo
lennitate debita.nam hoe caſu non valet legatum ẽt
ſi fiat coniunctæ perſonæ ſcđm gl.pręal.& ſcđm hoc
habet limitationem ad dictam l.cum alienam.qa ha
bet locum , qñ teſtator putabat rem ſimpliciter eſſe
ſuam non reſpectu alicuius cauſæ limitatę, qđ tene
menti:tñ iſtud dictum eſt ſine dubitatione. Et p̃dicta
vera,qñ q̃ritur,an debeatur euictio in legatis, in p̃le
gatis autem an debeatur euictio hr̃ in l.cum pater.§.
euictio.ff.de leg.ij. vt ſi vni hæredũ factum ſit præle-
gatum.& ibi dr̃ ꝙ non eſt.ratio eſſe põt,quia licèt il-
lud prælegatum euincatur : remanent tñ ſibi aliæ res
hæreditariæ.de hoc tñ latius dicendum : vt ibi hr̃,&
prædicta procedunt,qñ res legata euincitur in totũ,
13 vel in partem.¶†Quid autem econtra,an videlicet,
ſi ius ſuperueniat teſtatori in re legata proſit legata-
rio,puta ſi legauit rem emphyteuticam,& poſtea ſu
peruenit ius directi dñij, an illud ẽt debebitur legata
rio:vr̃ ꝙ non:per id quod notauit gl.& Iac. de Are.in
l.ſeruum filij.in prin.ff.de leg.j.& iſtud vr̃ tenere ibi
Bar.& ſequitur etiam.d.Pet. hic dicit tñ ꝙ ſi ſuperue
niat tale ius quod primum ius trahat ſe ad illud , tũc
illud ius ſuperueniens debetur per l. ſi mihi vſusfru
ctus.ff.de vſufru.quemadmodum caueat. vbi patet ,
quòd ſi legatur proprietas:& poſtea leganti ſuperue-
niat vſufructus, quia proprietas attrahit ad ſe vſum-
fructũ debebitur legatario proprietas,& vſusfructus.
Sed contra prædicta facit l.ſi ex toto.in prin.de leg.j.
vbi augmentũ contingens in re legata non ſolũ circa
ſubſtantiã rei prodeſt legatario,vt ibi patet.Barto.in
d.l.ſeruum filij.propter hoc dicit , ꝙ ſi teſtator dixit:
lego fundum meũ : vel alio modo expreſſit ſe legare
ius ſuũ:& tunc ius ſuperueniens non auget legatum
dicta.l.cũ alienam.quod intellige, qñ ſciuit cauſam
ſimpliciter.l.ſerui electione.§. ſi.cũ ibi notatis. ff.de
leg.j.& ſic procedat,qđ ſupra dixi. Aut teſtator lega
uit fundũ ſimpliciter non adijciendo verbũ meũ,nec
reſtringendo ſe ad ius, qđ habebat:& tũc omne aug-
mentum ſuperueniens in re,vel in ſubſtantia rei ce-
dit in legato.d.l.ſi ex toto.& l.ꝙ in rerũ.§.ſi q̃d poſt.
eo.ti.& hóc,qñ legatũ ab initio tenuit.ſecus ſi ab ini
tio nullo modo tenuit : qa tunc non cõfirmareẽ im-
pediẽte regula Cathoniana,niſi ſuꝑuenerit ius ex cã
quæ retrotraherẽ ,vt patet in d.l.ſeruũ filij.in prin.
14 ¶†Et prædicta faciunt ad q̃õnem,ſi teſtator habebat
fundũ cõem,& legauit cũ ſimpľr , an videaẽ legaſſe
ſuã dimidiam:an vero totum. Quidam diſtinguunt,
an dixerit:lego fundum meũ, vt tunc videaẽ legaſſe
ſuam dimidiã:an vero ſimpliciter dixerit,vt lego totũ
fundum,vt tunc totũ debeatur,& iſtam opi.vr̃ ſenti-
re glo.

re glo. in d.l. ſm̃ electionẽ.§.fi. Sed glo. vr̃ ſentire cõ
trarium:videlicet,ꝙ indiſtinctè nõ debeatur niſi di-
midia in d.l. cũ alienam. & iſtud etiam ſequitur ibi
Cy.& Bar.in d.§.fi.& plus videtur,ꝙ ſi partem ſocij
redemiſſet poſtea teſtator nõ veniet in legato : quod
intellige niſi redemptio fuiſſet neceſſaria per indica-
tionem factam in iudicio cõi diuid.ſm̃ id quod hr̃ in
l.Iulianus.§.celſus.ff.de act.emp. Sed cõtra prędicta
facit, q̃a q̃n fundus totus eſt alienus debet̃ legatũ, ſi
hoc ſciuit teſtator.inſti.de lega.§.ſi vero res aliena.&
& d.l.cum alienam.ergo eodem modo vr̃ q̃n ſciebat
partem eſſe alienam:ſed dic,ꝙ non eſt bona æquipa-
ratio,quia primo caſu legatum in nihilo valeret , q̃n
res eſſet in totum alienata : ideo ius voluit ꝙ ex quo
teſtator ſciuit,ꝙ valeat,ad hoc vt hæres teneat̃ illum
emere,& præſtare legatario:vel præſtet æſtimationẽ,
ſi illud emere non poſſet. Sed q̃n legatur fundus qui
eſt cõis cum tertio: tũc ſaltem valet in parte quæ eſt
legantis:ideo in dubio illam ſolum largire vr̃:niſi te-
ſtator diceret,ꝙ legaret totum talem fundum. per id
quod hr̃ in l.Iulianus.ff.de leg.iij.& prædicta proce-
dunt , q̃n teſtator legat rem cõem cum extraneo . Si
autem eſſet cõis cum hærede ſuo,tunc debetur tota,
ac ſi eſſet ſua.vt l.vnum ex familia.§.ſi rem.& l.cum
filius.§.dñs.ff.de leg.j.quod intellige verum niſi te-
ſtator dixerit:lego fundum meum, quia tunc partem
ſuam,& non hæredis vr̃ legare.vt voluit Bar.in d.l.ſe
cũdum electionem.§.fi.& ſic debet intelligi,q̃d ipſe
15 etiam notauit in d.l.vnum ex familia.§.ſi rem.¶†Et
no.bene ꝙ ſi teſtator legat rem alienam: licèt q̃nque
hæres teneatur redimere,& præſtare legatario, vt pa
tet ex ſupradictis: nũquam tñ illi cuius eſt generatur
præiudicium,vt illã rem tradere,vel vendere tenea-
tur.nam quem teſtator non honorat non poteſt gra-
uare.l.ab eo.C.de fideicommiſ.& l.ſed & ſi ſic.ff.de
16 leg.iij.¶†Sed iuxta prædicta ſurgit dubium.Quod ſi
teſtator me pręſente,vt conſentiente legat rem meã.
Bar.in d.l.cum quis.de leg.iij.concludit,ꝙ talis con-
ſenſus vr̃ inducere quoddam tacitum mandatum , ꝑ
id quod hr̃ in l.j.& iij.ff.mandati. ideo dicit ꝙ hæres
tenebitur ad legatum:ſed habebit actionem manda-
ti contra conſentientem,quam cedere poterit legata
rijs.per id quod hr̃ in l.qui duos.§.j.ff.de leg.ij. & in
l.quidam cum filium.ff.de hæred.inſti. de quo latius
17 per eum in d.l.cum quis . ¶†Tertio prin.quærit,q̃a
dictum eſt.ſ̃.an hęres teneatur rem alienam legatam
redimere,& præſtare:nunquid tenebitur rem legatã
pignori obligatam a pignore liberare,& ꝯcludit quã
tuor caſus.Nam q̃nque legat teſtator rem ſuam alte-
ri obligatam,q̃nq; legat rem meam obligatam extra-
neo : q̃nq; legat rem legatarij obligatam ipſi teſtato-
ri,q̃nq; legat rem alienam alteri obligatam.¶Primo
caſu,q̃n teſtator legat rem ſuam alteri obligatam: &
tunc tenetur reſoluere in tribus caſibus.de quibus in
l.ſi res.ff.de leg.j.ſ.q̃n teſtator ſciuit rem eſſe obliga-
tam.idem q̃n reliquit cõiunctæ perſonæ. facit quod
hr̃ in l.prædia.C.de fideicommiſ.¶Item q̃n plus va
leret res quàm eſſet debitum pro quo eſt obligata ,
quia tunc modicam vtilitatem afferret legatum,ſi le
gatarius teneretur reluere,ideo tunc ſpectat onus re
luendi ad hæredem,& prædicta intelligit Bar.quan-
do res fuit obligata pro debito non hæreditario:puta
pro debito amici teſtatoris,ſi autem pro debito hære
ditario tunc tenebitur hæres indiſtinctè reluere . ſm̃
Bart.mouetur,quia etiam ſm̃ materiam digeſtorum
non poterat ad hypothecariam deueniri niſi excuſſo
principali debitore.l.debitoris.C.de pig. & ſic aufe-
rebatur res legata dolo,vel culpa hæredis,ideo hæres
debebat teneri per l.cum res.§.culpa.ff.de lega.j.fa-
ciat.l.apud Iulianum.§.hęres.co.ti.& cum hoc dicto
tranſit do.Pet.¶Sed contrarium conſueui tenere in
d.l.ſi res obligata.per l.illam quæ indiſtinctè vr̃ loq̃ :
& ſic indiſtinctè vr̃ intelligenda , ſiue fuerit obligata
pro debito hæreditario,ſiue pro alio.arg.l.de pretio.
ff.de publiciana.& ĩ.de priui.in c.quia circa.nec ob.
ratio non eſt verum.nam de iure digeſtorum,& Co-
dicis ante ius authenticorum, & ſic ante auth. hoc ſi
debitor.C.de pig. non tenebatur creditor neceſſario
prius excutere principalem,quàm agere hypotheca-
ria.l.diſtrac.C.de pig.nec ob.d.l.debitoris. quia lo-
quitur ex vrbanitate,vel de cõſilio,vt ibi not.& ideo
poteſt dici,ꝙ hęres non eſt in culpa nõ reluendo niſi
in tribus caſibus. in d.l.ſi res.¶Secundo caſu,q̃n te-
ſtator legat rem meam obligatam extraneo : & tunc
vr̃ grauare hæredem,vt debitum ſoluat:& ſic libera-
ri ipſam rem.l.ſi tibi. in prin.ff.de leg.j.¶Tertio ca-
ſu,q̃n legat rem legatarij ipſi teſtatori obligatam, &
tunc ſufficit quòd hæres reddat pignus remanẽte ꝑ-
ſonali actione.l.j.ff.de liberatione leg. & facit bene
quod leg.& no.in l.poſtq̃.& l.ab eo.ff.de pac.nam ſa
tis vr̃ afferre commodũ legatum debitori.vt ſibi red-
datur pignus ꝑꝑ vſum pignoris quem poterit tũc ha-
bere:& ideo non intelligitur legatum debitum,ſeu li
beratũ a debito , quod intelligitur verum niſi res eſ-
ſet obligata pro tanto debito quod veriſimiliter ip-
ſam non curaſſet reluere ipſe debitor,quia tunc vr̃ te
ſtator relinquere illam quaſi propriam . per id quod
hr̃ in l.qui habebat.ff.de leg.iij.& ideo tunc vr̃ etiam
legata liberatio a debito . ¶Quarto caſu,q̃n legat rẽ
alienam alteri obligatam,quę non erat legatarij,nec
teſtatoris, & tunc ſi ſcienter legauit,tenebitur hæres
ipſam redimere, & luere , cũ teneatur de euictione.
l.cum alienam.C.de leg. & l.ſi domus.§. de euictio-
ne.cum ibi no.ff.de leg.j.facit quod no.Bar. in d.l.ſi
18 tibi . ¶†Quarto q̃rit, quia dictum eſt.ſ̃.q̃n ſit legatũ
rei alienæ.quid ſi teſtator legat rem propriam, quam
poſtea alienauit,an extinguatur legatũ. Bar.in l.rem
legatam.ff.de ali.leg.diſtinguit tres caſus; quia teſta
tor legat quantitatem,ſeu ꝓtium ipſius rei. Primo ca
ſu dicit,ꝙ ſi ex dicta quãtitate legata aliqua res emit̃
legatum non extinguitur : ſed res empta præſtabitur
per l.pater.ff.de ali.leg. Secũdo caſu,aut illa ſpecies
alienatur ab hærede , & non extinguitur legatum.l.
ſeruum filij.l.ſi pocula.ff. de leg.j. aut alienatur a te-
ſtatore,& tunc aut fuit legatũ ſub conditione,ſi mea
erit,vel quæ mea erit.vt quia dicit teſtator: lego Sti-
chum qui meus erit,& tunc per alienationem reuo-
catur legatum,ſiue alienatio fuerit facta ex volunta-
te,ſiue ex neceſſitate per l.nuper.in fi.ff.de aur.& ar.
leg.quod intellige niſi loco ipſius rei alia redimatur.
l.filiæ.§.j.ff.de condi.& demo. aut fuit res ſimpliciter
legata . & tunc ſi alienat teſtator diſſoluendo ipſam
ſpeciem,& in aliam commutãdo reuocatur legatũ ,
quaſi res deſierit extare per l.Seia.ff.de aur.& ar.leg.
niſi conſtaret aliud fuiſſe de mente teſtãtis.per id q̃d
hr̃ in d.l.filiæ.§.j. aut alienatio fit manente re legata
in ſuo ſtatu.& tunc ſi facta ſit ex voluntate reuocatur
legatum.ſecus ſi ex neceſſitate rei familiaris.l.fidei-
commiſſa.§.ſi rem.ff.de leg. iij. Tertio caſu, q̃n legat̃
ſpecies,& quantitas.hoc eſt pretium rei , tũc vendẽ-
do rem non extinguitur legatum,vt probatur in l.Lu
cius.la j.ff.de leg.ij.ſed ſi alienatio fieret alio modo,
puta per donationẽ inſolutum,vel per ꝑmutationẽ :
tũc eſſet magis dubium,tñ finaliter dicit idem : quia
ex illo capite quo relinquitur pretium ſaltem debet̃
legatum,& eſt perinde ſecundum eum, ac ſi ſcienter
eſſet

eſſet relicta res aliena.iõ valet legatum per l.nõ du-
bium.ff.de leg.iij.& facit,qđ hr̃ in d.l.Lucius. Quid
aũt,ſi alienauit vſumfructũ tñ,vel pignorauit ipſam
rem legatam poſt teſtamẽtum , an videatur legatum
reuocatum.dic quòd non per l.iij.C.de leg.& ibi eſt
expreſſum,quòd hęres tenebitur reluere.facit,quod
hr̃ in §.ſi rem.inſt.de lega.Si autẽ alienaſſet pro par-
te,& pro parte non,& alienauit ex voluntate, tũc ꝓ
parte alienata extinguitur legatũ per l. ſi ex toto.ff.
de leg.j.& per hoc videtur poſſe attentari , quòd cũ
vſusfructus cenſeatur eſſe partem dominij.l.iij.ff.de
vſuſfruc.cum l.ſeq.ſi teſtator alienauit vſum.quòd re
ſpectu ipſius vſusfructus minuitur legatũ . licèt Bart.
videatur dicere ꝯtrarium in l.rem legatam . vbi æq-
parat rem legatam pignorari per teſtatorem poſt te-
ſtamentum,vel per ipſum alienari vſumfructũ, vt ſ.
tetigi.& ſequitur etiam do.Pe.Sed fortè aliud eſt in
vſufructu,vt non teneatur hæres ipſum redimere,ſi-
cut nec tenetur redimere partem rei alienatæ.& p̄di
cta,qñ teſtator alienat in extraneum.Quid autem,ſi
ipſi legatario in vita ſoluit legatum . dic extinguit̃ in
totum,ſi in totum ſoluit̃,extinguet̃ pro parte ſoluta,
niſi teſtator ſoluiſſet animo duplicandi.quod in du-
bio præſumit̃,niſi aliud probetur.d.l.Lucius.de le.ij.
¶Vtrum autem ex tali legato ſoluto per teſtatorem
poterit detrahi falcidia,an poterit teſtator tale lega-
tum reuocare.tãgit Bart. in l.legatum.ff.de leg.ij.vbi
concluditur , quòd ſic ſi ſoluit ex cauſa legati. ſecus
ſecundum eum,ſi ſimpliciter dedit: quia tunc vr̃ do
nare.dicit tñ quòd vtroq; caſu vr̃ tranſlatum domi-
nium.facit,qđ legitur , & not.in l.dotis fructus.§.fi.
ff.de iure dotium.Quid autem,ſi teſtator legauit no-
men debitoris,qđ poſtea exigit,an intelligatur lega-
tum reuocatum.dic ꝙ ſic , niſi aliud appareat de mẽ
te teſtantis.per id, qđ leg.& no.in l. fideicõmiſſa.§.
19 ſi rem.¶†Quinto quærit quid ſi factum eſſet legatũ
gratia ſepulturę alicui eccleſię,& teſtator mutato ꝓ-
poſito diſpoſuit alibi ſepeliri non facta alia mentio-
ne legati primæui,an videatur legatum reuocatum,
ſic ꝙ eccleſia cui erit factum legatum nõ poſſit illud
ẽt petere . dic ꝙ ſic q̨s agendo onere legati vr̃ legatũ
adẽptum,ꝙ oneris cauſa erat relictũ.l.alũne.§.Seia.
& l.filio.§.matri.ff. de adimendis leg. An autẽ defe-
ctus cauſæ generaliter habeat vitiare legatum. tãgit
Bar.in l.demonſtratio.§.quod autem. ff.de condi. &
demõ.vbi ẽt tangit,quę ſit cauſa.& quę dictiones in-
ducant cauſam,& concludit, ꝙ defectus cauſæ fina-
lis vitiat legatum.ſecus ſi ſit cauſa impulſiua.l. cum
tale.§.penul.ff.de condi.& demõ.& an etiam & qñ
falſa cauſa vitiet contractum,vel inſtitutionẽ ſñiam,
vel reſcripta,tãgit in d.§.ꝙ aũt.& de ſñia ẽt hr̃ ĩ l.ſi is
ad quem.ff.de acqui.hære.vbi per glo.& Bar.etiã di-
20 xi.¶†An autem verba enunciatiua per modum cau
ſæ prolata inducãt diſpoſitionem.dicendum,ꝙ ſic.p
id,qđ hr̃ in l.emptor.§.fi.ff.de rei vẽ.& in l.rocer.§.
Lucius.ff.ſo.mat.¶An autẽ in dubio p̄ſumatur cau-
ſa impulſiua,vel fi.No.per gloſſ.Dy.in l.ij.§.fi.ff.de
dona.& ibi etiam per Bar. & ibi etiã dixi,& plenius
in c.poſt tranſlationem.ſ.de renun. vbi etiam plenè
examinaui illud vulgatum , an& qñ ceſſante cauſa
21 ceſſet effectus.¶†Vltimo quærit [a] de quæſtione quæ
a põt ſæpe contingere,pone , quòd pater reliquit filiæ
ducenta pro ipſa maritanda demũ poſtea viuens ip-
ſam maritauit , & dedit ſibi cẽtum nomine dotis,an
mortuo patre poterit petere filia alia cẽtũ vr̃ ꝙ ſic p
l.Lucius.ff.de le.ij.contrariũ ibi tenuit Dy. notabiliť
dicens ꝙ illa.l.loquit̃, qñ legatum fuit ſimpliciter fa
ctum pro ipſa maritanda.& ſic ob certã cauſam quæ

a ¶Vltimo q̃rit. Adde hic d.And. Sic qui hãc q̃ſtionem hic tractat, & dicit ipſam ſæpe vidiſſe de facto.

fuit finita,cũ ſit maritata,ergo finitũ eſt legatũ.per id
qđ hr̃ in l.libertis. in prin.ff.de alim.& cib.leg.& qđ
no.gl.in l.q̃nquaginta.ff.de ꝓba.Nec vr̃ obſtare,qđ
hr̃ in l.Titia.§.qui in vita.ff.de lega.ij. quia ibi pater
primo dotauit poſtea legauit. & ideo cum per dota-
tionem fuerit ius quæſitum filiæ non poteſt ius filię
minuere per legatum,hic autem econtra primo lega
uit poſtea dotauit.& non eſt dubiũ, ꝙ potuit primũ
legatũ reuocare,& minuere.Oldra.tñ quem vr̃ ſequi
Bart.in d.l.Lucius.& etiã do.Pe.hic tenuit ꝯtrariũ,
videlicet,ꝙ filia poterit petere reſiduũ, & ſic alia cẽ-
tum mouetur:quia qñ legatum eſt factũ taxata certa,
quantitate , nõ vr̃ minui per adiectionem cauſæ per
l.Lucius.ff.de alimẽ.leg.& l.creditor.§.ſi inter.ff.mã
dati.& ideo cum illi ſit legata quantitas certa,nõ dẽt
diminui ex eo: quia adiecerit ꝓ ea maritãda. & hoc
etiã ſeqnit̃ Bar.licèt cã tunc finiatur, qñ eſt maritata
& multofortius dicit idẽ,qñ teſtator legaſſet pro do-
tę filiæ ducenta , ſeu noĩe dotis ipſius filiæ:q̨a tũc ea
22 maritata nõ eſt finita cã.nã ꝯſtãte † matrimonio põt
dos augeri.l.pe.& fi.& auth.ſed iã neceſſe. C.de do.
ante nuptias. & ſic reſidet do.Pet. Cõſueui dicere in
d.l.Lucius, ꝙ opi.Dy.vr̃ verior de iure per d.l.liber-
tis.ff.de alimen.lega.& per id,qđ no.gl.in d.l.quin-
quaginta.nec vr̃ bona reſponſio vltra in d.l.liber.in-
q̃tum dixit, ꝙ ibi in ſecundo legato continet̃ plus q̃
in primo:q̨a illud non eſt verũ,imò ibi plus cõtine-
23 bat in primo. nam † in primo in effectu ꝯtinebantur
centum viginti: quia ſingulis menſibus decem erant
legata. Sed in ſcđo legato continebantur ſolum cen
tum quatuor:q̨a erãt legata ſeptena menſtrua. & ſic
ſingulis menſibus, quæ aſcendebãt in anno ad quã-
titatem octuaginta quatuor,& legata erant dena an-
nua,& ſic viginti.l. ſi quis teſtamento.ff. de le.j.& ſi
addit viginti dictis octuaginta quatuor erant ſolum
in legato annuatim centum quatuor. & tamen quia
primum legatum,& ſecundum erat factum ob certã
cauſam alimẽtorum , videlicet ob cãm ſcđm tñ põt
peti.& non põt peti etiã id plus,qđ erat in primo,vt
ibi patet.facit, qđ not.gloſ.in d.l.quinquaginta.Nec
ob.l.Lucius. de alimen.lega. q̨a ille caſus eſt diuer-
ſus a materia noſtra.nam ibi teſtator legauit certam
quãtitatẽ ꝓ alimẽtis,& adiecit,ꝙ volebat certa p̄dia
eſſe obligata ꝓ dictis alimẽtis , & ex redditu ipſorũ
dictã quãtitatẽ p̄ſtari.vñ ibi dr̃ , ꝙ ſi minus percipia-
tur ex dictis,teſtator vr̃ deinde : q̃ ſit quantitas reli-
cta non nocet legatario demonſtraſſe ,vñ poſſit hři di
cta quantitas non aũt per hoc reſtringet̃ legatum.vñ
ibi fuit vnicum legatũ demonſtrato.vnde poterit fie-
ri ſolutio.¶Nos autem loquimur, qñ diuerſa legata
fuerunt facta ſucceſſiuè ob eandẽ cauſam. ¶Item nõ
ob.§.ſi inter.quia ibi dicitur , ꝙ ſi pater promiſit ge-
nero dotem promiſit ſoluere certam quantitatẽ an-
nuatim pro alimẽtis filiæ ipſi marito q̨ habebat onus
alimentandi vxorem,ſi poſtea fiat pactum inter patrẽ
filiæ,& generum,ꝙ onus alimentandi ſpectat ad ip-
ſum generũ , & ꝙ ipſe pater teneatur dare certã q̃ti-
tatem annuatim : tunc licèt aliquid ſuperlucraretur
maritus ex quantitate,quæ p̄ſtatur per patrẽ non te-
netur reſtituere.ſecus ſi ex mandato patris gener ali
mẽtaret vxorem,vt hi et occaſionẽ implendi manda
tum daret ſibi certam quantitatem.nã tunc ſi aliquid
ſupereſſet bene teneret̃ reſtituere ipſi patri.& ſic pa-
ret, ꝙ ille caſus eſt valde diuerſus a caſu noſtro , qñ
ſint diuerſa legata ob eãdem cãm.vñ tunc vr̃ ſtandũ.
24 d.l.libertis.& ei ꝙ dixit gl.ĩ d.l.q̃nquagĩta.¶†Quid
aũt ſi in eodẽ teſtamento, vel diuerſis ſępius eadẽ q̃-
titas , vel eadem ſpecies legetur , an ſępius poterit
peti

peti hoc incidit in dubium, an plures cauſæ lucratiuę poſſint eadē concurrere. de quo dubio, & de qua mā plenè hr̄ per Bar. in l. Meuius. §. duobus. ff. de leg. ij.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi non implenti teſtām defuncti poſſunt redditus interdici, & capi, ſeu auferri, vt de eis ſatisfiat legatis. & nu. 12.*
2 *Epiſcopus ſuccedit in poteſtate exequendi teſtamenta in quibuſcunq; legatis hærede non adimplente voluntatem defuncti.*
3 *Fructus, & emolumentum differunt.*
4 *Voluntatem defuncti non implens qua pœna puniatur.*
5 *Hæres non negligens præferri debet Epō, & cuilibet alteri in executione teſtamenti.*
6 *Sed ſi fuerit negligens implere voluntatem defuncti executio deuoluitur ad Epiſcopum etiam ſi teſtator prohibuerit.*
7 *Hæres qui non obtemperat voluntati defuncti priuari debe fructibus & cæteris emolumentis.*
8 *Et quid de illis bonis quę ad Epiſcopum taliter deferuntur fieri debeat.*
9 *Et ſi Epiſcopus fuerit negligens in executione teſtamenti ad quem deferetur poteſtas.*
10 *Hęres quantū Epſ habeat ad implendā voluntatem defuncti. & n. 15.*
11 *Executio teſti maximè in relictis ad pias cauſas pertinet ad Epm, & quid in relictis ad non pias cauſas.*
13 *Hęres ſi non implet voluntatē teſtantis priuari debet tota hęreditate, ſed ad quem deferetur hęreditas.*
14 *Teſtator ſi apponat pœnam priuationis ab hęditate in caſu negligentię vel delicti, nec prouidet ad quem hęreditas deuoluatur, cui tunc applicabitur.*
16 *Hęres ſi non poſſidet bona teſtatoris qui reliquit centum pauperibus, ſed quidam tertius ea poſſidet, an poterit Epiſcopus eum cogere ad ſoluendum.*
17 *Epſ videtur habere ius, & nomē hęredis vbi aliquid relinquitur pauperibus, & ſic habet actionem: ſed coram quo debebit agere contra detentores bonorum.*

accidentiam facti, & qđ ſubalternatiua illi, ꝙ in ore duorũ, vel triũ. & ſub illa duobus, vel trib' vř quatenus dicit de tribus cõputari ꝑsbyter: qa illud eſt expreſſe contra literã q̃ expſſe, vel vltra ꝑſonã ꝑsbyteri dicit de trib' alijs, vel duob'. & ſic nullo mõ pt ꝓcedere eius rñſio: nec vř etiã bñ dictum, qđ dixit de accidẽtia facti: quia Papa id, qđ dicit de parochiano vel præsbytero nõ dixit in narratione facti, ſed in reſponſione, & ſtatuto, qđ facit. & ideo videtur, ꝙ non ſine miniſterio dixerit de presbytero parochiali: qa ſi mens eius fuiſſet illa quã dicit do. Ant. ꝙ voluiſſet ſufficere duos, vel tres teſtes idoneos nõ feciſſet mẽtionem de presbytero parochiali: ſed ſimpliciter veriſimiliter dixiſſet, ꝙ teſtamenta quæ fierent corã duabus, vel tribus perſonis idoneis eſſent firma. & ideo cum hoc non dixit cũ miniſterio vř dixiſſe de ꝑsbytero parochiali. & ſcđm iſtam opi. quã cõiter teneř etiã tunc cõſului in q̃ne ſupradicta. & vt dixi nõ vř tutum ab illa recedere per iſtum text. & ꝑ dictũ. c. licèt vniuerſis. & per prædicta poteſt etiam inferri, nũquid valeat teſtm̃ factum non rogatis teſtibus. nam Franciſ. de Are. tenuit, ꝙ non, qa hęc ſolẽnitas non reperitur correcta a canone. ſed ipſe. d. Ant. ſequendo ſuã opi. ꝙ hic non ꝓcedatur correctiuè, ſed declaratiuè, ꝙ ſufficiat volũtatẽ ꝓbare ꝑ duos teſtes idoneos: licèt nõ fuerint rogati: qa aĩs ſcđm eũ vř nutrire peccatũ. nã vř ꝙ debeat mandari executioni ſaltẽ per viã denũtiationis Euangelicę. & ſic ſcđm eũ ſufficient in omni vltima voluntate de iure duo teſtes idonei etiam non rogati: & multo fortius ſufficiant ſeptem: licèt rogati, ſed cõiter tenetur contrarium videlicet, ꝙ in terris imperij in relictis ad non pias cauſas ſi fiat teſtm̃ requirantur ſeptem teſtes idonei, & rogati per l. hac conſultiſſima. C. de teſta. nec ob. quod ipſe dicit de materia peccati: quia per hoc non ſequitur, ꝙ in foro ciuili teſtm̃ factum ſine ſolennitate legali habere debeat executionem, quia videmus in ſimili, ꝙ vbi quis eſt obligatus pacto nudo aliquid facere: licèt videatur peccare illud non faciendo ex quo ꝓmiſit. facit. ſ. de pac. c. j. nõ tñ ex illo pacto agi põt in foro ciuili. l. iuriſgẽtium. §. j. ff. de pac. ita eodẽ modo vř dicendum in caſu propoſito, & ſicut quando ſubeſt obligatio naturalis ex pacto põt per viam denũtiationis Euãgelicę ꝓcedi in foro eccleſiaſtico, vt tale pactũ talis obligationis obſeruetur, vt voluit Inn. in c. nouit. de iudi. Bar. in extrauaganti. ad reprimendam. in verbo, denuntiationem. ita etiã vř ꝙ qñ cõſtat de voluntate defuncti per duos idoneos teſtes ꝙ poſſit per viam denũtiationis Euangelicę procedi in foro canonico, ut talis voluntas obſeruetur. facit, quod notauit Bar. in dicta extrauaganti: ad reprimẽdam, in verbo, denuntiationem. per hoc aũt non ſequitur, ꝙ in foro ciuili voluntas teſtantis, quæ non habet ſolẽnitatẽ legalẽ mereatur executionẽ in foro ciuili, & in terris imperij. Et per ꝑdicta apparet opi. cõmunẽ eſſe defenſatã. Nec ob: ꝑdictis, qđ dixit. d. Ant. videlicet, ꝙ iſta decre. & ſequẽ. venit declaratiuè, & non correctiuè: qa iſtud non vř verum ex eo, qa iſta decre. non ſimpliciter declarat ſolum irrationabilitatem cõſuetudinis: ſed etiam diſponit; vt patet in ver. & teſtamẽta. & ſic põt dici, ꝙ ex quo venit ẽt diſpoſitiuè in certo caſu diſponendo ſolum corrigat ius ciuile, & leges in illo caſu, & non in alio prout etiam hẽt cõis opi. & ſimiliter etiam in c. ſequenti patet, ꝙ etiam diſpoſitiuè loquitur, dũ prouidet, quod ſi aliqua talis cauſa quando ſcilicet aliquid eſt relictum eccleſiæ deducitur ad examen iudicis, quod non tractetur ſcđm leges, ſed ſcđm canones. & ſic in dicto caſu.

14 caſu vr corrigere ius ciuile,& non in alijs.¶†An aũt
in relictis ad pias cauſas requiratur, ꝙ teſtes ſint roga
ti.dicã in c.ſeq.¶ In gl.fi.in fi.& ſic vult gloſ.ꝙ verba
hic in fine poſita ſint potius cõminatiua ferendæ ſen
tẽtiæ q̃ qđ per illa ipſo iure feratur ſñia.& idẽ voluit
Inn.& Tancre.& cõiter doc.ꝑ id,qđ legitur & no.in
15 c.vno.ĩ.de ſagitta.& in c.ſicut.ĩ.de ſimo. ¶ † Extra
gl.quærit hic.do. Petr.de aliquibus. Primo,quia hic
fit mentio de numero teſtium : an ſemper requiranr
ſeptem teſtes in teſtamentis de iure ciuili: & conclu
dit, ꝙ ſic regulariter fallit ſi teſtamentum fit inter li-
beros: qa tunc ſufficiunt duo teſtes etiam ſi ſint fœmi
næ,& non fuerint rogati ipſi teſtes,vt legi.& no.in l.
hac ɔſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.& in l.fi.
C.fami.ercĩſ. ¶ Item in milite qñ ſufficiunt duo te-
ſtes ſcilicet qñ facit teſtm̃ in actu belli exiſtens in lo-
co belli.l.diuus.& l.Lucius.C.de teſta.mili.& l.mili
tes.C.de teſta.mili.¦& ibi bona gloſſ. Si ergo fauore
prędictorum relaxatur ſolennitas iuris ciuilis multo
magis vr ꝙ fauore piæ cauſæ debuit dicta ſolennitas
relaxari de iure canonico : licèt ɔ̃riũ videaĩ velle ius
ciuile,vt leg.& no.in l.gñali. C.de ſacroſan.eccle.&
in l.j.c.ti.per gl.in teſtõ aũt ruſtici facientis teſtm̃ in
rure ſufficiunt quinq; de quo dicendũ,vt leg. & not.
16 in l.fi.C.eo. ¶†Iuxta prædicta quæritur qđ ſi in in-
ſtrumento tabellionis ſic dicaĩ.Sit oĩbus manifeſtũ,
ꝙ Petrus talis volens facere teſtm̃ diſpoſuit per hunc
modum videlicet, &c.& demũ ſubdiur in inſtřo p̃-
ſentibꝰ. A.& B.& alijs q̃nq; teſtibus rogatis an ꝓba
biĩ teſtm̃ per tale inſtřm.Bal.tetigit queſtionem in l.
hæredes.ff.de teſta.& ibi concludit.& do.Pe.poſt eũ
hic, ꝙ non,ex quo non fuerunt ſpecificati omnes te-
ſtes qui nominanĩ deſcripti . per id,quod hr̃ in l.j.in
prin.ff.de his quæ in teſta.delẽ.facit.l.ita fidei.ff.de
iure fiſci.& qa neſcimus, an illi teſtes eſſent habiles
vel non ; ideo non afferunt,ſeu nõ tribuunt ſuffragiũ
ſcripturæ per.§.ſi nõ ignoti. in Auth.de teſti.col.vij.
facit,qđ notauit Inno.in c.cũ clamor.ſ̃.de teſt.vbi di
cit, ꝙ dictũ teſtamẽti obſcure, ꝙ nõ bñ põt interꝑta-
ri hr̃ pro non dicto . Sed iuxta p̃dicta quæritur. Quid
ſi ſunt ſpecificata nomina teſtium,an per inſtřm pu-
blicũ confectum per manum publici notarij probeĩ
teſtm̃.Azo tenuit,ꝙ non:quia inſtřm tabellionis non
vult habere,niſi vim duorũ teſtium.Teſtm̃ aũt ꝓbari
dẽt per ſeptẽ teſtes l.hac cõſultiſſima.C.de teſt.facit,
qđ hr̃ in l.optimã.C.de cõtrahen. ſtip.Io.tenuit ɔ̃riũ
vt no.in d.l.hæredes.ff.eo.& ibi per gl.Dy.& Bar.&
hanc opi.tenuit Dy.ex eo , qa inſtřm hẽt vim tot te-
ſtium quot ſunt ſcripti in eo per id,qđ hr̃ in l.fi. C.ſi
cer.pet.& in l.teſtiũ.C.de teſti.& iſta opi.eſt cõis de
quo etiã no.in l.fi.C.de fideicõ.& ꝓcedit hæc opin.
qñ nihil ꝓbaĩ ɔ̃ iſtřm.Sed vbi inſtřm reprobaret nõ
intelřr hr̃e vim niſi duorũ teſtium. iõ ꝑ tres,vel qua-
tuor teſtes poſſet reprobari,& etiã per duos idoneos
ſm opi.Inn.de qua in c.cũ Ioannes.ſ̃.de fide inſtru.
& ibi etiã dixi.Bal.tñ in d.l.hr̃des.dicit,ꝙ ſi in inſtřo
publico ſunt ſubſcripti teſtes : tunc eſt opi.Io.& Dy.
per.d.l.fi.ſi cer.pet.aliàs ſit vera opi. Azo.niſi cõſue-
tudo loci eſſet,ꝙ teſtes ſe non ſubſcriberẽt . facit,qđ
hr̃ in §.ſed ſi inſtřa.& §.ſi vero moriãtur.in Auth.de
fide inſtru.& cautela. Quicquid dicat Bal.cõiter te-
netur opi.Io.qñ non reprobatur ipſum inſtrumentũ.
17 ¶†Vlterius quæriĩ quid ſi nullũ inſtřm eſt confectũ
de vltima volũtate. ſed ſolum eſt facta vltima volun-
tas coram ſeptẽ teſtibus , an poterit probari ꝑ duos
teſtes.Marti.gloſſator iuris ciuilis dixit,ꝙ ꝑ duos te-
ſtes probabiĩ ſolennitas non voluntas.& poterit mo
ueri ſm Bal.in d.l.hæredes.qa quantũ ad ſolennita-
tẽ vr ſufficere ꝓbatio præſumptiua per id, qđ legi.&
no.in l.ſi poſt diuiſionem. C.de iur.& fac.igno.& re
fert Bal.ſe habuiſſe de facto:quia ſeptem teſtes ꝓba-
uerunt voluntatẽ,& duo ꝓbauerunt rogitũ. Sed p̃di
cta opin.non vr bona ſm eum,qa facilius vr̃ probari
volũtas q̃ ſolennitas:per id,qđ hr̃ in l.fin.ff.de rebus
eorũ.& in l.teſtõ.ff.de fideicõ.liber. vbi vr facilius ꝓ
bari voluntas q̃ ſolennitas . & pro hoc facit,qa pro-
batio voluntatis reſpicit ius gentium, & ſic ius natu
rale.facit,quod hr̃.j.diſ.ius gentiũ.& in l.omnes po-
puli.ff.de iuſti.& iure.probatio autẽ ſolennitatis re-
ſpicit ius ciuile.ideo vr̃ ꝙ debeat eſſe ſolennior pro-
batio ſolennitatis.& ſic reſidet Bal.& do.Pe.certè cõ
munis opi.eſt propria opi. ꝙ vbi cõſtat de voluntate
teſtantis per confeſſionem hæredis,vel per ſeptem te
ſtes , ꝙ per duos poſſit probari ſolennitas,vt notauit
Bar.in l.ij.C.de bono.poſ.ſm tabulas.& etiam in di
cta.l.hæredes . ¶ Nec ob.d.l.fi.qa agiĩ de probanda
tali volũtate ad cuius ſubſiſtentiã ſufficiebant duo te
ſtes.nã ibi tractatur de volũtate per quã in teſtõ mi-
nus ſolenni declarauit teſtator certum prædiũ velle
alienari ꝑ tutores. Hic aũt nos agimus qñ quæriĩ de
voluntate ad cuius exiſtentiã , & validitatẽ require-
banĩ ſeptem teſtes . puta circa hæredis inſtitutionẽ.
ideo illa nõ põt probari per minorem numerũ ſeptẽ
teſtiũ. ¶ Itẽ non ob.d.l.in teſtõ. qa ibi eſt ſpeciale in
caſu illo,ꝙ minus ſolẽnis voluntas valet. ideo nimi-
rum ſi põt ibi probari dicta voluntas etiã non inter-
ueniente ſolenni numero teſtium . ¶ Itẽ aduerte,qa
gl.in d.l.hæredes . dicit, ꝙ per duos teſtes probatur
teſtm̃ eſſe factum,ſed nõ ſic eſſe factũ,ſed Bal.ibi di-
cit, ꝙ probare teſtm̃ eſſe factũ eſt quid informe hoc
eſt non habens certã formam,ſeu certitudinem.& iõ
talis probatio tanq̃ incerta non valet , ꝑ id quod hr̃
in c.in p̃ſentia.de proba.vr tñ,ꝙ per dictã ꝓbationẽ
aliqualis dubitatio inducaĩ,vt ſic non poſſit adiri hę-
reditas ab inteſtato : donec appareat, an teſtm̃ fuerit
factũ,vel non,& ſi fuerit factũ,an ſit factum ſollenni
18 forma, vel non . ¶†An autẽ perſona inhabilis ad te-
ſtandum poſſit teſtari ad pias cauſas . dictũ fuit in c.
ij.ſ̃.eo.Et no.per Bar.& Bal.in l.j.C.de ſacroſan.ec-
cle. ¶ Scđo principaliter quęrit,qa certũ eſt, ꝙ filius
in poteſtate dẽt inſtitui,vel exhęrediari. alĩs præteri-
tio eius reddit teſtm̃ nullum olim in totũ.l.inter cęte
ra.ff.de lib.& poſthu.& hodie quo ad hr̃dis inſtitu-
tionẽ.vt in auth.ex cauſa . C.de liber.præte.Nunqđ
ergo talis præteritio conſiderabiĩ quo ad relicta ad
pias.cãs dic ꝙ nõ,quo ad legata,& fideicõmiſſa : qa
non cõſideratur etiã in alijs legatis, & fideicommiſ-
ſis ad nõ pias cauſas, vt patet in dicta auth.ex cauſa.
ſed ſi totum relinquitur ad pias cauſas.& ſic pia cau-
inſtituitur:tunc qa iſtud teſtm̃ fit contra offm̃ pieta-
tis eccleſia illud non approbat pro ſe.xvij.q.iiij.c.fi.
& ſi dicatur quare eccleſia recipit habentẽ filios qui
dedicant ſe, & ſua.dic , quia ɔ̃ iniquitatẽ prouidet ꝑ
auth.ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccle.nã per illam
prouidetur,ꝙ filij nõ fraudantur legitima. ſi vero ec-
cleſia,vel pius locus inſtituiĩ per teſtantem,& aliqđ
filio relinquiĩ.non tñ iure inſtitutionis ꝓut requiriĩ
de iure,vt habeĩ in §.aliud quoq; capitulũ.in authẽ.
vt cum de appel.cognoſcitur.tunc teſtm̃ non irritaĩ:
qa nõ eſt factum ɔ̃ offm̃ pietatis.nã olim ſufficiebat,
ꝙ haberet quoquo relicti titulo.l.omnimodo.& l.ſci
mus.§.cũ aũt & auth.nouiſſima.C.de inoffi.teſt.& iõ
cum hodie ſit inductum , ꝙ habeat iure inſtitutionis
eſt ſolennitas iuris ciuilis quę non requiritur in reli-
ctis ad pias cauſas, ꝑ id qđ hr̃ in c.ſeq.& de hoc etiã
19 per Bar.in repetitione.d.l.primæ . ¶†Tertio quærit,
quia

quia teſtm̃ in quo non eſt aliq̃s hæres inſtitutus, vel
ſi ſit inſtitutus.& ex eo non aditur hæreditas non va-
let.l.proximè.ff.de his quæ in teſta.delen. & l.ſi ne-
mo.ff.de teſt.tute. an talis diſpoſitio ad pias cauſas
valebit ſine hærede. vel ſi non adeat̃ hæreditas con-
cludit, ꝙ ſi relinquitur res certa ad pias cauſas de ea
nihil diſponitur tũc de iure cõi valet talis voluntas,
vt codicillus.l.Pamphilo.§.propoſitum.ff.de leg.iij.
Si vero relinquunt̃ omnia bona ad pias cauſas,tunc
20 ſi teſtator dixit,ꝙ † omnia bona per talem diſtribuan
tur inter pauperes valet teſtamentum: & ille execu-
tor tenet locum hæredis.ĵ.eod.cum tibi. & facit,qđ
no.Spe.in ti.de inſtru.edit.§.nũc aliqua.ver. & ſcias.
& quod hr̃ in l.ſi quis ad declinandam. C.de Epiſ.&
cle. ¶ An autẽ talis executor poterit eligere aliquos
pauperes in certis rebus,an vero debeat vniuerſales
hæredes eligere:& an requirat̃ pręſentia electit.angit
Bar.in ſua.q.quæ incipit:filium adultum.& dicetet.
eo.cum tibi.Si aũt quis relinqueret bona ſua paupe-
ribus:tunc pauperes eſſent hæredes: ꝑ id,quod legi.
& not.in l.his verbis.ff.de hære.inſti.& in §.ſi ve.o
nulla.in Auth.de hęre. & falc.col.j.& ĩ d.l.ſi quis ad
declinandã.ſed quid ſi aliqua priuata ꝑſona fuit hæ-
res inſtituta, & aliqua relicta ſunt facta ad pias cau-
ſas,& hæres inſtitutus non adijt hæreditatẽ, nec hoc
facit in fraudẽ:& ſic non habet locum titu.ſi quis cõ
miſſa cauſa teſtamenti:An debebũtur legata ad pias
cauſas,vr̃ ꝙ non:quia non valet teſtm̃ ex quo hæredi-
21 tas non aditur.d.l.ſi nemo. & relicta etiam † ab inte-
ſtato non valent,ſi non aditur hęreditas ab inteſtato.
l.ij.ff.de fideicõmiſſ.liber.& l.qui filio.§.j.& ibi not.
ff.de hæredi.inſtit.& loquuntur dicta iura etiam in li-
bertate quæ eſt res fauorabilis, & pia, cuius fauore
fuit inductum, vt bona poſſet adijci cauſa libertatũ
conſeruandarum. inſti.de eo cui liber. cauſa bona
adijciunt̃.per totum. Specu.tangit.in q. pręalleg.§.
nunc aliqua.ver.ſed pone,quòd ex eo teſtõ.& ponit
opi.Io.An.etiam ibi tangit in additionibus. & videt̃
dicere, ꝙ etiam cauſa conſeruandorũ legatorum ad
pias cauſas poſſint adiri bona ſicut cauſa libertatum
conſeruandarum.Bart.not.in d.l.j.de ſacroſan.eccl.
22 circa fi.tenet, ꝙ in † legatis ad pias cauſas non requira
tur aditio ad eorum confirmationẽ: q̃a in eis ceſſant
ſolennitates iuris ciuilis. facit,quod hr̃ in miles ita
§.fin.ff.de teſta.mili. allegat etiam ad hoc auth.apo-
ſtoli.ad hebre.ix.c.dum dicit teſtm̃ morte confirma-
ri.& nil dicit de aditione hæreditatis.& hoc ẽt tenet
ibi Bal.vt refert hic do.Pet.Illud tñ puto non eſſe ſi-
ne dubitatione:cum non reperiat̃ bene iure cautũ:
& q̃a etiam non valent libertates, ſi nõ adit̃ hæredi-
tas: niſi qñ dicerent̃ bona cauſa libertatum cõſeruan
darũ.vt eſt dictũ. & licèt apoſtolus dicat morte cõfir
mari,teſtm̃ illud dixit:q̃a poſt mortẽ non recipit im-
mutationẽ,facit qđ hr̃ in c.cũ marthe.ĵ.de cele.miſ.
23 ęqua tñ eſt opi.Bar.q̃ ſequit̃ etiã.d.Pe.¶ † Iuxta p̃di-
cta quęrit̃, an poſſit quis decedere in relictis ad pias
cãs ꝓ parte teſtatus,& ꝓ pte inteſtatus.vr̃ ꝙ ſic:quia
de iure ciuili non eſt neceſſe,ꝙ q̃s decedat in totũ in-
teſtatus,vel in totũ teſtatus. ꝑ id quod hr̃ in l.miles
vnum.ff.de teſta.mil.vbi toleratur in milite, ꝙ pro pte
decedat inteſtatus: q̃a ſibi remittit̃ ſolennitas iuris ci-
uilis.l.j.ff.de teſta.mili. ↄcludit, ꝙ ſi q̃s facit hæredẽ
ĩ ptẽ,& ſic teſtm̃ ĩ ptẽ:& de alio nil dicit:in dubio vr̃
talẽ quẽ ꝓ pte inſtitutũ hr̃e totũ,& ſic hoc caſu idem
erit,ꝙ ſi nõ fuiſſet facta inſtitutio ad pias cãs facit.q̃.
q̃.C.de teſta.mili.Si vero appareat, ꝙ voluit eũ ſolũ
habere certam partem puta dimidiã, & non totum:
q̃a ſic expreſſe dixit,tunc valebit pro pte,quia teſta-
tus eſt ad pias cãs. ꝓ alijs decedit inteſtatus ꝑ id, qđ
hr̃ in d.l.ſi miles vnũ.& ſubdit ẽt,ꝙ valebit inſtitutio
factã ad pias cauſas: etiã ꝑ nutũ,licèt in alijs non vale
ret. ꝑ l.iubemus. C.eo.& dictũ fuit in c.ij.ſ.eod. An
24 aũt † directe poſſit ſubſtitui pia cauſa etiam maiori
poſt aditã hæreditatẽ,vr̃ ꝙ ſic,ꝑ id qđ hr̃ in ſimili de
milite in l.milites ff.de teſta. mili.an aũt voluntas ca
ptatoria valeat ad pias cauſas.tangit Bart.in d.l.j.de
25 ſacroſan.eccle.& dicet̃ in c.cũ tibi.j.eo. ¶ † Vlterius
quærit qualiter teſtamenta irritent̃.& ↄcludit,ꝙ pri-
mũ rumpit̃ ꝑ ſm̃.& ſm̃ ꝑ tertiũ,& ſic deinceps.quia
ambulatoria eſt vltima voluntas vſq; ad mortẽ.l.iij.
in fi.ff.de alimẽ.leg.& l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.
de leg.j.& intellige, qñ poſterius teſtm̃ eſt ꝑfectum t
aliàs ſi eſſet imperfectũ ratione præteritionis,& ſolẽ
nitatis,non tolleret primũ.l.ij.ff.de iniu.teſta.& in §.
poſteriorem.inſtit.qui.mo.teſt.infir.vnde primũ te-
ſtamentũ ꝑfectũ non tollit̃ ꝑ ſm̃ in quo filius eſt p̃-
teritus: licèt viuo teſtatore decedat.l.ſi filius qui in
poteſtate.ff.de liber.& poſthu. ¶ Aduerte tñ, ꝙ ſi in
ſcđo inualido ſunt inſtituti veniẽtes ab inteſtato,pri
mũ ſolenne rumpit̃ ꝑ iſtum ſm̃ inualidũ,qđ eſt verũ
ſm̃ glo.accurſij,qñ ſm̃ eſt inualidũ ratione ſolennita-
tis.facit.l.hac conſultiſſima.§.ſi quis aũt. C.de teſta.
ſecus ſi eſſet inualidũ ratione pręteritionis:quia tunc
primũ teſtm̃ ſolenne non rumpit̃ ꝑ ſm̃ in quo filius
in p̃tãte eſt p̃teritus: & in ſcđo ſint inſtituti veniẽtes
ab inteſtato,vt no.in d.l.ſi duobus.§.ſi prius.ff.de ↄ-
tab.vbi vr̃ rumpi primũ teſtm̃ per ſcđm,in quo filius
eſt præteritus ſi in eo ſint inſtituti venientes ab inte-
ſtato.& ꝓꝑ hoc ↄtrium tractat,an ille.§.ſi plures ha-
beat locũ ſolũ in filio emancipato.an vero in filio in
p̃tãte:& ſequit̃ do.Bal.ipſe poſuit in d.l.ſi filius q in
p̃tãte.& tractat etiã, an qñ pręcedit teſtm̃ validũ de
iure ciuili,& p̃torio, an tollat̃ ꝑ ſcđm validũ de iure
prętorio tm̃.& ſequitur in hoc dicta Bal.in d.l.ſi fili⁹.
Sed tu dicere potes,vt plene dixi ĩ d.l.ſi fili⁹.& ĩ l.cũ
in teſtõ vñ ſi inſiſto, q̃a iſtud ẽ magis legale q̃ cano.
dicit ẽt, ꝙ rũpit̃ teſtm̃ natiuitate poſthumi p̃teriti, vt
probatur in l.poſthumus.ff.de iniu.teſt.illud tñ re-
conualeſcit de ęquitate prętoria ſi poſthumus natus
poſt teſtm̃ decedit viuo teſtatore:vt probat̃ in dicta l.
poſthumus.Sed vbi filius iam natus exiſtens in p̃tãte
patris fuit pręteritus in teſtõ teſtm̃ a princi.eſt nullũ.
l.j.& ij.ff.de iniuſt.teſta.& l.inter cętera.ff.de libe.&
poſthu.& d.l.ſi filius qui in poteſtate.nec recõuale-
ſcit, licèt filius viuo teſtatore decedat,q̃a a prin.fuit
nullum. qđ ſecus eſt in poſthumo p̃terito. q̃a tunc
à princip:teſtm̃ valet, ſed rumpitur per natiuitatem
poſthumi ſuperuenientis poſt teſtm̃.iõ,tunc facilius
reconualeſcit,ex quo a princip.valuit. facit,quod hr̃
in l.iij.§.fi.de libe.& poſthu. & quod non reconuale
ſcat in filio iam nato præterito probat̃ in d.l.ſi filius
qui in p̃tãte. quod eſt intelligendũ,niſi in teſtõ fuiſ-
ſent inſtituti venientes ab inteſtato poſt filius: quia
tũc reconualeſceret de ęquitate prętoria per mortẽ
filij in vita patris,vt eſt caſus ſingularis in d.l.poſthu
26 mus. ver.idẽ,& circa.¶ † An aũt qñ rumpitur teſtm̃
natiuitate poſthumi p̃teriti debentur legata ꝑ auth.
ex cã.ſicut qñ p̃teritus fuit iã natus,dicit d. Pe.eẽ du
biũ,& aſr nõ declarat. Cõiter tenet̃,ꝙ ſic. vt ple.not.
in dicta auth.ex cauſa maximè per Barto. & in l.filio
pręterito.ff.de iniu.teſta. ibi etiam pleniſſime dixi.
27 ¶ † Sexto quærit quid ſi primum teſtm̃ fuit validum
ex cã pręteritionis, vel exheredationis. & ſic legata
remanent firma in ſecundo teſtõ ꝑ dictam authẽ.ex
cauſa.C.de libe.p̃te.An legata relicta in primo teſta-
mento erunt nulla.do.Pe:poſt Bart.in l.ſi iure.ff.de
leg.iij.

leg.iij.tenet ꝙ primum teſtm̄ remanet validū quo ad
inſtitutionem hæredis,& in hoc iura antiqua nō cor
rigūtur.facit l.ſi filius qui in poteſtate.ff. de liber.&
poſthu.ſuperius allegata.ſed quo ad legata, & fidei-
commiſſa.dicit ꝙ primum teſtamentum tollitur per
ſecundum,per id quod habetur in l.fi.ff.de here.in-
ſti.& ſecundum hoc erit dare caſum in quo quis de-
cedit quodāmodo,cum duobus codicibus teſtamē-
ti: quia primum valebit quo ad inſtitutionem,ſcd̄m
quo ad legata quæ petentur etiam ex illo ſecundo te
ſtamento,& tanq̄ ex ipſo teſtamento per tex.in cor-
pore Authēticæ ex cauſa.dnm dicit,ꝙ quo ad legata
teſtm̄ tenet tanq̄ non reſciſſum.& ſic reſidet do. Pe.
& Bar.in d.l.ſi iure. Sed aduerte,quia Bal. vr̄ tenere
contrariū in d.l.ſi filius qui in poteſtate.circa fi.Mo-
uetur q̄a Auth. ex eā vr̄ conſeruare legata, qn̄ nulla
remanet inſtitutio:ſed in caſu propoſito remanet in-
ſtitutio facta in primo teſtamento.ergo videtur ꝙ nō
conſumentur legata facta in ſecundo,qđ dicit etiam
procedere:licèt in ſecūdo teſtō eſſet appoſita clauſu-
la codicillaris, vt quia dictum eſſet, ꝙ ſi non valeret
ipſum ſecundū teſtm̄ iure teſtamenti,valeat iure co-
dicillorū, q̄a dicta clauſula operatur,qn̄ ſuccedit̄ ab
inteſtato.facit l.ſi veritas.& qđ ibi no.C.de fideicō.
In caſu aūt premiſſo non ſucceditur ab intetaſto:ſed
ex primo teſtō:& ſic vr̄ ꝙ dicta clauſula nil operet̄.&
iſta opi. ſatis videtur poſſe de iure defenſari.nam vr̄
ꝙ remanere debear primum teſtm̄ quo ad omnia ex
quo ſecundum fuit inualidū propter defectum præ-
teritionis.& ſic vr̄ eſſe quid imputādum teſtatori,ex
quo præcedebat primum teſtm̄ validum, & fecit ſm
inualidum. vnde hoc caſu vr̄ ꝙ remaneamus in iure
antiquo,vt ſic euitetur correctio,& non inducatur,
niſi in caſu expreſſo. & potius reſtringatur correctio
q̄ amplietur,per id quod hr̄ in c. quæ a iure.in vj. &
in l.quod not. & l.ius ſingulare. de legi.& in l.præci
pimus.C.de appel.& in c.cum expediat.de ele.in vj.
& ſic vr̄ ꝙ dictum Bar.in d.l.ſi iure.& do.Pe.hic non
ſit ſine dubitatione,& vr̄ potius ꝙ verior ſit opi.Bal.
in d.l.filius. ¶ Septimo quærit. Quid ſi p̄ceſſit teſtm̄
ſollenne.deinde teſtator adhibitis ſeptem teſtibus di
xit nolo valere tale teſtamentum, quod feci. An per
hoc teſtamentū prædictum tollatur.vr̄ quòd nō.per
id quod hr̄ in §.pe.inſt.qui.mo.teſt.infir.Bar.in d.l.ſi
iuriſdi.dicit,ꝙ ſicut legata,& alia quę in teſtō ſcribū
tur requirunt confirmationē:ita ademptio ſi qua fiat
requiritur,ꝙ confirmetur aditione hæreditatis. nam
hæreditas a ſeipſo adimi non poteſt,quia non eſt cu-
ius aditione ademptio confirmetur. l.ſed ſi in condi
28 tione.§.fi.ff.de hære.inſt.vnde concludit ꝙ † ſi teſta-
tor corā teſtibus dixit nolo valere teſtamentum aliàs
per me factū.q̄a volo decedere inteſtatus.tunc vr̄ in-
ſtituere tacitè venie̅tes ab inteſtato. facit l.ſi quis ita
inſtituatur.ff.de hære. inſti. & ſic ademptio valebit.
ſecus ſi ſimpliciter dixit,nolo valere teſtamentū, qđ
feci.quia non per hoc erit reuocatum, niſi interue-
niret etiā curſus x.annorū, per l.ſancim⁹.C.de teſta.
29 ¶ † Sed iuxta prædicta quæritur, quid ſi teſtator di-
xit in ſcđo teſtō inualido. caſſans, & irritans omnē
aliā volūtatē,& omne aliud teſtm̄ per me factū, vtrū
vigore dictorū verborū tollat̄ primū teſtm̄: licèt ſm
ſit inualidū.ꝯcludit ꝙ non:q̄a caſſatio, & irritatio ſic
reſtringit̄ ſcđm cām caſſationis,& cancellationis,vt
legi.& not.in l.cancellauerat.ff. de his q̄ in teſta.de-
len.& in l.qui ex liberis.§.teſtō.ff.de ſecundis tabu.
In caſu autē p̄dicto caſſatio vr̄ fuiſſe facta reſpectu ſe
cundi teſtamēti.q̄a illud volebat p̄ualere. iō ex quo
nō valet,dicta verba caſſans,& irritās,nihil operant̄

ſaluo niſi in ſcđo teſtō eſſent appoſita: ēt illa verba,
ꝙ ſi non valeret ſcđm teſtm̄ iure teſtamēti,valeat iu-
re codicillorū,q̄a dicta verba tunc operantur, vt de-
beantur legata venientibus ab inteſtato. iō ſcđm eū
contenta in ſecundo teſtō confirmantur per aditio-
30 nem venie̅tiū ab inteſtato. ¶ †Quid autē ſi cācellat̄
teſtm̄.dic ꝙ tunc, q̄a deuenit̄ ad actū facti teſtm̄ in-
ualidat̄,p id qđ hr̄ in l.noſtrā.C.de teſta.& ſic aliud
eſt qn̄ ſolum deuenit̄ ad verba:vt quia dicit nolo va
lere teſtm̄,qđ feci:q̄a tunc procedit qđ ſ.dixi. ¶ An
autem,qn̄ cancellatur teſtm̄ veniāt venientes ab in-
teſtato,an vero fiſcus. no.per glo.& Cyn. in d.l.no-
ſtram.& per Oldr.in conſi.clxxx. aliàs.cxliiij. & per
Io.And.in addi.Spec.in ti.de inſtru. edi.§.compen-
dioſæ.ſuper ver.ſed quid ſi prius.& cōiter dicitur, ꝙ
attendi debet voluntas teſtatoris: ſi de illa appareat,
ſed vbi non apparet fuerunt opi. nam gl. tenet ꝙ lo-
cus erit fiſco,vt ſic auferatur ab hæredibus inſtituen
tis tanq̄ indignis,& præſtat legata.Sed Dy. tenuit,ꝙ
veniant venientibus ab inteſtato.Ioā.An.in additio.
prædicta concordat opi.ꝙ ſi cancellauit ſolum inſti-
tutionem hæredū ꝓcedat opi.gl.q̄a veniet fiſcus, vt
ſic legata debeantur quæ non fuerunt legata:ſed vbi
etiam legata ſunt cancellata.& ſic totū teſtm̄ proce-
dat opi.Dy.quia tunc teſtator cancellando totum vr̄
voluiſſe,ꝙ nihil debeatur ex tali teſtamento, qđ te-
ne menti pro declaratione dictæ.l. noſtram. cum ibi
nota.¶ Octauo quærit.pone, quòd Titius fecit teſtm̄
in quo inſtituit eccleſiam Sanctæ Mariæ.deinde tra-
ctu temporis cū eſſet infirmus,vocauit duos teſtes,
& fecit ſcribi per quendam clericum quædam lega-
ta.& in alijs ſuis bonis inſtituit pauperes Chriſti:&
in p̄ntia dictorum teſtium manifeſtauit prædicta, &
dixit,ꝙ uolebat, ꝙ oīa prædicta per unum notarium
in formā publicam redigerentur & ſic hoc facto po-
ſtea anteq̄ haberet̄ notari⁹,& alij teſtes:ille deceſſit.
reuocatur in dubiū.Vtrum primū teſtm̄ ſit ſublatū.
ur̄ ꝙ ſic, ex quo iſta ultima uoluntas fuit in ſcriptis
redacta corā p̄dictis duobus teſtibus p hunc text. &
per.§.diſponat.in Auth.de nup.col.iiij.facit.l.diuus.
ff.de teſt.mil.Cōtrariū tenet ex eo,q̄a nō poſſet dici
ꝙ p dictos teſtes poſſit ꝓbari teſtm̄:licèt ſit q̄dā nuda
verborū nuntiatio redigenda poſtea in teſtō: ſicut in
ſimili videmus ꝙ ſcriptura quā iudex hēt an̄ formare
& demū recitare non eſt ſn̄ia,ſed q̄dam p̄paratio ad
ſn̄iam.l.ij.C.de ſen.ex peri.recip. ita nec hoc caſu ur̄
fuiſſe teſtm̄,ſed q̄dā ordinatio priuata redigēda po-
ſtea in teſtm̄: & ur̄ poſſe argui de ſn̄ia ad teſtm̄: quia
teſtm̄ dr̄ ſn̄ia.l.j.ff.đ teſta.facit.l.ſeru⁹.ff.de manu.&
ſic ur̄ poti⁹ ſeparaſſe ad faciēdū teſtm̄ q̄ feciſſe.facit l.
ſi ita.ff.e.Nec ob.iſtđ.e.& ſequēs,q̄a hic ꝯſtabat ſaltē
p duos teſtes factū eſſe teſtm̄. ſec⁹ ĩ q̄ōne p̄dicta.Itē in
q̄ōne iſta aduertendū,ꝙ in primo teſtō ſicut ĩ ſcđo eſt
facta inſtitutio ad piam cām,& ſic nr̄ ceſſare priuile-
giū, qđ aliàs dici poſſet debeii diſpoſitioni ſcđæ pp
piam cām,per id,qđ hr̄ in auth.niſi rogati.C.ad Tre
bel.Et ad p̄dicta facit,qđ notauit gl.in l.fideicōmiſ-
ſa.§.j.ff.de le.iij.Et ita conſuluit Oldr.ut ſuperius di
xi ſcđm.d.Pe.in ꝯſi.clvj. ſm eū.¶ Adde ꝙ hoc ēt te-
nuit Io.An.in add.Spe.ĩ p̄al.§. ꝯpēdioſę.ſup d.ver.
ſed q̄d ſi pri⁹.qđ tene mēti.ſatis tn̄ putarē,ꝙ ſi nō ꝓ-
cederet̄ ad teſtm̄ ex quo ſcđa volūtas fuit pſecta rōe
volūtatis,ſed reſtaret publicatio fiēda p notariū ꝙ va
leret dicta diſpoſitio, ex quo erat ad pias cās. per id
qđ notauit.Bart.in d.l.fideicōmiſſa.§.j.& qđ dixi in
c.ij.ſ.e.& ĩ d.l.ſi is q.ff.de teſt. & idē videret̄ ſi p̄ceſ-
ſiſſet teſtm̄ ad nō pias cauſas: ſed vbi præceſſit teſtm̄
ad pias cās, tunc quia concurrit vna pia cā cum alia

eſt magis dubiũ, an tunc ſtãdum ſit ſcđæ diſpoſitio-
ni. & hoc caſu poſſet dici,ꝙ procedat dictum Old.&
Io.An.ꝙ ſequit̃ ẽt.d.Pe. Nõ eſt tñ abſq; dubitatione
ex quo ſcđa voluntas fuit pfecta rõne voluntatis pp
31 ea quæ dixi in d.c.ij. ¶†Nono q̃ritur,qa dixi vltimã
volũtatẽ eſſe ambulatoriã vſq; ad vltimũ uitæ, ut pa
tet in l.iij.§.fi.cũ ſeq.ff.de adi.le.Quid ſi primo teſtõ
teſtator adiecit clauſulã derogatoria,ꝙ volebat illud
oĩbus quæ poſtea faceret præualere,niſi in ſcđo eſſet
ſcripta,Aue Maria,vel orõ dñica.Gl.ĩ l.ſi qs.in prin.
teſtamẽti.ff.de le.iij.tenet ꝙ tũc ad hoc,vt valeat ſm
oportet ꝙ dicat ipm velle valere ſcđm. & quòd ex-
preſsè ipſum pœnitet prioris voluntatis.& iſtud ẽt te
nuit Dyn.& eſt cõis opi.licèt Iac.de Are.aliter dixe-
rit.& refert Bar.ĩ d.l.ſi qs in prin.teſtamẽti.& Cy.ĩ l.
ſancimus.C.de teſta.& do.Pe.hic. nã dicta clauſula
derogatoria non tollit facultatẽ teſtandi ,ſed potius
demonſtrat non adeſſe voluntatẽ in ſcđo teſtõ , niſi
fiat expeſſa mentio de clauſula derogatoria iõ valet
dicta clauſula,& operatur ꝙ non valet ſcđm:niſi fiat
expreſſa mentio de primo , & de clauſula derogato-
tia in eo appoſita.de quo plenè per Barto.in d.l.ſi qs
in prin.teſtamenti.& per Dy.in rła ꝙ ſemel , de reg.
32 iur.in vj. ¶†Tangit etiam decimo . Quid ſi aliquis
facit teſtm̃,& iurauit nõ mutare: an poterit illud mu
tare.Io.An.in dicta regula,ꝙ ſemel.tenuit diſputan-
do,ꝙ non obſtante iuro poterit reuocare.ſed ſi reuo
cet erit periurus per id,qđ hr̃ in c.fi.cum ibi notatis.
de procu.in vj. & in c.j.de ſpõ.duorum.Idem Cy.in
l.j.C.de ſa.ſan.ecc.Idem Barto.ſcđm do.Pe.in d.l.ſi
quis.Sed certe verũ eſt,ꝙ Bart. tenet teſtm̃ ſcđm va-
lere.ſed dicit ꝙ non erit periurus:quia iurm vr̃ fuiſſe
contra bonos mores velut tendens ad tollendũ libe-
ram facultatem teſtandi. & ſic vr̃ nõ fuiſſe obligato-
rium per c.non eſt obligatoriũ. de reg.iur.in vj.& in
hoc contradicit Io.An.Quæ autẽ opi.ſit verior plenè
declaraui in c.cum ꝯtingat.de iureiu.in mẽbro illo,
qñ actus improbat̃:qa eſt ꝯ bonos mores . Ad vnum
tñ eſt aduertendum, ꝙ iurm in dicto caſu pſtitum in
primo teſtõ hẽt vim clauſulæ derogatoriæ.vñ non va
lebit ſcđm teſtm̃,niſi primum ſpecialr̃ tollatur . ope-
ratur enim iurm ꝙ actus valeat omnimodo quo me
lius valere põt.l.cum pater.§.filijs.ff.de lega.ij.& no
tauit Bal.in d.l.ſi quis in prin.teſtamenti.& facit,qđ
notauit Io.An.in pal.regula, ꝙ ſemel, de materia ẽt
per gl.in c.vltima voluntas.xiij.q.j. & per Old.conſi.
33 xcvj.aliàs.clx.¶†Vltimo quærit, an ſit dare aliquod
remedium, ꝙ teſtm̃ nõ poſſit reuocari.dicunt aliq ꝙ
non,ſtando in finibus vltimæ volũtatis.Sed ſi tranſi-
ret in ꝯtractũ eſſet daret remedium, qa ſi teſtator di-
cat.& ſi ꝯtingat me mutare iſtud teſtm̃ dono tibi no-
tario tanq̃ publicæ perſonę recipiẽti noĩe hęredis in-
ſtituti,& oĩm aliorũ legatariorũ oĩa bona mea:poſſi-
bile enim vr̃ ꝙ vltima voluntas trãſeat in ꝯtum per
id,qđ hr̃ in l.hęredes palã.§.fi. cum ibi notatis p gl.
& doc.ff.de teſta.cõtrarium ꝯſuluit Bart.qa dicta do
natio ur̃ auferre liberã teſtamẽti factionẽ. iõ dicta cõ
ditio tanq̃ turpis vr̃ vitiare ipſum contractum,per id
quod hr̃ in l.generaliter.ff.de verbo.oblig.& ita dicit
ẽt Dy.ꝯſuluiſſe, licèt aliter ſcripſerit in d.c.& Barto.
in d.l.j.de ſacroſ in.eccl.vbi etiã ponit tale remediũ,
videlicet ꝙ ſi teſtator dicat ꝙ ſi ꝯtingat ſe aliud teſtm̃
facere proteſtet̃,ꝙ non vult illud valere : qa nõ face-
ret illud ex ſuo libero arbitrio,& ex ſua libera uolũ-
tate:ſed timore ꝯſanguineorũ, & hæredũ ibi ſcripto-
rũ:aľs non facturus. nã tunc ur̃ operari pteſtatio p l.
q in aliena.§.fi.ff.de acq.hęre.& intellige, ꝙ primũ
tale teſtũ derogabit ſcđo pp dictã pteſtationẽ fal-
uo niſi expreſſe diceret ſe velle valere ſm:& caſſatur
oĩno primum non obſtante pteſtatione in ea appoſi
ta:q tunc valeret ſm,vt etiã voluit Bar.in d.l.ſi quis
in prin.teſtamenti.Refert tñ d.Pe.ꝙ cũ venetijs eſſet
qõ valde ardua de iſta cła derogatoria ſecundi teſta-
menti adiecta in primo.videlicet , ꝙ nõ valeret ſm ſi
qđ fatet̃,quia teſtabatur, ꝙ pp metũ ꝯſanguineorũ
illud faceret:fuit determinatũ in cõſilio ſummorũ vi
rorũ dictæ ciuitatis,ꝙ dicta cła in tam libera ciuitate
fruſtra fuiſſet appoſita,& eſſet ſpernẽda, & ꝙ nil ope
rabat̃, qñ opponebat̃ in dicta ciuitate , & merito ſm
eum:qa in ipſorum teſtĩs multum exuberat bonafi-
des: qa faciũt ſua teſtamenta in camera manu ppria
ſcribendo in aliqua ſchedula,ſeu folio, & tradit̃ talis
ſcriptura pſbytero ſigillata q rogat duos teſtes, đ iſta
traditione,& nec teſtes, nec pſbyter ſciunt illud qđ
ibi cõtinet̃ quouſq; fuerit aperta poſt mortẽ teſtõris,
& ſeruat̃ qđ in ea reperitur ſcriptũ,nec fuit vnq̃ audi
tũ ſm eum aliquã falſitatẽ in talibus fuiſſe ꝯmiſſam ,
ꝙ eſt euidens, & manifeſtum articulum maximè bo-
næfidei,q̃ verſatur in illa ciuitate in talibus actibus .

S V M M A R I U M.

1 *Vltima volũtas facta ad pias cauſas coram duobus teſtibus valet.*
2 *Cauſa eccleſiaſtica, quando tractatur coram iudice ſeculari debet ter minari ſecundum canones.*
3 *Laicus ſi litigat in curia epiſcopi, an ſint ſeruandæ leges, & ſtatuta.*
4 *Relictum factum eccleſiæ valet & etiam ſi fiat ciuitati.& nu.8.*
5 *Legatarij , an poſsint contra heredem laicum agere coram iudice ec-cleſiaſtico.*
6 *Teſtes in relictis ad pias cauſas ,an debeant eſſe rogati , & numero 9.& 15.*
7 *Relicta plura quando fiunt vni, an poſsit vnum acceptare , & aliud repudiare.& nu. 12.*
9 *Teſtamentum ad pias cauſas, an valeat, ſi non habeat numerum te-ſtium, vel etiam ſi non ſint rogati.*
10 *Furioſus, an poſsit teſtari ad pias cauſas.*
11 *Teſtator ſi fecerit teſtamentum in quo fecit relictum ad pias cauſas. poſtea reuocat illud non facto alio teſtamento,nec codicillis, an va-lebit ademptio.*
13 *Hæreditates plures ſi vni deferantur , vel vna hæreditas per plures partes,puta vna iure inſtitutionis,alia iure accreſcendi,vel ſucceſsio nis,vel vna pure,alia ſub conditione , an poſsit ille vnam partẽ adi-re, & aliam repudiare.*
14 *Relictum ſæpius vni ab eodem,vel ſi eadem ſpecies, vel quantitas ab eodem, vel diuerſis vni relinquatur, an tantum ſemel debebitur.*
16 *Legatum ſi eſt alternatiuum , an poſsit legatarius partem vnius al-ternatiuè acceptare, & partem alterius repudiare.*

a RElatum.j. Valet ᵃ teſtm̃ factum ad
pias cãs duobus teſtibꝰ.
h.d.vel gñalius potes dicere ſm d.Flo.va
let vltima voluntas ad pias cãs facta corã
duobus teſtibus.h.d.& primo ponit factũ reprehenſi
bile.Scđo illud mandat corrigi.ſcđa ibi:mandamus.
¶ In tex.ibi:ſeptem.ſ.qñ fiunt in teſtõ relicta.¶Item
ibi: vel qñq;.ſ.fiunt relicta in codicillis . ¶ Item ibi :
poſtpoſitis iudicare.ſupple, quia non iudicatis in fa-
uorem relictorum,ſed contra eorum fauorem abſol-
uendo cõuentum.¶Item ibi : ſcriptum.ſ.in l.diuina
veteris teſtamenti.& etiam in l.noua euangelica : vt
dictum fuit in c.præcedenti. & tangitur in gl.ij.in c.
1 præcedenti.& ſuper illa ſignata fuit quota. ¶†No.ꝙ
in relictis ecc. valet vltima voluntas facta corã duo-
bus teſtibus.& ſic debet expediri ſuper dictis relictis
ſm canones,& non ſm leges,& idem intellige de re
lictis ad pias cauſas, & hoc etiam voluit hic Inn.cir-
ca princi. & etiam ſuper verbo,cauſa talis,dum ſup-
plet,quæ ad veſtrum examen deducatur, quia ſic de
relictis eccleſiæ,vel ad pias cauſas.facit quod no.hic
2 in gloſ.fina.¶†Nota, quòd cauſa eccleſiaſtica etiam
quando

a ¶Valet. Ad materiã huius tex. Vide doct. & pcipuè Bald. in l. quã.in iiij. col.ver. itẽ de iure canonico. de fideic. & p d.Alexã in conſi.196. in 4.parte.

q̃ñ tractatur corã iudice ſeculari debet terminari ſm canones,& nõ ſcd̃m leges. & ſic vr̃ hic eſſe caſus ꝑ dicto doc.s̃.de conſti.in c.j.vbi etiam hoc tenent.nã hic tractabatur cauſa corã iudicibus ſecularibus, vt patet hic in ſupraſcriptione.poſſet tamen dici,ſi quis vellet euadere hanc decre.vt hic tãgit do. Anto.ꝙ hic loquatur in terris eccleſiæ,cum loquatur de ciuitate velletrẽſi,quæ eſt propè vrbem,& de terris eccleſiæ, vnde non eſt mirum, ſi tunc iudicandum eſſet ſcd̃m canones etiam in foro ſeculari, per id qđ legitur,& notaĩ in c.ſi duobus.s̃.de app.& in c.licet.s̃.de fo.cõ pe.poteſt etiam dici ſcd̃m eum,quòd iſtud contingit hic ex natura eſſe, q̃a ad eccleſias ſpectat diſponere de pia cauſa,& ſic poſſet euadi hęc decr.tñ qđ dixi in notabili cõiter tenetur, vt patet ex notatis in d.c.j.

3 ¶ †Quid autem contra,ſi laici litigẽt in curia Epi,an ſint ſeruãdæ leges,& ſtatuta.allegat qđ no.ĩ c.j.& ſi. s̃. de fo.cõp.in c.ꝙ clericis.Sed certè hoc nõ vr̃ verũ, q̃a ſi clericis, vel eccleſiaſticis perſonis litigantibus in curia ſeculari ſeruandi ſunt canones.de quo tñ di cendũ,vt le.& no.in c.j.& in c. eccleſia Sanctæ Mariæ.eo.ti.vr̃ ꝙ multoſortius ſint ſeruandi canones,ſi cõueniant̃ clerici,vel pſonæ eccleſiaſticæ in foro eccleſiaſtico,facit qđ hr̃ in d.c.ꝙ clericis.vñ de hoc dicendũ, vt ibi plenè nota.& ibi ẽt dixi.& dixi etiã in

4 d.c.eccleſia Sanctæ Mariæ.¶ †Nor.ꝙ valet relictũ ſactũ eccleſiæ.& ſic rei animatæ.& ſic valet relictũ factũ ciuitati,vel ciuitatib.ff.de le.j.nã adminiſtratores pdictorũ locorũ capiẽt dicta relicta.facit qđ hr̃ ĩ l.j. C.de ſacroſan.ecc.& s̃.de cauſa poſſ.in c.cũ ſup.An autem cenſeat̃ eſſe diuerſum legatũ factum eccleſiæ a facto miniſtris eccleſiæ.hr̃ in c.requiſiſti.j̃.e.& in l. ciuibus.ff.de re.du.& ibi per Bart.no.ꝙ in relictis fa-

5 ctis agi poteſt corã iudice ſeculari. † vtrum aũt poſſit agi coram iudice eccleſiaſtico cõtra hæredem laicũ. dicit do.Pet.ꝙ hic eſt arg.ꝙ non a contrario ſenſu,ꝙ loquat̃ de iudice ſeculari,& pro hoc eſt ratio,q̃a actor ſequi dẽt foiũ rei.s̃.de fo.cõp. in c.cũ ſit generale.& ſic reſidet do.Pe.Tu potes dicere,ꝙ etiam cõtra laicũ põt agi corã iudice eccleſiaſtico in relictis eccleſiæ ad pias cauſas, quia tales cauſæ etiã ſpectant ad iudicẽ eccleſiaſticũ,vt noravit Inn.& Io.An. ĩ c.ſignificantibus.s̃.de offi.deleg.& hoc etiã expreſſe tenuit Bar.in l.ſolent.ff. de alim.leg.& ita etiã aliàs dixi de facto.& ſeruatũ fuit in ciuitate Paduana.vnde tũc eſt electio agentis,an velit agere coram iudice ſeculari, an vero corã eccleſiaſtico.nec ob.iſte rex. q̃a nõ dẽt ſumi ar.a ꝯrio ſenſu,q̃a reſultaret ĩtellectus iuri cõ

6 trari⁹,vt patet ex notatis in d.c. ſignificãtib⁹.¶ †No. argu.ꝙ ẽt in relictis ad pias cãs req̃rant̃ teſtes eſſe rogatos,per id qđ hic dixit,teſtibus requiſitis, & qđ j.

7 dicet̃.¶ Vltimo no.ꝙ interdum ſiũt plura relicta vni. an aũt poſſit tũc vnũ acceptari. & aliud repudiari.in-

8 fra tangetur.¶ †In gloſſ.j.ibi: reſtringe. Sed certè iſta reſtrictio,quò ad capitulũ præcedens nõ vr̃ bona, cũ ibi nil dicatur de relictis eccleſiæ, iõ quo ad illud c. & ipſius intellectũ,dic vt ibi dictum fuit ſuper gl.ſi. ibi,quo hic, & ibi dicet,ſed certe quo ad illud. c.gl. bene dicit, quantum aũt ad c.pręcedẽs.non bñ dicit vt tetigit ſup gl.j.Et no.ex gl. ꝙ vbi ſit relictũ eccleſiæ,vel ad pialcãm ſup tali relicto eſt de foro eccleſię. & ſic vr̃ ꝙ ſi aliqđ ſit relictũ pauperi pſonę, vel ẽt eccleſiæ ꝙ poſſit tale legatũ peti etiã corã iudice eccleſiaſtico,licèt conueniens ſit laicus.& iſtud ẽt tenet do. Ant.ꝙ no.ꝰ id qđ dixi poſt do.Pe.in notabilibus dicit tñ d.Ant.aduertẽdũ,ꝙ gl.ſe reſtringit,& bñ ſm eũ ad relictũ ad piam cãm.Si autẽ principaliter peteret̃ executio teſtamenti. & nõ relictorum ad pias cauſas

nõ poſſet tunc adiri immediatè iudex eccleſiaſticus, qđ inte ligit ꝓcedere, niſi hæres eſſet negligẽs in c ö implendo,quia tunc Eps vr̃ poſſe exequi hæredene gligente.per id,qđ hr̃ s̃.eod.in c.nos quidem.& c.ſi hæredes.& ſic poſſet tractari cauſa coram iudice eccleſiaſtico.& per hoc vr̃ velle.do.An.ꝙ in negligenti. hæredis poſſit Eps ſe intromittere et quo ad relicta in non pias cãs, qđ an ſit verũ plenè dixi in d.c.ſi

9 hædes.¶ †Extra glo.q̃: it hic do.Anto.certũ eſt ꝙ quò ad numerũ teſtium leges non habent locum in relictis ad pias cauſas,an habebunt locũ leges quatenus exigunt teſtes rogatos. do. Fran.de Are.vt hic tangit do.Anto.conſuluit ꝙ ſic. & ꝙ quo ad hoc non habẽt locum canones, quia non tepet iunt in hoc a canonibus immutatæ. ipſe do. Anto.hic tenet contrariũ dicens,ꝙ talis ſolennitas non requiritur in relictis ad pias cauſas, quia eccleſia in talibus inſequitur merã æquitatem iuriſgentium,ſeu naturalis, per id qđ hic hr̃, ideo vr̃ ꝙ dicta ſolennitas non requiratur, & hãc opi. credit de iure verã.dicit tñ ꝙ ĩ practica ſeruaret̃ opi.do.Fran.de Albergotis. prædicti per rationẽ ſuperius allegatam per eum de quo in allegationibus Lapi. de Caſt.in allegatione,puto veriorẽ opi.d.An. & credo ꝙ illa etiam ſeruaret in practica, ꝗcqđ dicat do.An. quia hic ſolum requiritur, ꝙ talis vltima voluntas facta fuerit coram duobus aut tribus teſtibus ſcd̃m l.diuinam,& euangelicam,non reperitur cautum,ꝙ teſtes debeant eſſe rogati, ſed ſimpliciter dr̃ ꝙ ſufficiunt duo, vel tres teſtes idonei,ergo in talibus relictis non eſt curandũ de tali ſolẽnitate, & ꝓ hoc etiã, ꝙ qñ fuit vltima volũtas inter liberos ſufficiunt duo teſtes, & non rogati. l. hac cõſultiſſima.§. ex imperfecto.& ibi nor. C.de teſta.ergo eodẽ mõ dicendũ idẽ in iſtis relictis.& hoc ẽt voluit Bar.in l. j.C.de ſacroſan.ecc.vbi voluit ꝙ in talibus relictis ad pias cãs ceſſat oĩs ſolẽnitas iuris poſitiui, vt ipſe no. circa ſi.d.l.& ꝯcludit ſufficere ſolennitatẽ iuriſgen. & iur.diuini,& iſtud ẽt vr̃ fuiſſe de mente Io. An.in c.ꝓcedenti.inquantũ dixit cõiter ſeruari,ꝙ in relictis ad pias cauſas ſufficiũt duo teſtes idonei in omni foro etiam in terris imperij, & ſic ẽt ꝓcepi practicatũ.

10 ¶ †Quid autem de legibus diſponẽtibus de furioſis, vel exiſtentibus in ętate inhabili ad teſtandũ, vt ſunt impuberes.l.qua ætate.ff.qđ teſta.an ĩ relictis ad pias cauſas ſint correctæ, dicunt doc.& Io.An.hic qđ nõ: quia hoc non reperit̃ expreſſum,& quia etiam nõ eſt conueniens tales poſſe teſtari etiã in relictis ad pias cauſas,facit quod legi.& nor.in l.ſi.C. de teſtã mili. ¶ Iuxta pdicta põt dubitari,quid ſi ſtatutum dicat,ꝙ non valeat teſtũ,nec vltima voluntas,niſi fuerit poſitum,& poſita in memorialibus, ſeu in illis regiſtra ra,an tale ſtatutũ habebit locũ in teſtamentis, & vltimis voluntatibus factis ad pias cauſas.dicit.d.Ant. ꝙ non, q̃a in talibus relictis nõ põt fieri ſtatutum ad pjudiciũ ipſorũ,per id ꝙ hic dicitur in tex.iſto.& ita dicit ſe de facto cõſultũ rñdiſſe.adde ꝙ ẽt hoc tenuit Bar.in l.j.C.de ſumma tri.qđ tene menti.¶ Vlterius quærit hic do.Hor. quid ſi aliquid relinquitur alicui moniali coram duobus teſtibus,an valebit.dicit ꝙ ſic q̃a pinde eſt acſi fuiſſet relictũ monaſterio.s̃.de ꝓb.

11 in c.pſentia.¶ Deinde quærit quid ſi † teſtator fecerit teſtm̃ in quo fecit relictũ ad pias cauſas demũ reuocat illud nõ facto alio teſtõ. nec codicillis.ſed ſimpliciter reuocauit,an valebit ademptio. dicit ꝙ ſic, ꝑ id,qđ notauit gl.in l.hæredes.§.ſi quid poſt.ff.de teſta. qđ dicit ꝓcedere quo ad effectũ, vt vi exceptionis nõ debeat legatũ per l.militis codicillis.§. vetera nus.ff.de teſt.mili.¶ An aũt ſufficiat ꝙ dicta adẽptio

ſacta ſit coram duobus teſtibus, dicit,ꝙ iſta qđ præ-
ſupponit aliam: videlicet,ꝙ teſtes requirantur in le-
gato.In quo eſt dicēdum, ꝙ ſtr in legato requiruntur
quinq; teſtes.l.fi.C.de codicil.& facit qđ no. Hoſt.
in ſumma co.tit.§.quatr ꝯfirmetr.ver.j. in legato aūt
facto eccleſiæ,vel eccleſiaſticæ perſonæ,& in relictis
ad pias cauſas ſufficiūt duo teſtes, ꝑ id qđ dr,& hoc
ſuppoſito concludit,ꝙ ſicut ad inducendū legatū fa-
ctū eccleſiæ,vel ad pias cās,ſufficiūt duo teſtes,ita &
ad illud tollēdū.ar.c.j.j.de re.iu.& l.nihil tā natura-
le.ff.de reg.iur.allegat etiam pro hoc, qa ſm eū mi-
nor ſolennitas vr requiri in tollendo legato, quam
in inducendo.nam in tollendo ſufficiunt ſcđm eum
duo teſtes ēt ſi ſint mulieres,ꝑ id qđ hr in l.qui teſtō.
§.mulier.cum ibi no.per gl.ff.de teſta.Sed certe ſi gl.
ibi ponderetur non dicit illud ad quod ipſe allegat.
ſed dicit,ꝙ licèt mulier non poſſit eſſe teſtis in teſtō,
tn̄ poteſt eſſe teſtis in codicil.Aduerte,quia glo. Legi
ſtarū,& Legiſtæ faciunt qōnē,an relictū factū in teſtō
poſſit adimi in codicillis. & licèt fuerint opi.vt patet
ex no.in d.§.ſi quid poſt.cōiter tenetur,ꝙ ſic,qa quo
ad valorē legatorū ſufficiunt quinq; teſtes.l.fi.ad fi.
C.de codicil.& ideo dēt poſſe adimi in codicil. factis
coram quinq; teſtibus ſolum fiet reuocatio ope ex-
ceptionis, ideo ſi legatarius reperiretur hre legatū,
ita ꝙ non haberet neceſſe non poſſet ab eo auferri.
ſed vbi haberet neceſſe petere poſſet exceptione re-
pelli,per id qđ hr in d.§.veteranus. & hoc ꝓcedit in
alijs relictis,quā ad pias cauſas,ſed in relictis ad pias
cauſas,ſi etiam fiat ademptio coram duobus teſtibus,
vr ꝙ ipſo iure tollatur, quia ad valorem ipſorū ſuffi-
ciunt duo teſtes,licèt in alijs requirantur quinq;: iō
vr ꝙ adimantur ipſo iure. & ſic non vr bene dixiſſe
do.Flo.inquātum vr velle, ꝙ ſolum ope exceptionis
fiat ademptio.nam vt dixi, quando interuenit in ad-
emptione numerus teſtium, qui ſufficeret ad valorē
relicti, tūc ademptio ipſo iure tollit relictū,vt etiam
12 voluit Bar.in ꝑalle.§.ſi quid poſt. ¶†Vltimatè tāgit
hic do.Pe.an qn̄ vni ſiunt plura relicta pñt vnū acce-
ptare,& aliud repudiare.& concludit, ꝙ ſi vna res le
gatur non poteſt pro parte refutari. hæredes tamen
legatarij morientes poſtq̄ ceſſit dies legati poſſet in-
ter eos facere,quòd vnus acceptaret ſuam partem al
ter repudiaret, ꝓbatur primum de ipſo legatario in
l.neminem.ff.de le.ij.ſecundum de hæredibus lega-
tarij quorum vnus poteſt partem ſuā acceptare alius
repudiare.l.legatarius.ff.de le.j. ¶Si vero plures res
vni legentur,tūc ſi ſub nomine collectiuo.puta ſi le-
gatur grex pecudū non poterit vna acceptari.& alia
nō,per id quod legitur,& nota.in d.l.neminē. ſecus
ſi nominatim plures res legenī vni perſonæ,quia tūc
poterit vnam acceptare alterā repudiare, ſaluo niſi
illa,quæ repudiatur habeat onus annexum:quia tūc
illa repudiari poterit,per id quod habetur in d.l.ne-
minem.& in l.ſi legatario. ff.de fideicommiſſ.liber.
Et per ꝑdicta dicit Bar.in d.l.neminē. ſe conſuluiſſe
dum quidam fuiſſet conſtitutus executor teſtamenti.
& certum legatū fuiſſet ſibi relictū. & illud legatum
vellet repudiare, vt ſic euitaret onus ſatiſdationis,q̄
dēt executor præſtare de exequendo voluntatē de-
functi,qn̄ ſentit cōmodū a defuncto, q̄ ſatiſdationē
non teneretr præſtare,qn̄ non ſentiret cōmodū ſcđm
ea,q̄ leguntur,& notanī in l.ſi pluribus.ff.de leg.j.&
in l.diuus.ff.ſi cui plusq̄ per l.Falci.& in l.liberto.§.
largius.ff.de annuis legat.nam conſuluit, ꝙ non po-
terat repudiare legatū ſibi factū, vt per hoc euitaret
onus ſatiſdādi.ꝑ id, qđ hr in d.l.ſi legatario.& in d.
13 l.neminē.qđ tene mēti. ¶†Qn̄ aūt plures hæredita-
tes deferuntur vni, vel vna hæreditas per plures ꝑtes,
puta vna pars iure inſtitutionis, alia iure accreſcēdi,
vel alia iure ſucceſſionis,vel vna pura,alia ſub cōdi-
tione,q̄ poſtea extitit.An poſſit ille talis vnā hære di-
tatē adire.& aliā repudiare.Nam aliā acceptare ple-
nè no.per gl.&c.in l.cū ꝗdā eulogio.C.de iure delibe.
& plenius ꝑ Bar.in l.fi.ff.de acq.hære.& quia mā eſt
14 ꝓlixa ſufficit remiſſio.¶†Quid aūt cō ſi vna ab eodē,
vel diuerſis eadē ſpecies, vel quantitas ſępius relin-
quaī,an ſemel tm̄ debebiī,an vero ſępius.Conclude
ꝙ aut legaī a pluribus hæredibus in eadem tōne, &
tunc quilibet teneī ꝓ hæreditaria portione.l.ſi pluri-
bus.l.ſi ita.& ibi per Bar.ff.de le.ij.& ſic ſolū ſemel
debebiī.ſed peteī ꝓ rata a quolibet herede ſecus ſi in
diuerſis oronibus noīatim fuerint relicta a pluribus
hæredibus,qa tunc a quolibet debebiī inſolidum vt
no.ꝑ Bar.in d.§.ſi ita.& facit.l.ſeruo alieno.§.ſi quis
a primo.ff.de le.j.aut relinqī ſępius q̄titas ab vno hę
rede.& tunc ſi in eadē voluntate ſolū ſemel dētur in
l.plane.§.ſi eadem.ff.de leg.j. ſi vero relinquiī in di-
uerſis voluntatibus,puta in teſtō.& in codicillis, &
tunc ſępius debebit,ꝑ id,qđ legi.& no.in l.quinqua-
ginta.ff.de ꝓba.& hoc qn̄ ſimplr fuit relicta, ſecus ſi
ob cām.qa tunc ſemel debebiī,vt no. in d.l.qnqua
ginta.& ꝓbaī in l.libertis quos.ff. de alimē.leg. facit
qđ notauit Bar.in l.cū certū.ff.de adimēdis leg.Scđo
caſu,qn̄ legaī ſpecies,& tūc aut legaī in eadē vltima
volūtate,aut in diuerſis, ſi ī eadē.& tūc aut relinquiī
ab eodē hærede.& ſemel tm̄ debeī d.l.plane. §. ſi in
eadē. aut diuerſis heredibus. & tūc ſi ſimplr relinqī
idē dicendū.qa ſolū ſemel debeī,ſecus ſi relinquaī a
quolibet inſolidū hoc expreſſo,qa tunc eſt ꝑinde ac
ſi diuerſorū teſtiū legata eſſet, per id qđ hr in l.quid
ergo.§.ſi qs duos.ff.de lega.j.quo caſu diſtinguitur,
an primo ꝯſequaī ꝑtiū ipſius rei. vt tūc poſſit ab alio
peti ipſa res,ſecus ſi primo cōſecutus ſit ipſam rē per
id,qđ hr in l.plane.§.ſi duorū.ff.de le.j. Si aūt relin-
quiī in diuerſis vltimis voluntatibus,tunc ſi ſunt illę
voluntates diuerſę eiuſdē ꝑſonæ idē dicendū,qđ di-
ctum eſt,qn̄ in eadē vltima volūtate ſępius relinquit
facit, qđ hr in §.ſi eadem.inſti.de lega. & in d.l.pla-
ne.§.ſi eadem.Si vero ſunt voluntates diuerſarū per-
ſonarū.tunc ſi illę perſonæ hñr loco vnius, vt hæres,
& defunctus,idem dicēdū qđ dictū eſt de diuerſis vo
lūtatibus eiuſdem ꝑſonæ per l.huiuſmodi. §. ſi mihi
Sempronius.cum ibi notatis.ff.de le.j.Si vero ſint ꝑ-
ſonæ oīno diuerſæ.tunc attendi dēt an legatarius pri
mo ꝯſequaī æſtimationē ex vltima voluntate, vt per
hoc non impediaī petere ipſam rē ex alia vltima vo
luntate:ſecus ſi primo ꝯſecutus ſit rem:qa non pote
rit poſtea petere ipſam rē ex alia vltima volūtate ꝑꝑ
rlam,q̄ hēt, ꝙ in eadē ſpecie non pñt cōcurrere duæ
cauſę lucratiuę,de quo ꝑ Bar.in l.mēbris.§.duobus.
ff.de leg.ij.& per eundē in d.l.ſi pluribus.§.ſi ita.de
le.ij.faciat,qđ hr ī d.l.plane.§.ſi duorū.ff.đ le. Et ꝑ-
cta faciunt,an ſi mutuaui tibi decē.& poſtea ꝓmitis
mihi decē,an intelligatur de illis decē. nā certe vr di
cendū,ꝙ ſic ſm notata in l.ſi diuortio.ff.de ver.ob.&
in l.triticū.in co.ti.& ibi ꝑ Bar.& de hoc vltimo ple-
15 nè dicendū,vt ibi no.per eū. ¶†Vltimo potes addere
duo, primo ad id,qđ dixi,ꝙ ī relic.ad pias cās nō re
quiriī,ꝙ teſtes ſint rogati.nā pōt rñdere ad iſtū text.
inquantū vr innuere ꝯtrariū dū dicit, teſtibus requi-
ſitis, quòd ideo hoc nō dicit,quia teſtes debent eſſe
rogati.ſed illud dicit, quia iudices ad hoc, vt poſſint
iudicare cauſas pro relictis eccleſiæ, vel ad pias cās
debent requirere.vt fiat probatio ipſorū relictorū per.
duos, vel tres teſtes.& iſta proprie fuit mens literæ.

¶†Item

16 ¶ †Item potes addere quid iuris, qñ legatũ eſt alter-
natiuum, an poſſit legatarius partẽ vnius alternatiuè
acceptare, & partem alterius repudiare. nã certe di-
cendũ ꝙ nõ per id qđ hr̃ in l. ſi ex toto. §. fi. ff. de le. j.
nam licèt electio ſit legatarij eligere alterũ alternati-
uorũ. l. Lucio. cum ibi no. ff. de lega. ij. tñ non poterit
partem vnius acceptare. & partem alterius, ſed opor
tet, ꝙ eligat in totum alterum alternatiuorũ. & ideo
ſi teſtator legaſſet Titio x. aut Stichum, nõ poterit Ti
tius acceptare partem de decem. & partẽ Stichi, ſed
oportet, quòd acce[illegible], vel tota x. vel totum Stichũ,
vt probatur in d. l. [illegible] toto.

S V M M A R I V M.

1 *Indefinita, an æquipolleat vniuerſali.*
2 *Acquiſita ex bonis eccleſiæ clerico decedente ſpectant ad eccleſiam.*
3 *Acquiſita per ſimpliciter b[illegible]ciatum in congregatione vltra metas antiquæ pr[illegible]ndæ non acquiruntur ſuc[illegible].*
4 *Capitulum in eccleſia collegiata repreſentat eccleſiam: ſed in eccleſia non collegiata rector repreſentat ipſam.*
5 *Teſtari non poteſt indiſtinctè clericus de bonis per eccleſiam quæſitis.*
6 *Teſtari poteſt clericus in his quæ acquiſiuit ex hæreditate ſibi delata, vel ex artificio, aut doctrina. & nu. 16.*
7 *Acquiſita per habentem plures eccleſias poſt mortem ipſius debent diuidi ſecundum congruam æſtimationem inter dictas eccleſias.*
8 *Bonorũ appellatione veniunt mobilia, & immobilia: iura & actiones.*
9 *Bonorum appellatione, an comprehendantur bona cum commodis, & oneribus. & nu. 17.*
10 *Acquiſita per eccleſiam, quæ dicantur. & nu. 18.*
11 *Beneficia plura poteſt quis habere ex diſpenſatione.*
12 *Acquiſita per canonicum habentem diſtinctam præbendam non tranſeunt ad ſucceſſorem, ſed quæruntur capitulo.*
13 *Teſtari poteſt clericus ſimpliciter beneficiatus de fructibus.*
14 *Teſtari an poſſit clericus, qui habuit officium in eccleſia, & vigore illius aliquid acquiſiuit.*
pendioſa dicantur expreſſe ſaltẽ in genere. licèt ſint
tacitę in ſpecie pupillaris comprehenſa in cõpendio
ſa, ex quo eſt expreſſa ſaltem in genere debet exclu-
dere matrẽ: licèt ſecus ſit in pupillari omnino tacita
cõprehenſa in expreſſa vulgari. prout voluit gl. fina-
lis in l. precibus. & Bar. met. in l. Lucius. ff. de vulgari
& pupillari. & dixi etiam ſupra in materia reciprocę.
¶ Item aduerte, qa Bar. in d. l. Centurio. tenendo ſuã
opinionẽ, ꝙ intelligatur fideicommiſſaria, qñ mater
eſt in medio, dixit illud eſſe verum, niſi ex cõiecturis
appareat aliud teſtatorẽ voluiſſe. videlicet ꝙ eſſet di-
recta. & ponit plures ɔiecturas. puta ſi dixit, qñcũq;
filius meus deceſſerit talem ſubſtituo, & volo, ꝙ ac-
cipiat bona mea propria autoritate: vel volo, ꝙ acci-
piat libere. Nam ſi per manum alterius haberet acci-
pere, nõ reciperet libere: qa ille poſſet ſibi moleſtiã
facere. ¶ Item ſi dixit, ꝙ volebat hęreditatẽ ſuã totã,
& integram: vel ſine diminutione peruenire ad ſubſti
tutum. nam hoc eſſe non poſſet, niſi eſſet directa: qa
aliàs poſſet detrahi legitima. Idem ſi dixit, quòd vole
bat, quòd omnia bona ſua deuenirent ad ſubſtitutũ
eadem ratione: quia qui omne dicit nihil excludit.
ſ. de maioritate, & obedientia. c. ſolitę. ad finem. & l.
Iulianus. ff. de legatis tertio. Secus ſi dixiſſet, ꝙ om-

xi, qñ ſimpliciter dixiſſet volo, quòd oĩa bona mea deueniant ad talẽ:q̃a tunc veniunt etiã iura,& actiones:& intelligetur ſubſtitutus directo. Et idem vr̃ ſi dixerit volo, quòd bona mea deueniant pleno iure in talem: q̃a videtur etiam velle, ꝙ habeat directum dominiũ. per id quod hr̃ in l.Iulianus. in fi.ff. de rei vendicatione.& notauit etiã Bald. in auth.hæc vſus præſtatio.C.de ſacroſan.eccle. Sed aduerte, quia aliqua ex dictis exemplis. & præcipuè duo. qñ videlicet voluit hereditatem totam, & integram peruenire ad ſubſtitutum. vel omnia bona peruenire ad ſubſtitutum. nam ſecundum eum dicta verba, non vr̃r importare ſubſtitutionem eſſe directam. ſed potius ꝓhibitionem Trebellianicæ eo caſu quo poſſet detrahi. per id qđ legitur.& notatur in l.namq;.§.fin.cum l.ſequenti.ff.ad Trebellianum. & in l.iiij.ff.de fideicõ.liber.& opinionem ſuam, puto Ang.ſumpſiſſe ex his quæ tangit Bal.in d.l.precibus. ſed tu potes ſaluare exempla Bart.niſi cum ſubſtitutio ſit facta filio q non poteſt grauari in legitima.l.qm̃.C.de inofficioſo teſta.non poſſet deuenire tota hæreditas integrę, vel ſine diminutione. nec poſſent oĩa venire ad ſubſtitutum:niſi ſubſtitutio intelligat̃ directa:quia aliàs ſi non eſſet directa detraheretur legitima, qđ non fit eo caſu quo eſt directa pupillaris. vt leg. & not.in l. ex trib⁹.C.de inoffi.teſta.& in l.j.§.fi.de vulg.& pup. ¶Item aduerte, quia Bal.in d.l.ꝑcibus. non vr̃r placere exempla Bar.nec dictũ ſuum.ex eo, quia ſm̃ eũ Bar. videtur velle, quòd quando aliqua cõiectura de prædictis poſitis in dictis exẽplis apparet, quòd tũc ſit perinde acſi ſubſtitutio ſit facta per illa verba, talis ſit heres. & ſic ſm̃ hoc relinquetur materia diſputãdi, an poſt pupillarem ætatem euaneſcat. an vero obliquet. Sed tu potes dicere, quòd Bar. nõ dixit, quòd tũc intelligatur facta per illa verba, talis ſit heres. ſed bñ dixit, quòd mens teſtatoris videtur eſſe, quòd valeat iure directo eo caſu quo põt valere. & ſic nõ ſequetur, ꝙ poſt pupillarẽ ætatẽ non poſſit valere iure fideicõmiſſi, ex quo facta fuit per verbũ cõe. ¶Item etiam videntur exempla Bat. non placere Bal. in d.l. precibus. ex alia ratione. quia licèt verba, quæ ponũtur in dictis exemplis ſint lata. tñ apponuntur, cum termino reſtrictiuo. ſcilicet in bonis meis: vel bona mea paterna. verba aũt ꝑdicta arctatiua, ſeu reſtrictiua, licèt non reſtringant ſubſtitutionem pupillarẽ.l.ſi ita.§.qui filio.ff.de bono.poſ.ſm̃ tabu.tñ ſubſtitutionem dubiam vr̃r reſtringere.arg.l.Lucius.§. quę habebat.ff.ad Trebellia. Et ideo videtur, quòd inducãt ſubſtitutionẽ fideicõmiſſariã.argu.l.coheredi.§.cum filiæ.ff.de vulg.& pupil. & dicta verba poſita in exẽplis Bart. vr̃r ſcđm eum ſonare.& ſic videtur debere intelligi in prohibitionẽ. videlicet detractionis Falcidiæ potius q̃ in ſubſtõnem directã.& dicit, ꝙ ſi teſtator fuiſſet interrogatus, an vellet ſubſtitutionẽ extẽdi ad illa quę nõ erant ſua: veriſimiliter dixiſſet ꝙ nõ, & ideo in dubio non debet ad alia extendi velut ad incognita. ar.l.ſi quis ita.§.penul.ff.de teſta.tute. Sed tu potes tenere Bart. quia vt dixi, non bene poſſent verificari verba exemplorũ Bart. niſi intelligantur in ſubſtõne directa.& ꝙ per illa inducatur ſubſtõ directa. Nã tñ ſi nõ inducerent ſubſtõnem directã poſſet detrahi legitima, vt dixi ſupra circa opi. Ange.& ſic oĩa non venirent ad ſubſtitutũ, nec ſine diminutione: nec pleno iure. & ideo vt dicta veba verificent̃ expedit intelligere, ꝙ per illa voluerit teſtator ſubſtitutionẽ eſſe directam, & valere iure directo eo caſu quo põt, Nã tunc non detrahet̃ legitima. & ſic nulla fieret detractio, & pleno iure habebit ſubſtitutus. per ea, quæ hñr in d.l.ex tribus. ¶Nec ob. qđ dicit Bald.: dum dicit ꝙ in dubio non vr̃ voluiſſe de alijs bonis, q̃ de ſuis diſponere: q̃a rñderi põt, ꝙ verum eſt ꝙ principaliter illud non voluit: ſed bene põt dici ꝙ in conſequentiam voluit: q̃a ex quo voluit ſubſtitutionem eſſe directam, in ꝯñuam cenſetur voluiſſe ꝙ ad ſubſtitutum veniant etiã alia bona pupilli, ne aliàs contingat pupillum decedere pro parte teſtatũ,& pro parte inteſtatũ. facit quod hr̃ in l.ſed ſi plures.§. ad ſubſtitutos.ff.de vulg. & pup. Et ex ꝑdictis patet exempla Bar. poſſe ſubſtineri, q̃cq̃d dixerit Bald.& Ang. ¶Itẽ etiam attende, quia Bal.in d.l.precibus. poſuit etiam aliud exemplum ſequendo opin. Bar. puta ſi dicatur qñcũq; filius meus deceſſerit talem ſibi ſubſtituo heredem. Nã propter illud verbũ, heredẽ, qđ eſt verbũ directum ciuile declaratur præcedens verbum commune, ſubſtituo. & ſic videt̃ teſtator voluiſſe, quòd ſubſtitutio ſit directa. nam ex ſequentibus præcedẽtia declarant̃.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.cum l.ſeq.ff.de leg.j.qđ tene menti.& dicit etiam Nico.de Mata. idẽ voluiſſe.& idem etiam voluit Barto. facit ꝙ ipſe no.
191 in d.l.Centurio. in quarta principali q̃õne. ¶†Item
aduerte, q̃a licèt dixerim ſupra, ꝙ dictio, qñcũq;, nõ
inducit diſtinctionem temporum. tamen Ang. in d.
l.Centurio. dicit hoc verum, qñ vnicum ſolũ diſtributiuũ ponitur. ſecus ſi duplex diſtributiuũ temporũ adijceret̃. puta ſi dicatur, qñcunq; filius meus deceſſerit Titium quaq; die heredẽ inſtituo, vel ſubſtituo. Nam dicit ꝙ illud idem operat̃ duplex diſtributiuũ, qđ geminata, & diſtincta diſpoſitio ꝑ l.pluribus.§.j. ff.de ver.ob. Sed certe dictio, quaq;, vr̃ potius collectiua, q̃ diſtributiua. per id, qđ legi. & not.in l.ſi neceſſaria.§.ſi annua.ff.de pig.actio. Et ideo melius vr̃ dicẽdũ, quòd iõ in d.l.pluribus.§.j. ſurgit multiplex diſpoſitio, q̃a fuit facta expreſſa diſtinctio temporũ. facit, qđ ibi no. per gl.& Bar. & quod ibi etiam dixi.
192 ¶†Vlterius quæritur, quid ſi teſtator dicat filio impuberi, ſi decedat abſq; liberis ſubſtituo talem, an ex eo, q̃a dicit ĩpuberi, videatur reſtringere ſubſtitutionem ad pupillarem ętatem. dic ꝙ nõ: q̃a illud verbũ, impuberi, videtur appoſitum gratia demõſtrationis perſonæ cui fit ſubſtitutio, & non gratia reſtrictionis. & iſtud etiam voluit Io.An. hic, ſecus dicit Bar. ſi dixiſſet filio meo impuberi ſi decedat abſq; liberis ſuccedat talis. nã qualitas adiuncta verbo, debet adeſſe ſm̃ tẽpus verbi.l.in delictis.§. ſi extraneus.ff.de noxa. Et ſic vr̃ quòd tp̃e quo ſucceditur debeat eſſe impubes.& ſic aliud eſt, qñ verbum, impuberi, adijcitur verbo diſpoſitiuo. vt ꝯtingit in primo caſu, quia adijcitur verbo ſubſtituo: quia tũc intelligitur adiectum gratia demonſtrationis. ſecus quando adijcitur verbo executiuo. vt contingit in ſecundo caſu, quando adijcitur verbo, ſuccedatur. nam tũc videtur adiectũ gratia reſtrictionis. Cõtra iſtud tñ fortiter facit. iſtud c. vbi adiectum fuit, verbo, ſuccedat.& tñ nõ reſtringit ſubſtõnem ad tp̃s pupillaris ętatis. Sed põt rñderi ſm̃ Bar.in d.l.Centurio. quòd iſtud contingit ꝑꝑ dictionẽ, ſine liberis, appoſitã in ſubſtitutione ꝑꝑ quã teſtator vr̃ ſenſiſſe etiam de tempore poſt pubertatẽ in quo poteſt habere liberos, ſecus ſm̃ Barto. ſi dicta verba, ſine liberis, non fuiſſent adiecta: quia tunc intelligeretur ſubſtitutionem fuiſſe reſtrictã ad tẽpus pupillaris ętatis. quod tene menti pro limitatione, &
193 declaratione huius.c. ¶†Deinde quæritur, an ſubſti
tutio compendioſa facta per verbum cõe a pagano
contineat vulgarem. Concludit Barto. in d.l.Centurio. ꝙ eo caſu quo continet pupillarem. qđ qñ ſit, ſatis apparet ex ſupradictis. tunc eadem ratione continet

tinet etiam vulgarem. ſi vero non contineat pupillarem, ſed fideicommiſſariam: tunc adhuc dicit ꝙ continet ẽt vulgarem, quia verba illa ſatis pñt comprehendere. nã verba illa, ſi filius meus decedat, vel qñcunq; filius meus decedat, pñt intelligi, ſiue decedat viuo patre: ſiue poſtea. Et ſiue poſt teſt.ñ ante mortẽ: ſiue poſtea, & ſic continet ẽt vulgarem, q̃ verificatur etiam qñ inſtitutus nõ põt eſſe hæres, q̃a decedit viuo teſtatore. facit l. Thays. §. ſplendophorus. ff. de fideic. lib. nec ob. ſi dicatur, ꝙ ſi valet vt directa vulgaris non debet poſtea valere iure fideicommiſſi. per id qđ leg. & no. in l. verbis ciuilibus. ff. de vul. & pup. q̃a rñderi põt, ꝙ illud procederet, ſi valuiſſet ſemel iure directo poſt aditã hæreditatem, qđ tñ etiã tunc indiſtinctè procedit vt patere põt ex ſuperius dictis. Sed in caſu propoſito valet vt vulgaris directa ante aditã hæreditatem, & poſt aditam hæreditatem valet iure fideicommiſſi, & ſic in diuerſis caſibus, ideo iſtud toleratur a iure, & iſtud etiam tenuit Ia. de Aret. & Cy. in d. l. precibus. ¶ Item non ob. qđ hř in l. iam hoc iure. præal. per quam vř ꝙ in dubio non comprehendat fideicommiſſariam: quia rñdetur ꝙ ibi loq̃tur in breuiloqua ſimpliciter facta in qua non eſt appoſita dictio cõcernens tractum tpis, ſed hic loquimur in cõpendioſa in qua eſt appoſita dictio notãs tractũ tpis. ideo continetur in ipſa fideicommiſſaria. facit quod dixi in materia breuiloque, vbi dixi ꝙ ſi nõ eſſet ſimplex breuiloqua, ſed eſſet miſta cum compẽdioſa, ꝙ illa contineret etiam fideicommiſſariã, ſecus vbi eſt ſimplex breuiloqua, quia tunc non comprehendit fideicommiſſariã, & idem vř ſi teſtator ſimpliciter dicat filium meum inſtituo, & Titium ei ſubſtituo: q̃a vř continere vulgarem, & non fideicommiſſariã. per id qđ hř in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & poſth. Ange. tñ in d. l. Cẽturio. dicit, ꝙ ſi teſtator dixit ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, vel poſtea, ꝙ tunc ſub pupillari continebitur vulgaris ꝓ diſtinctionem tẽporum, & ſi decedat filiꝰ impubes viuo patre expirabit pupillaris, & etiam vulgaris in eo contenta ſm eum. per l. qđ ſi filius. ff. de capti. ſecus ſi ſimpliciter dixiſſet, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis talem ſubſtituo: quia tunc habebit locum vulgaris impubere decedente in vita patris, & idem vř fuiſſe de mẽte Bal. in d. l. precibus. & idem etiã tenuit d. Flo. vt dixi poſt eum in prima q̃one, qñ ſubſtõ fit per verba directa. Sed tu potes dicere, ꝙ in primo dicto Ang. non vř bene dixiſſe, ꝑ ea quæ dixi in materia vul. in illa q̃one, an teſtm̃ poſſet incipere hře vires a tacita vulgari cõprehenſa in pupillari. vbi etiã rñdi ad d. l. qđ ſi filius. ¶ Vlterius etiam tangit Bar. in d. l. Cẽturio. an ſubſtõ facta per verbum cõe in re certa, vel quantitate, aut portione trahatur ad directam ſubſtõnem, potes concludere clarius, q̃ ipſe dicat, & plenius: quia ſi ſubſtõ fiat in certa re, puta in fundo, vel in quantitate, puta in centum, clarum eſt, ꝙ nõ trahitur ad directã. inſt. per id qđ leg. & no. in l. cogi. §. & gñaliter. ff. ad Tre. & per id qđ hř in §. aliud quoq; capitulum. in Auth. vt eum de app. cog. col. viij. vbi patet, ꝙ neceſſe eſt filio relinqui iure inſtõnis qñ certa res, vel quantitas

inſtitutæ ẽt in re certa: quia tunc vř ꝙ trahetur ad directam ſubſtõnem, vt vř in caſu in c. ſi pater. ĵ. eo. in vj. vbi patet, ꝙ filia erat inſtituta in re certa: tñ q̃a poſtea ſimpliciter fuit dictũ, ꝙ ſi filia decedet ſine liberis morietur filio, & nõ fuit dictum ꝙ moreretur in re illa, ſubſtõ ibi iudicatur directa pupillaris, & ſic trahitur ad omnia bona filiæ, quod diligenter tene menti, quia Bart. hoc modo declarauit. Si autem fiat ſubſtõ per verbum cõe in certa portione. cõclude, ꝙ aut fit in dimidia, vel tertia bonorum, & iſta non trahitur ad inſtõnem: quia cenſetur facta in re certa. per l. non amplius. §. fi. ff. de le. j. & l. ſi quis ſeruum. §. fi. cum l. ſeq. ff. de lega. ij. Si vero ſit facta in dimidia, vel tertia hæreditatis: q̃a tunc includuntur etiam onera hæreditaria pro illa parte, qđ non eſt in præcedẽti ea ſu ſm no. in d. l. ſi quis ſeruum. §. fi. vř eſſe maius dubium. tñ Bar. in d. l. Centurio. ſentit quòd etiam tunc non trahetur ad inſtõnem, & puto qđ bene dicat, qñ vnus ſolus eſt taliter ſubſtitutus. Si autẽ fuiſſent duo ſubſtituti per verbum cõe, vnus in dimidia bonorũ, alter in alia dimidia: vel vnus in dimidia hæreditatis, alter in alia dimidia, & ſic tota hæreditas fuiſſet inter illos diſtributa: tunc traheretur ad inſtõnem, q̃a tũc vř tali modo facta diuiſio hæreditatis per l. filio. cum l. ſeq. ff. de leg. j. & facit qđ not. gl. valde no. in l. quoties. & in l. filij. C. fam. erc. ſecus qñ vnicus eſt ſubſtitutus tm̃ in dimidia, vel tertia: vt ſ. dixi. Et ſic non eſt diſtributa tota hæreditas: nec verbum cõe adiectum totalitati bonorum, ideo non trahitur ad inſtõnem, per ea quæ hñr in l. his verbis. ff. de hær. inſt. & in §. ſi vero nulla. in Auth. de hær. & Fal. coll. j. Et hæc ratio magis placet, q̃ illa quã ſcripſit Bar. in d. l. Centurio. nam dicit ꝙ ideo tunc non trahitur ad directã inſtõnem: quia verbum cõe adiectum certæ rei, vel portioni nõ trahitur ad directam inſtõnem, qñ alius eſt vř inſtitutus, prout hic eſt: quia eſt filius teſtatoris vř inſtitutus. Non enim placet iſta ratio, quia per illam ſequeretur, ꝙ ſi ſubſtõ fieret per verba directa in certa re, vel portione pupillo vř inſtituto non traheretur ad directum qđ eſt contra tex. in l. cohæredi. §. fi. ſm vnum intellectum. ff. de vulg. & pup. & no. ipſe idem Bar. in j. q. qñ fit ſubſtõ cõpendioſa a pagano per verba directa, & ſic patet, ꝙ iſta ſola eſt ratio: quia licèt verbum directũ ciuile: vt hæres eſto, vel inſtituo adiectum certæ rei, vel quãtitati, vel portioni trahatur ad inſtõnem vřem, alio vř non inſtituto. l. j. §. ſi ex fundo. ff. de hær. inſt. & d. l. cohæredi. §. fi. Tñ ſecus eſt in verbo, relinquo, vel in verbo cõi ſubſtituo, quia iſta non trahuntur ad inſtõnem directã, niſi qñ adijciunt totalitati bonorũ, vel qñ reperitur tota hæreditas diſtributa per quotas. vt patet ex no. in d. l. his verbis. & d. §. ſi vero nulla. & ĩ d. l. quoties. & facit qđ ĵ. dicet. ¶ Et aduerte, vt clarius intelligas, quia per ſubſtõnẽ nõ agitur ꝙ fiat hęres teſtatori: ſed pupillo, qñ eſt pupillus cui fit ſubſtõ, ideo ſi ipſi pupillo non reperitur alius vř hæres datus. Si aliquis ſit ſibi ſubſtitutus ꝑ verba directa in certa re, vel q̃titate trahitur ad vřem ſubſtõnem per d. l. cohæredi. §. fin. ſm vnum intellectum. Secus eſſet ſi fuiſſet factum per verbum cõe: quia

llum ſub duplici conditione alternatiua, puta ſi ipſe deceſſerit ſine liberis, vel liberi ſui ſine liberis: tunc hoc facere potuit.per id qđ hr̃ in l.cohæredi. cum §. filiæ.& in l.legatum.ff.de condi.& dem.¶ Si aũt voluit grauare liberos vltimo morientes ſine liberis: tũc vr̃ q̃ non valeat grauamen,& ɔñr nec ſubſtõ,per d.l. ſed ſi ſic.§.fi.dicit tñ Bart.poſſe dici q̃ ſi appareat teſtatorem velle grauare dictos liberos,q̃ poteſt dici q̃ videatur eos etiam honoraſſe,& ſic etiam eis hæreditatem reliquiſſe per l.deniq;.§.interdũ.ff.de pec.leg. Et ſi quæratur,ſi non appareat quem voluerit grauare,an filium ſub duplici conditione: an vero liberos vltimo morientes ſine liberis.dicit q̃ in dubio præſumetur fuiſſe filius grauatus, ſi tenemus q̃ liberi non potuiſſent grauari, & hoc quia in dubio ſumi debet intellectus ꝑ quẽ res potius valeat q̃ pereat.l.quoties.ff.de reb.dub. ¶ Si aũt teneremꝰ liberos potuiſſe grauari: tunc quis in dubio intelligatur grauatus. remittit ad no.per ſe in l.qui duos.de vul.& pu. Sed tu potes dicere, q̃ ex quo liberi non reperiuntur expreſsè honorati,in dubio vr̃ hæres primus, & ſic ipſe filius fuiſſe grauatus.per id quod leg. & no.in l.ſi ſeruus.§.qui Margaritã.ff.de leg.j.& quod no.ipſe Bar. in l.codicillis.in prin.ff.de vſuf.leg. Et adde etiã inquantum Bart.vr̃ velle,q̃ teſtator grauando filios vr̃ ex hoc etiã eos honorare,q̃ iſta opin.non vr̃ tuta per regulam illam,quia non põt quis grauari,qñ non eſt honoratus,quæ aliàs nunq̃ locum haberet, prout dixi in ij.q.qñ ſubſtõ fit per verba obliqua. vbi de hac materia tetigi.& plene dixi in c.cum tibi.ſ.eod.& ẽt in præal.l.Centurio. in quibus locis etiam rñdeo ad d.l.deniq;.§.interdum.faciat etiam cõtra Bar. qđ hr̃ in l.hæreditas ad ſtatiũ. & qđ ipſe ibi etiam not.ff.de hær.inſti.Et per hæc ſit expedita qõ tertia, qñ videlicet compendioſa fit a pagano per verbum cõe,& ex ſupradictis ſatis patere põt quis ſit effectus ſubſtõnis compendioſæ factæ a pagano,ſiue fiat per verba directa,ſiue per verba obliqua, ſiue per verba cõia. verũ quia interdum duplex verbum ex prædictis apponĩ in ſubſtõne interdum in perſona vnius interdum in perſona diuerſorum. Et dubitatur quis ſit tunc effectus ſubſtõnis. de prædictis eſt videndum de quibus tractat Bar.in d.l.Centurio.in iiij.q.¶ Et primo vidẽdum eſt, qñ duplex verbum ex prædictis apponĩ in perſona vnius,puta quia dixit teſtator, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis inſtituo,& ſubſtituo Titiũ: vel ſubſtituo Titium,& ipſum hæredem facio.nã Bar.in loco præal.poſuit duas opi.vna eſt,qđ verbum cõe, ſubſtituo,intelligatur declarari,& eſſe declaratum ꝑ verba directa.arg.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.cum ſeq.ff. de leg.j.Alia fuit opinio quę ſibi magis placet.videlicet,q̃ in dicto caſu videatur data electio ſubſtituto, vt poſſit venire iure directo:vel iure fideicõmiſſi,ꝓut elegerit,filia decedente in pupillari ętate.arg.l.recuſare.§.Titius.ff.ad Treb. & licèt ipſe nõ rñdeat ad rationem factam pro prima opi.tñ ſatis vr̃ ſecũda opi. poſſe ſuſtineri per ea quæ hñr in d.§.Titius. Nec ob. ratio facta pro prima opi.videlicet, q̃ verbũ cõe ſubſtituo debet declarari per verbũ directum adiunctũ, & ſic cenſeri debet directa.arg.d.l.ſi ſeruus.quia rñderi poteſt, q̃ ibi loquitur qñ idem verbum relatum eſt ad plura, & in vno eorum declaratus fuit eius intellectus, hic autem ambo verba referũtur ad idem, nec reperiuntur aliter declarata.¶ Item non ob.l.ſed & ſi adijciatur.ff.pro ſocio. vbi vr̃ q̃ qñ fit mentio de gñe,& ſpecie,ſimul genus declaretur,& reſtringaĩ ꝑ ſpeciem,vnde ſi fit ſocietas de lucro, & quæſtu,intelligitur facta de lucro prouenienti ex quæſtu. & non de omni lucro.q̃a rñderi poteſt,q̃ illud ideo contingit:quia ſic cõiter conſueuit fieri ſocietas de lucris ꝑ quæſtum,ſeu operam,vel artificiũ prouenientibus, & nõ de alijs.l.coiri.ff.pro ſocio.& no.Bar.in d.l.ſed & adijciatur. hic autem loquimur in teſtõ in quo talia verba cõſueuerũt multiplicari ad finem, vt validius, & latius diſpoſitio ſortiaĩ effectũ.facit.l.in teſtamentis.ff.de reg.iur.Sed ſi intelligaĩ ſm ſcđam opi. efficaciorẽ,& latiorẽ ſortiunĩ effectum: ergo dicto modo vñr intelligenda.& per hæc vr̃, q̃ idem ſit dicendũ ſi teſtator dixerit,ſi filius meꝰ deceſſerit ſine liberis volo bona mea deuenire ad Titium iure inſtitutionis,& fideicommiſſi.facit qđ hr̃ in l.ſi Titio.ff.de
195 vſufru.leg.¶ † Quid aũt ſi dicat,ſi filius meus deceſſerit ſine liberis ſubſtituo Titium vulgariter,pupillariter,& ꝑ fideicõmiſſum, q̃ verba hodie multũ ſunt in vſu.Bar.in d.l.Cẽturio.dixit idẽ,qđ ſ.dixi.videlicet,q̃ erit electio ſubſtituti,an eligat viã directã: an viã fideicõmiſſi filio decedẽte in pupillari ætate. Sed mihi nõ placet iſta opi.vñ veriꝰ puto eſſe, q̃ teſtator voluerit facere plures ſubſtõnes in diuerſis caſibus, videlicet vulgarẽ ĩ ſuo caſu,ſcilicet hr̃ditatis nõ agnitæ.& pupillarẽ in ſuo caſu.videlicet ĩ caſu ĩ quo fuerit hr̃s,& in pupillari ætate decedat,& fideicõmiſſariã in ſuo caſu.videlicet ſi poſt pubertatẽ decedat, vt ſic diſpõ adaptet ad eũ caſum ad quẽ verba adaptãtur.ar.l.qđ ɔſtitutũ.ff.de re mili.& l.ita aliũ. in prin. ff.de admi.tu.& eius,qđ no. Bar.ĩ l.4.§.toties.ff.de dã.inſe.& qđ hr̃ in c.indẽnitatibus.§.pe.de ele.in vj. & in l.fi.C.ſine cenſu,vel reliquis.& hoc ẽt vr̃ tenere Cy.& fuiſſe de eius mente in d.l. p̃cibus.in materia cõpendioſa.& p̃dicta vñr ꝓcedere,niſi verbũ directũ præciſè veniat ad determinationem verbi ɔmunis.puta ſi dicaĩ,ſi filius meus deceſſerit ſine liberis ſubſtituo Titiũ hæredẽ.nã illud verbũ directũ hr̃dẽ præciſè vr̃ venire ad determinationẽ verbi cõis,ſubſtituo.iõ tunc põt ꝓcedere prima opi.videlicet, q̃ tunc verbũ cõe determineĩ,& declareĩ ꝑ verbũ directũ ſibi adiũctũ.facit, qđ no.Bal.in d.l.p̃cibus,& qđ dixi in p̃cedenti lectione circa excẽpla ex q̃bus appareat de p̃ſumpta mẽte teſtãtis, qđ voluerit ſubſtõnẽ eſſe directã, & hæc de primo caſu, qñ duplex verbũ ex p̃dictis in ſubſtõne apponĩ in ꝑſona vnius.Si aũt vnum apponatur in perſona vnius, aliud in perſona alterius, & ſic in perſonis diuerſorum,quis erit tunc effectus ſubſtõnis eſt magis dubium. & iſte caſus eſt magis difficilis,vt etiam Bar.atteſtatur.Et q̃a aliqualiter vr̃ confuſe loqui clarius loquendo potes cõcludere tres caſus. Nam qñq; ponitur verbũ obliquum in perſona vnius ſubſtitutorũ,in perſona alterius ponitur verbum directum ciuile. Interdum & ſecundo in perſona vnius ponitur verbum obliquũ,& in ꝑſona alterius ponitur verbum directum non ciuile. Interdum & tertio in perſona vnius apponitur verbũ directum ciuile, & in perſona alterius verbũ directũ non ciuile:vel verbum cõe. Primo caſu clarum eſt,q̃ ſubſtitutus per verbum directum ciuile capiet totũ: ſiue ſit ſubſtitutus in certa re,ſiue in certa quãtitate: ſiue in certa portione: ſiue ſimpl'r:ex quo poſt mortẽ pupilli nullus eſt ipſi pupillo datus hæres vlis. ar.l.j. §.ſi ex fundo.ff.de hær.inſti.& l.cohæredi.§.fi.& ibi caſus ſm vnum intellectum.ff.de vul.& pup. & ſiue vocatus per verbum obliquum ſit vocatus ad certam rem:ſiue ad certam portionem,ſiue ad vniuerſam hæreditatem,quia illam capiet de manibus ſubſtituti ꝑ verba directa:cum verbum obliquum nõ poſſit trahi ad inſtõnem directam,vel directam ſubſtõnẽ, vt no. ꝑ gl.in l.verbis ciuilibus.ff.de vul.& pup.¶ Secundo

caſu

caſu ꝯclude,ꝙ ſi vocatus ꝑ verbũ obliquũ eſt vocat⁹ in certa re,vel quãtitate.& vocatus per verbũ cõe eſt ſubſtitutus ſimpľr,vel in reſiduo:q̃a vř tũc adijci totalitati honorũ ipſum verbũ cõc.arg.l.ij. C.de hære. inſti.talis vocatus per verbũ cõe erit hæres directo in totũ.ſecus ſi vocat⁹ per verbũ obliquũ ſit vocatus in dimidia bonorũ,vel hæreditatis. & vocatus per verbum cõe ſit ſubſtitutus in alia dimidia, vel reſiduo: quia tunc in effectu verbum cõe adijcitur ſolum parti bonorum,& non totalitati bonorum.ideo tunc veniet etiã per fideicõmiſſum ipſe vocatus per verbũ cõe. & ſic videbiť hr̃ditas iure fideicõmiſſi inter eos diſtributa,& vterq; habebit partẽ ipſum cõtingẽtem per viam fideicõmiſſi, & non directo. ¶ Tertio caſu concludc,quòd ſi vocatus per verbũ mere ciuile ſit vocatus in certa re,vel quãtitate.& vocatus per verbum cõe ſit ſubſtitutus ſimpliciter, vel in reſiduo:tũc quia verbum cõe vř adijci totalitati bonorum,ſubſtitutus tunc per verbum commune erit hæres vniuerſalis directo.& alius in re certa.per no.in d.l.his verbis.ff.de hær.inſt.& in §.ſi vero nulla. in Auth.de hæred.& Fal.Si autem vocatus per verba directa fuerit vocatus in dimidia bonorum,vel hæreditatis. & vocatus per verbum cõe fuerit ſubſtitutus in alia dimidia:vel ſimpliciter,vel in reſiduo:tunc videbitur hæreditas diſtributa per quotas,& vocabitur q̃libet iure directo.per id qđ legiť,& no.in l.filio.§.ſi.cum l. ſeq.ff.de lega.j.& in l.quoties.C.fami.erciſ.per gloſ. Si vero vocatus per verba directa ſit vocatus in vna re, vel quantitate.& vocatus per verbum cõe in alia re,vel quantitate: tunc vocatus per verba directa capiet totũ iure directo,ex quo alius nõ reperiť vniuerſalis hr̃s datus pupillo.& idem vř dicendum ſi vocatus per verba directa ſit vocatus in tertia bonorũ,vel hæreditatis. & vocatus per verbũ cõe ſit vocatus in alia tertia.Nam ex quo non eſt tota hæreditas diſtributa,reperitur verbum cõe fore adiectum certę portioni non totum capiet iure directo vocatus ꝑ verba directa, & vocatus per verbum cõe videbitur vocatus per fideicõmiſſum ad portionem ſibi aſſignatã.& ſupradicta oĩa ſatis puto fuiſſet de mente Barr. licèt ipſe non ſic clare fuerit locutus.Et quod dixi de verbo cõi,idem videtur dicendum ſcď m cum de verbo directo:non ciuili:quia quantũ ad prædicta non vñr ſm cum differre verba cõia.& verba directa non ciuilia.¶ † Vltimatè Bar.in l.Centurio. tractauit quæ

196 verba dicãtur eſſe directa:quæ obliqua.& quæ cõia. & concludit, ꝙ illa dicunť directa quæ ſonant,ꝙ de manu propria quis accipiat,& ꝓp̃ia autoritate. facit qđ legit,& no.in l.Titia cum teſtõ.§.j.ff.de leg.ij. & qđ no.gl.in l.cã quã.in verbo,directis.C.de fideicom.Ciuilia vero dicuntur obliqua quæ ſonant,ꝙ de manu alterius quis accipiat,vt verbum det, & verbũ reſtituat.& ſimi.facit l.fundi Trebatiani.cũ ibi no.ff. de vſufru.leg.& qđ no.in l.ſi quis ita.ff. de vſufru.& qđ no.gl.& Io.An.ſuper illa.i c.ſi pater.in verbo moreretř.j.co.in vj.vbi etiam Io.An. tractat de hac materia.Cõia vero dicuntur quę ſunt apta nata ad vtrũq; prǽſtatũ fuit in codicillis. ideo non poteſt valere iure directo.facit,qđ leg.& no.in l.Sceuola.ff.ad Trebel. Reliqua aũt alia verba quæ nõ ſunt obliqua;ſeu quæ nõ ſonãt,ꝙ de manu alterius quis accipiat, dicit eſſe cõia,& proſequitur ibi de multis alijs verbis. & ẽt ponit quare verbũ,inſtituo, eſt magis directũ q̃ verbum ſubſtituo.Nam dicit, qđ ratio eſt:quia verbum ſubſtituo eſt magis latum, q̃ verbum inſtituo. Nam hẽt locum,qñ quis in locum alterius poniť: ſiue hoc fiat in inſtitutionibus.l.Titius & Seius.ff. de her.inſtit.ſiue in legatis, & fideicõmiſſis.l.vt hr̃dibus.ff.de leg.ij.& in l.j.§.in primo.& pro ſecundo.C. de cad. tol.qđ nõ cõtingit in verbo inſtituo:quia nullatenus adaptatur ad legata,& fideicommiſſa.& vt dixi proſequitur.Bar.in l.prǽallegata. de multis verbis q̃ dicit eſſe cõia.& primo de verbo,perueniat.nam reperitur interdum in ſenſu obliquo.l.hæredes mei.§. cũ ita.ff.ad Treb.¶ Interdũ in ſenſu directo.l.ij.§. peruenifſe.ff.de here.ven.& ideo:quia in vtroq; ſenſu reperitur põt dici cõe.& ẽt quia non ſonat ꝑciſè,ꝙ de manu alterius quis accipiat.Inn.tñ in c.Raynaldus.j.c. in verbo,deuenire,dixit,ꝙ erat directum: ſed verius eſt,ꝙ eſt cõe per rõnem ſupradictã. Et idem vř dicendum de verbo deueniat eadẽ rõne.¶ Scďo tangit de verbo,pertineat.nam ẽt dicit,ꝙ eſt cõe:q̃a reperiť in ſenſu obliquo.l.fideicõmiſſas.§.ſi filio.ff.de leg.3.& ẽt in ſenſu directo.l.licèt.C.de pac.¶ Idem de verbo, hẽat:q̃a reperiť in ſenſu directo.l.ſtipulatio iſta.§.habere.ff.de ver.obl. & ẽt in ſenſu obliquo.d.§.ſi filio. Nec ob.ſi dicať, ꝙ in dubio vř debere ſumi pro obliquo.d.§.ſi filio.q̃a illud contingit:q̃a apponiť particularibus relictis in quibus verbũ cõe non trahiť ad inſtitutionẽ.l.cogi.§.& gñaliter.ff.ad Treb.¶ Quarto tractat de,verbo,remaneat.ẽt dicit,ꝙ eſt cõe:q̃a in vtroq; ſenſu reperiť,per id qđ hř in l.prætor. in verbo,remaneat.ff.de colla.bonorũ.l.cũ ante.C. de do. ante nup.¶ Tractat ẽt quinto de verbo,redeat.& dicit idẽ eadẽ rõne.facit qđ hř.in l.ſi duobus.ff.de teſt. mili.& in l.j.per gl.ff.de do.¶ Sexto de verbo,ſuccedat.& ſiľr dicit,ꝙ eſt cõe: q̃a reperitur in ſenſu directo.l.j.& 2.C.cõia de ſucceſ.Itẽ in ſenſu obliquo, vt hic.patet in iſto.c.¶ Septimo de verbo,deuoluatur.& ſiľr dicit,ꝙ eſt cõe:q̃a reperiť in ſenſu directo.l.ſi infanti.C.de iure deli.& ẽt in ſenſu obliquo.per id qđ hř.in l.ij.ff.de ali.leg.¶ Octauo de verbo,reuertař. & ſiľr dicit eſſe cõe: q̃a reperiť in ſenſu obliquo.l.3. C. de pac.inter empto.& in ſenſu directo, vt colligiť ex no.per glo.in l.j.ff.de do.¶ Adde,ꝙ verbũ,accipiat, uel capiat,uř poſſe dici directũ non ciuile: ut uř ſenſiſſe Bart.in ſi.principalis.q. qñ ſubſtitutio facta fuit ꝑ verba obliqua.do.aũt Flo.hic dixit, ꝙ uerbũ directũ eſt,qđ ſonat,ꝙ de manu ſua q̃s capiat. ut eſt uerbũ,inſtituo,uel hr̃s eſto.iuxta notata.in l. precibus. & ĩ d.l.Cẽturio.¶ Sed uerbũ ſubſtituo,dicit eſſe cõe. & dicit Bar.ĩ l.Cẽturio.ponere multa exẽpla de uerbo,cõib⁹.& de uerbo ſuccedat,& de uerbo,moriať. & ď uerbo,deuoluať. & de uerbo,pueniat.ſed certè Bart.nõ dicit uerbũ,moriať,eẽ cõe: ſed eẽ directũ nõ

videtur velle etiam Ang.in d.l.Centurio. ꝙ illud ver
bum moriatur,ſit verbum dubium,& ꝑñr quodãmo-
do cõe,& iudicãdum ſit directum,vel obliquum ſm
ſubiectam materiam,pro quo allegat:quia text.in d.
c.ſi pater.dixit,ꝙ ſubſtõ ibi in dubio directa eſt cẽſen
da,cum poſſit id conuenire verbis,& perſonis. gl.tñ
in d.c.ſi pater.in verbo,morietur, vult ꝙ in dubio ſo
net in directã ſubſtitutionem,& ibi etiam de materia
verborum directorum,& obliquorum,& cõium per
Io.An.tñ quia verbum directum non ciuile, nõ mul
tum vr̃ differre a verbo cõi,vt dixit Bal.in l.Cẽturio.
in qõne illa,qñ in perſona diuerſorum diuerſa verba
ponuntur,& ſ.etiam tetigi.non eſt multum inſtandũ
ſuper ſignificatu,dicti verbi,moriatur.¶Item aduer-
te,quia de aliquibus alijs verbis,de quibus põt du-
bitari vltra illa de quibus poſuit Bar.in d.l.Centurio.
circa fin. & de quibus dixi.ſ.poſt eum.tetigit etiam
Ang.in d.l.Cẽturio.videlicet,de verbo,decurrat. de
quo hr̃ in l.liberis.ff.de ali.& cib.leg. & in l.ij.C.qñ
& quibus quarta pars debeatur.lib.x.¶Item de ver-
bo,regrediatur.de quo hr̃ in l.ſi pater.C.de vſufr uc.
¶Item de verbo,labatur.de quo hr̃ in l.j.C.de impo
nendis lucratiuis deſcri.lib.xj.& ibi etiam de verbo
reſeratur.¶Item de verbo redigatur. de quo hr̃ ĩ l.j.
C.de vẽdi.rerum fiſcalium cum priuato cõium.li.x.
¶Item de verbo,potiatur. de quo hr̃ in l.licet.C.de
pac.¶Item de verbo,ſequatur.de quo hr̃ in l.j.in ma
gna gl.ff.de don.& dicit idem Ange.omnia prædicta
verba poſſe dici eſſe cõia, ꝓut patere põt ex iuribus
præal. Et per prædicta clare percipere, & ſcire potes
tam per modum regulę,& doctrinę,quàm per modũ
exemplorum:quæ ſunt verba directa,quę obliqua,&
quæ cõia. Et adde his quæ ſuperius dicta ſunt ꝙ in
qõne illa,qñ ſubſtõ fit a pagano compendioſa ꝑ ver
ba directa d.Pet.hic vr̃ ſequi opin.Bar.quã poſuit in
d.l.Centurio.remittendo ad ibi no.per eum.in q.au
tem illa qñ eſt facta per verbum cõe ſubſtituo.vr̃ te-
nere opi.Bal.quam ipſe Bal. poſuit in d.l.Centurio.
remittendo ad ibi not.per eum. in q.autẽ qñ fuit fa-
cta per verba obliqua, & dictum fuit,qñcunq; filius
decederet bona venderentur,& darẽtur pauperibus
per fideicommiſſarios.tenuit opi. Bar.in d.l.Centu-
197 rio.& ſic ꝙ eſſet directa. ¶†Quid autem tenendum
in ſupradictis qõnibus,plene declaraui ſuperius. Et
adde etiam quòd vbi ſubſtõ compendioſa eſt facta a
pagano per verbũ cõe, ſi ſubſtituti ſint alij filij teſta-
toris etiam ſi mater ſit in medio excluditur mater ẽt
ſm opi.Bar.vt etiam hic tetigit d.Pet.& hoc ꝑꝑ quá-
litatem ſubſtitutorum quos verſiſr pater voluit præ-
ferre vxori matri filiorum,per id quod no.glo.in d.l.
precibus.& qđ dixi de filijs:idẽ dicas de alijs deſcẽ-
198 dentibus teſtatoris eadem ratione.¶†Vltimo in hac
materia ſubſtõnis cõpendioſæ potes conſiderare ſex
vel ſeptẽ regulas. Prima ſit iſta,quòd ſubſtõ obliqua
non cõuertitur in directam. de quo per gl.in d.l.ver
bis ciuilibus.fallit in caſu ſingulari.l.neq; enim.§.fi.
ff.de teſt.mil.¶Fallit ſecundo qñ teſtator ipſam ob-
liquam quam forte fecerat in codicillis conuertit in
directam in teſtõ poſtea facto.l.quærebat.ff. de teſta.
199 mil.¶†Secunda regula eſt,ꝙ ſubſtõ directa interdũ
cõuertitur in obliquam,vt probatur in d.c.ſi pater.
& l.Sceuola.ff.ad Treb.& l.ex facto.eod.ti.& no.in
200 d.l.verbis ciuilibus. & † quia dictio interdum,caſua
litatem notat,vt leg.& no.in l.interdum.ff.de condi.
201 inde. ¶†Ex prædictis põt colligi regula,ꝙ ſſr ſubſtõ
directa non conuertitur in obliquã,vt vr̃ colligi poſ-
ſe ex mente.d.l.ſi mater.ꝑꝑ dictionem,interdum ibi
poſitam. Qñ aũt conuertitur in obliquam cõclude,ſi
a principio potuit valere iure directo,& eſt vnica ſub
ſtitutio:vt quia facta eſt ſub vnica cõceptione verbo-
rum,& facta eſt ſic per verba directa ciuilia:tunc non
obliquatur.d.l.verbis ciuilibus.& l.in pupillari.ff.de
vul. & pup. Fallit in milite matre exiſtente in medio
per l.precibus.ſm vnum intellectũ.Secus qñ ſubſtõ
a principio non poſſet valere iure directo: quia tunc
bene obliquatur,& hoc eſt clarum,ſi non poteſt vale
re iure directo ꝑꝑ defectum ſolennitatis: vt quia fa-
cta ſit in codicillis d.l.Sceuola.ff. ad Treb. Idem ſm
gl.in l.verbis ciuilibus.quam ſequitur Bart.& cõiter
Legiſtæ, ſi aliter non poſſet valere iure directo forte
ꝑꝑ conditionẽ perſonę cui fiat:vt quia ſit extraneus,
vel non in ptãte,vel quia erat pubes:hoc tñ vltimum
limitat Ang.in d.l.Centurio. ꝓcedere,niſi quis eſſet
ſubſtitutus puberi ſub conditione, ſi deceſſerit in pu
pillari ætate: quia tunc ſubſtõ prædicta reperitur fa-
cta ſub cõditione impoſſibili,ideo eſſet nulla,ſi teſta-
tor putaſſet eam poſſibilem:quia forte putaſſet eũ im
puberem cum re vera eſſet pubes.faciat l.ſeruo ma-
numiſſo.ff.de condi.inde.Secus vr̃ ſi ſciuiſſet illã im
poſſibilem,vt quia ſciuiſſet illum puberem. Nã tunc
vr̃ ꝙ valeret ſubſtõ iure fideicommiſſi.& reijcerẽ cõ-
ditio tanq̃ impoſſibilis. per id quod hr̃ in l.obtinuit.
ff.de condi.& demon.& in l.j.ff.de condi.inſtit.in l.
ſi mihi Meuia.ff.de hære.inſti. facit quod dixi in d.l.
verbis. & ĩ d.l.in pupillari.Et adde quòd licèt iſta ſit
cõis opinio,ꝙ vbi non põt valere iure directo a prin
cipio ꝑꝑ conditionem perſonę,quòd tunc obliquẽ,
tñ contrarium ſenſit gl.in §.extraneo.inſti. de pupil.
ſubſt.& Io.And.in nouella.in d.c.ſi pater. ſuper tex.
in verb.interdum.& iſta opinio de iure vr̃ verior: li-
cet pręcedens ſit æquior,& cõiter teneatur.Si autem
eſſet facta ſub duplici conceptione,ſeu ſub diſtinctio
ne temporum,vel ſi eſſet facta per verba directa non
ciuilia:vel per verba cõia.An poſſit tunc obliquari: li
cèt a principio valuerit iure directo plene dixi in pri
ma qõne,qñ fit a pagano per verba directa, & etiam
202 in tertia:qñ fit per verba cõia. ¶† Tertia regula eſt,
ꝙ vna ſubſtõ directa interdum conuertitur in aliam
directam, puta pupillaris in militarẽ, vt patet in d.l.
203 Centurio.¶†Quarta regula eſt, ꝙ ſubſtõ directa du-
bia conuertitur,ſiue interpretatur in dubio in aliam
directam:exemplũ,ſi dico Titius Plotij hæres eſto,&
Plotius ſit filius meus impubes hæres inſtitutus. Nã
dubiũ eſt,an voluerit ei ſubſtituere pupillariter,ꝓut
ſonant verba,an vero vulgariter, ideo ſi nõ poſſet di
recta ſubſtõ quæ ſonat in directã pupillarem eſſe pu
pillaris:vt quia deficiat aliqđ de requiſitis ad pupilla
tem,de quibus in l.ij.ff.de vul.& pup. & dictum fuit
in materia pupillaris:tunc conuertitur, ſeu interpre-
tatur in directam vulgarem.l.fi.C.de hær.inſti.& no.
204 per gl.in d.l.verbis ciuilibus. ¶†Quinta regula eſt,
ꝙ poſt aditam hæreditatem nõ poteſt quis alteri ſub-
ſtituere directo. Fallit in milite.l.in teſtõ.C.de mili.
teſt.& l.milites etiam his.ff.de teſta.mili. & eſt ratio
huius regulæ ſm Ang. quia poſtq̃ quis ſemel fuit hæ
res nõ põt ex facto teſtatoris deſinere eſſe hæres.l. ei
qui ſoluendo.ff.de hær.inſt.Fallit ſi eſt miles.l.ita.§.
quia diximus.& l.in fraudem.§.pe.ff.de mili.teſta.&
hanc rationem ſenſit ẽt Hug.in l.precibus. in mate-
ria compendioſa. ¶Sed tu potes dicere, ꝙ alia ratio
ẽt eſſe vr̃ videlicet,quia quis non põt alteri facere hę
redẽ directo,niſi forte ſit miles,vt patet in d.l.ĩ teſto.
& in d.l.milites etiam his.& in d.l.Cẽturio. facit qđ
205 dicetur ſtatim in ſequẽti regula.¶†Sexta regula eſt,
ꝙ nemo alteri põt facere teſtm̃:ne ſibi impediat libe-
ram teſtamenti factionem,qđ fieri & eſſe non debet

l.ſtipula-

l.ſtipulatio hoc modo.ff.de ver.ob. Fallit in duobus
caſibus. Primus eſt,qñ quis ſubſtituit filio impuberi
vel alicui de liberis in ptãte exiſtenti , & in pupillari
ætate, & non recaſuro in alterius ptãtem poſt mortẽ
teſtantis: quia tũc põt tali perſonæ facere teſtñ pupil
lariter ſibi ſubſtituendo. Nam pupillaris ſubſtõ cen-
ſetur eſſe teſtm̃ filij ſibi factum per patrem.l.Papinia
nus.§.ſed nec impuberis.ff.de inof.teſt. & l.patris &
filij.& ibi no.ff.de vul.& pup. Secundo fallit ſi ſub-
ſtituatur exemplariè deſcendentibus teſtatoris furio
ſis,vel mẽtecaptis , iuxta.l.humanitatis.C.de impu.
& alijs ſubſti. ¶Nam ſubſtõ exemplaria facta dictis
perſonis quæ pp defectum mentis non pñt ſibi teſta
ri : dicetur teſtñ ipſorum ſibi factũ per patrem ad in-
ſtar eius quod dictum eſt de pupillari . aliàs aũt pro-
cedit regula ſupra data,quam dicit Ang.in d.l.Cen-
turio procedere,ſiue teſtator ſit miles,ſiue paganus,
& in milite dicit eſſe caſum in d.l.Centurio . & aſſi-
gnat rationem:quia priuilegia militum non ſunt tra-
denda ad alienam iniuriam.l.impuberi.ff. de admin.
tut.& l.cum filius.ff.de teſta.mil. ¶Sed certe hoc di
ctum Ang.non placet,quia eſt contra d.l.Centurio .
ſm verum intellectum,quem ſequitur ibi Bal. & ꝓ-
batur etiam in d.l.in teſtõ. & in d.l.milites etiã his.
per quæ iura aperte videtur probari : ꝙ ſpeciale eſt in
milite,quod poteſt directo ſubſtituere poſt aditã hæ-
reditatem etiam extraneo vel puberi. Nec obſt.ratio
Ang.quia non poterit miles facere hæredem hæredi
per ipſum inſtituto , cui ipſe ſubſtituit directo niſi in
bonis prouenientibus ab ipſo milite,& ſic in alijs re
manebit libera facultas teſtandi ipſi cui facta eſt ſub-
ſtitutio per militem . facit l.miles ita.§.exhæredato.
ff.de teſt.mili.Et ex prædictis etiam patere poteſt,an
& qñ illa regula ſit vera per quam dr̃ ꝙ ſubſtõ , quæ
ſemel valuit iure directo non obliquatur,& ſilr̃ illa ꝙ
ſubſtõ quæ a principio non valuit iure directo obli-
quatur,& valet iure fideicommiſſi,& per prædicta ſit
expedita quarta qõ principalis in materia compẽdio
ſæ,videlicet qd ſit eius effectus. in qua vt dicit Ang.
in d.l.Centurio. multa ſunt dubia quæ egerent deci-
ſione Cęſarea,ſeu Imperiali pp magnam varietatem
opinionum,de quibus dixi.ſ.multa tñ dubia tollun-
tur pp clauſulam codicillarem, quæ quotidie appo-
nitur in teſtamentis ſm opinio.Bal.valde notabilem
quam ipſe poſuit in d.l.verbis ciuilibus.& de qua ẽt
206 ſuperius dixi. ¶†Circa quintã autem qõnem quali-
ter finiatur ſubſtõ compendioſa non eſt inſtandum:
qa aut cadit in vulgarem,& finitur vt vulgaris . Aut
in pupillarem,& finitur vt pupillaris.aut in exempla
riam,& finitur vt exemplaria.Aut in fideicommiſſa-
riam,& finitur vt fideicommiſſaria , quæ finitur, qñ
ſubſtitutus decederet anteq̃ eueniſſet conditio ſub-
ſtitutionis.l.ſi frater . & l.ſi tn perſona.C.de fideicõ-
miſſis,& etiã qñ hæres inſtitutus decederet ante adi-
tam hæreditatem. Nam præcedente aliquo iuſſu , &
eſſet caſus in quo non trãſmitteret hæreditatem,nec
ius deliberandi. nam tunc extinguitur fideicommiſ-
ſaria.l.eam quam. & ibi nota.C.de fideicommiſſis.

verborum plures comprehẽdit ſubſtõnes. Sed tu po
tes rñdere,vt tangit Bald.in d.l.precibus.ꝙ breuilo-
qua comprehendit plures ſubſtõnes in perſona plu-
rium perſonarum,& non poteſt fieri niſi pluribus,&
comprehendit illas reciprocè. ſed ſubſtõ compẽdio-
ſa poteſt fieri etiam vni perſonæ,& cõprehendit plu
res ſubſtõnes quas ſibi aſſignabit caſus contingentia,
vel natura,& interpretatio verborum,& intellige, ꝙ
continebit plures ſubſtõnes ab initio aptitudine : &
in potentia,ſed inſpecto exitu,& fine continebit illã
ſolam quæ occurret ſm caſus contingentiam . vt vo-
luit Bal.in d.l.precibus.& Io.An.in d.c.ſi pater. ſu p
gl.in verbo,abſq; deductione.ad fin.in magna addi.
Nũquid autem qñ omni tpe eſt fideicommiſſaria di
catur tunc compendioſa.gl.in d.l.precibus. in verſi.
ſed ſi ita.& in ver.& eſt alia.dicit ꝙ tunc eſt fideicom
miſſaria,& non compendioſa . Alij tñ ſecundo dicũt
ꝙ illud eſt verum propriè,& ſtrictè.Sed largè dr̃ com
pendioſa,& iſtud vr̃ voluiſſe gl.hic in prin. licèt for-
tè in ver.talis fuit.& in verſi.hoc fuit.voluerit ſentire
idem quod gl.in l.precibus.Alij vero dixerunt.& ter
tio, ꝙ ſubſtõ compendioſa non eſt principalis ſubſti
tutio:ſed quædam adiectio,ſed Bald.in d.l.precibus.
reprobat ſupradictas opi.Nam dicit primam non ꝓ-
cedere:quia ſi eſſet mera fideicommiſſaria non con-
tineret vulgarem , & expiraret hæreditate non adita
per l.eam quam.C.de fideicom.Sed in caſu prędicto
facta eſt compendioſa:licèt contineat fideicommiſſa
riam continet etiam vulgarem.l.pen.ff.de ven. inſpi.
¶Item dicit,ꝙ aliæ duæ opi.non procedũt:quia ſicut
ſubſtõ breuiloqua eſt tertium genus ſubſtõnis. vt dr̃
in tex.in l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pup. ita etiam
ſubſtõ compendioſa poteſt dici quartum genus,& ſi-
cut genus non eſt adiectio ſpeciei:ſed prædicatur de
ſpecie.l.j.ff.ſi cert.pet.ita etiam ſubſtõ compendioſa
prædicatur de ſpeciebus ſubſtõnum in ſe contentis .
Sed certe quicquid dicat Bal.licèt ſubſtõ breuiloqua
certo reſpectu poſſet dici tertiũ genus ſubſtõnis dif-
ferens videlicet à vulgari,& pupillari, vt dixi in ma-
teria breuiloqua: tñ re vera, aut cadit in vulgarẽ,aut
in pupillarem,aut in exemplarem. & ſic re vera non
208 facit ſpeciem ſubſtõnis per ſe.¶†Ita eodẽ modo po-
teſt dici in compẽdioſa:quia licèt ſit diuerſus modus
in ſubſtituendo ab alijs ſubſtõnibus,ſicut & breuilo-
qua eſt diuerſus modus ſubſtituendi ab alijs hoc re-
ſpectu poteſt dici compendioſa eſſe genus diuerſum
ab alijs ſubſtõnibus:tñ quia cadit in alias ſpecies ſub
ſtitutionum,quas ſub ſe continet : hoc reſpectu non
eſt propriè ſubſtõ per ſe,vt voluit Bar.& dixi in pri-
ma,& ſecunda principali qõne huius materię.Et ſic
vñr poſſe ſaluari opiniones:quia pp diuerſum modũ
ſubſtituendi ab alijs ſubſtõnibus appellamus ipſam
ſpeciem de per ſe,& genus ſubſtõnis de per ſe:ſed cõ
ſiderato ꝙ cadit in alterã de alijs ſubſtõnibus,& non
inducit aliam ſpeciem ſubſtõnis per ſe: hoc reſpectu
poteſt dici ꝙ compendioſa non eſt propriè principa-
lis ſubſtitutio per ſe:ſed potius adiectio . & per hæc
ſit expedita materia compendioſæ , de qua etiam in

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr
Sſ Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb.

Omnes ſunt Quaterniones, Præter Bbb Ternionem.



VENETIIS, Apud Dominicum Nicolinum.
M D LXXIIII.